PHILELPH

EPIST.

NIGER

BEROALDO

Cat. 29 (trat. 3º)

fat — 335

---

[illegible] — 140

Cat. 29 (trat. 3º)

Fol. 335

140

[Marij philelphi epiſtole octogita epi
ſtolaꝝ gñ'a cōplectētes acriori lima nuper reco
gnite. quarū ſingula genera in tria mēbra partita
ſunt. Quibus preponuntur eiuſdem nonnulla
artis rhetorices precepta epiſtolari arti non pa
rum accommoda.

las elegancias de antonio gramaticales en el fin

1°




Venundātur pariſ a ponceto le preux eiuſdem ciuitatis
bibliopola ad ſignū [illegible] ſancti iacobi ꝓpe
diui yuonis edem commorante.

Aplicase a esta Libreria de S. Diego de Sevilla en
[illegible]

Q̃ꝫ vera ſit phyſicorum ſententia qui nō ſolum vitam ſed ingenium ac morum veſtigia a patre in filium emanare volunt: cum in multis tū in mario philelpho liquido patet: Cui paterne mentis ſeminaria quedam ita fuere ingenita vt non dubium ſit quin ad paternam laudem acceſſurus foret niſi morte preuentus patrem reliquiſſet ſuperſtitē: Supereſt tamen mariani īgenij monumentū ꝑfecto ere pennius: qđ nec iouis ira nec ignes nec poterit ferrū nec edax abolere vetuſtas: opꝰ hoc videlicet octogita epiſtolarū genera cōtinēs q̄ epiſtolis frācisci philelphi viri in vtroqꝫ oratiōis genere: in vtroqꝫ eloquio graio ſcilicet & italo abſolutiſſimi cōferēde venirēt: niſi inter affines odioſa eēt cōparatio: hoc tn̄ vnū dicere auſim frācīſcū epl'as ſcripſiſſe: marium quo pacto ſcribi debeāt docuiſſe: vide nūc q̄to vtilius ſit faciendū docere q̄ factum exhibere: Qꝫ ſi vtrūqꝫ āplexaberis mirabile dictu ē q̄tū referes ex vtroqꝫ: vt eñ de altero ſileā: hic quo ſtilo voles epl'am cōficere docet ꝓpoſito eñ argumēto id familiariſſie deducemꝰ ſi verbis familiaribus: apta ſerie: facili cōtextu vſi fuerimus: rem īpam nude explicātes: Sin maiorē quēdā verboꝝ apparatū ꝓpō exordio adiecerimꝰ (licet ī eodē verſemur themate) grauis erit ille caracter Qꝫ ſi media īceſſerimꝰ via/ paulo altiore pria ſed depreſſiore ſecunda familiariter agere dicemur· Que res oīs exemplis patebit que ſi diligenter imitatus fueris nou parum vtilitatis afferent. Vale lector candidiſſime.

## ORDO

Ordo contentorum in hoc vtiliſſimo opere: Primo epiſtola cōſultatiua de opere īprimēdo cum eius reſpōſiua pręmittitur.

Secundo ponitur epiſtola proimialis ipſius auctoris.

Tertio dantur pręcepta artis rhetorices ꝓ occurrētis temporis oportunitate: de oratiōibꝰ & epiſtolis cōponēdis & dictādis

Quarto deſcribuntur tituli cum epithetis conuenientibꝰ omnibus & ſingulis hominum dignitatibus & cōditionibꝰ: a ſūmo pōtifice: Imperatore: Regibꝰ vſqꝫ ad agricolas & alios artifices.

Quinto: qm̄ Tullius & alij de epiſtolis ſcribētes dicunt epiſtolarū mlta eſſe genera: nec tamē declararūt quę aut quot eſſēt illa genera: ideo vt oībus ad epiſtolas facilior pateat acceſſus: hic declarātur epiſtolarū ſcribendarū octoginta eſſe genera: & quę ſūt illa: Vnūquodqꝫ etiā genus exemplificat tribus epiſtolis differētibus: familiari: familiariſſima & graui: & vnicuiqꝫ generi propria accommodat ſynonyma.

His autem titulis hæ continentur epiſtolæ.

TITVLOVM


| | |
|---|---|
| Commendaticia. | Ti.j. |
| Conſolatoria pro funere. | Ti.ij. |
| Conſolatoria pro re perdita. | Tiij. |
| Conſolatoria pro exule. | Ti.iiij. |
| Gratulatotia. | Ti.v. |
| Inuitatoria ad amicitiam. | Ti.vj. |
| Supplicatoria. | Ti.vij. |
| Suaſoria. | Ti.viij. |
| Diſſuaſoria. | Ti.ix. |
| Domeſtica de proprio ſtatu. | Ti.x. |
| Commotiua ad pacem. | Ti.xj. |
| Commotiua ad bellum. | Ti.xij. |
| poſtulatiua rei certæ. | Ti.xiij. |
| Communis amicitiæ cauſa. | Ti.xiiij. |
| Iocoſa de ſe. | Ti.xvi |
| Iocoſa de alio. | Ti.xvj. |
| Seria de ſe. | Ti.xvij. |
| Seria de alio. | Ti.xviiij. |
| Imperatoria. | Ti.xix. |
| Minatoria turpis. | Ti.xx. |
| Laudatoria. | Ti.xxi. |
| Vituperatoria: | Ti.xxij. |
| parernalis ad filium. | Ti.xxiij. |
| Maternalis ad filium. | Ti.xxiiij. |
| Filialis ad patrem & matrem. | Ti.xxv. |
| Seruilis ad dominum. | Ti.xxvj. |
| Clientalis ad patronum. | Ti.xxvii. |
| Diſciplinalis ad magiſtrum. | Ti.xxvi.j. |
| Doctrinalis ad diſcipulum. | Ti.xxix. |
| Munificalis. | Ti.xxx. |
| Iudicialis. | Ti.xxxi. |
| Regratiatoria. | Ti.xxxij. |
| Commiſſionalis. | Ti.xxxiiij |
| Teſtimonialis. | Ti.xxxiiij: |
| Lamentatoria. | Ti.xxxv. |
| Hortatoria. | Ti.xxxvj. |
| Conſultatiua. | Ti.xxxvij |
| Accuſatiua. publici criminis. | Ti.xxxiii. |
| Obiectiua generis vel vitæ. | Ti.xxxix |

| | |
|---|---|
| Confirmatiua. | Ti.xli. |
| Inuectiua. | Ti.xlij. |
| Amatoria honeſta. | Ti.xliij. |
| Rei nouæ nunciatiua | Ti.xliiij |
| Publicæ fidei precatiua. | Ti.xlv |
| Hiſtoriæ narratiua. | Ti.xlvi.v |
| Fabulæ expoſitiua. | Ti.x |
| Exemplificatiua. | Ti.xlviij. |
| Contentioſa | Ti.xlix |
| Comminatiua. | Ti.l. |
| Belli edictiua. | Ti.li. |
| pacis proclamatiua. | Ti.lij. |
| Fœderis icti ſignificatiua. | Ti.liij. |
| Triumphi expoſitiua. | Ti.liiij |
| Inhibitiua. | Ti.lv. |
| Legis enunciatiua. | Ti.lvi |
| Læticiæ nouæ nuncia. | Ti.lvij. |
| De filio principi nato. | Ti.lviij. |
| De filia principis nata. | Ti.lix. |
| De hoſte fugato vel cæſo: | Ti.lx. |
| De familiaribus negocijs | Ti.lxi. |
| Publicæ fidei expreſſiua. | Ti.lxij. |
| Familiaritatis inſtitutiua. | Ti.lxiij. |
| Conſularis dignitatis. | Ti.lxiiij |
| Medicinalis. | Ti.xv. |
| Legalis. | Ti.lxvi: |
| Poetalis. | Ti.lxvij. |
| Philoſophalis. | Ti.lxviij. |
| Mathematicalis. | Ti.lxvix. |
| Omnium artium. | Ti.lxx. |
| Militaris cum adhibenda fide. | Ti.lxxi. |
| Ad conciliandam gratiam. | Ti.lxxij. |
| Ad reconciliandam gratiam. | Ti.lxxiij. |
| Ad ſe laudandum. | Ti.lxxiiij. |
| Ad ſe expurgandum. | Ti.lxxv. |
| Ad reddendum ſe notũ apud ignotos. | Ti.lxxvi. |
| Mercatoria. | Ti.lxxvij. |
| Irritatiua in aliquem. | Ti.lxxviij. |
| Inuitatoria ad communem læticiam. | Ti.lxxix. |
| Moralis voluptatum damnatiua. | Ti.lxxx. |

Ludouicus Mondellus ordinis minorum doctorq́ꝫ theologus Octauiano Vbaldino mercatheli domino illuſtriſſimi ducis Vrbini Germano digniſſimo doctorumq́ꝫ virorum patrono. Salutem pluri Dicit.

Vellē Octauiane priceps illuſtris: & doctorū ꝑſidiū virorū ac decus: vt de viuo Mario philelpho potiuſq̄ mortuo ornādo nūc michi contentio eſſet. Iucundius enim eam non dicam feruentius ſuſciperē. Sed quoniam ſiue natura: ſiue fato ita ſecū actū eſt vt priuſq̄ nos ex hac vita decederet non putaui cōmittendū eē vt ei quoq́ꝫ mortuo meum officium deeſſet. Et quidem per deum immortalem quid eſt quod defunctis maius impendere poſſumus: q̄ eis vitā per gloriam propagare immortaleſq́ꝫ qdammodo eos reddere. Solēt autem pleriq́ꝫ ſic defunctorum: gloriæ ſtudere: vt marmoreis monumētis æneiſue ſignis poſitis: eorū titulos & ſpectandos & legēdos poſteris relinquāt. Verū hac in re Marius ſupſtitum amicoꝝ ope nō idiget: Satis eñ magna monumēta ipſe viuens ſibi poſuit: ſatis magnas ſtatuas erexit. quæ nulla vnq̄ vetuſtas: nulla violētia: nulla deniq; duro robore innata caprificus diſſiciet. Operum ſcilicet & ſcriptorum ſuorum in diuerſis generibus: que cū latinitate. eloquentia & candore mirifice ſplēdeāt: tū antiquoꝝ operibꝰ & quidē pfectiſſimorū cōferri poſſint: vt iure de eo dicere poſſim: q̄tū. Marius ille. Arpinas reipublicæ Romanoꝝ armatus: tantum noſter Romanæ liguæ cōtulit togatꝰ. In hoc tātū modo locus officio mihi relictus eſt: ꝙ cū pars monumēti ſui quaſi angulus quidā: tenebris immerſus ſit: & veluti ſub opaca vmbra ita cōſtitutus vt minime vel ſpectari vel legi poſſit: circūfuſas tenebras pellā & obumbrātes ramos penitus abſcindā: monumētūq́ꝫ Marii totum ſub luce cōſtituā: vt nō minus operoſum appareat: q̄ a ſuo artifice cōſtructū ſit. Epiſtolariū eñ inter cætera præclara opera Marius cōfecerat: in quo non ſolum epiſtolaꝝ genera octogita numerauit: ſed ſinguloꝝ formulas & locos ꝓſecutus eſt: nec id quidem ſimpliciter: ſed tripliciter pro numero trium dicēdi figurarum ordine compleuit: Opus profecto iuuenibus & mediocriter doctis vtiliſſimū: vnde non minus latinitatē & elegantiam exhaurire: q̄ exercitationis latiſſimam frugem vberrimūq́ꝫ fructum cōſequi poſſint: doctis vero futurum q̄ gratiſſimum: vtpote quod multo labore: in quocunq́ꝫ genere dicendum fuerit:

Defūctis īpendere

Marius Arpinas

poſſit eos releuare Opus tamen ipſum non ædiderat: aut ſit ędi
Archetypus tum dici poteſt: vni mihi tantum: cui dicauerat & Archetypũ
nullo ſibi retento exemplo: aut alijs communicato tradiderat:
æditum fuerat. Decreueram illud omnibus aperire: vt quãtum
laudis & gloriæ inde proficiſci poteſt: Mario non intercipere=
tur: & monumentum illud expluribus cõſtans partibus: in hac
quoq; parte vt in cæteris nulla caligine obſcuraretur. Debeo ſi
bi hoc ex pietate: multum me amauit: multum me litteris & ſa
pientia ornare ſtuduit: Eius beneficio hanc particulam viuacis
anime quam ſortitus ſum: habeo. Ingratus & impius cenſendꝰ
eſſem ſi ego qui ſuo funeri non interfui: nunc licet longo poſt
tempore cum poſſum: quaſi pompa inſtaurata ad eum ornan=
dum: meam ferculorum partem nõ afferrem: ſi non & mea thu
Adores ra incenderem: adoreſq; miſcerem: ſi eius feretrum hoc nobili
inſigni quaſi alio ſpolio non accumularem. Cæterum quo ple=
nius huic laudi & glorie Marij conſulerem. in hac regia pariſi=
orum ciuitate: in qua iam biennium ſtudiorum gratia fui: epiſto
larum ipſum imprimendum dare ſtatueram: vt in loco totius
orbis eminẽtiori inter tot academias: inter tot ſapientiſſimos
& diuini mentis viros: ab omnibus Marius etiam functus & co
leretur & admiraretur. Quem locum: quã orbis plagam: ad eiꝰ
nomen celebrandum ęternitatiq; commendandum potui elige
re aptiorem: Verum huic pietati meæ vna res obſtabat: ꝙ ea le
ge ab ipſo opus michi tradi impetraui: vt in alterius manus nõ
perueniret: idq; ipſe ſuis in libri inſcriptione teſtatus eſt moni=
mentis: Nec quidem a me id ea mente factum eſt: quia ambitio
ne ducerer: aut quia ſi omnes vnum ſcirent quod ego: me mi=
nus ſcire putarem. Sed profecto quia tantum Mario tribuebã:
tantaq; voluptate eius elegantia affecerat: vt non viderer ſatis
meo facere deſiderio niſi ab eo quodpiam ſingulare & quaſi
meum proprium pignus haberem: quod noctu dieq; verſan=
do veluti quandam eius ymaginem contemplarer. Quo fit vt
ſi nunc librum imprimi iubeam: verear ne ab omnibus incon=
ſtantie accuſer: vel quia iam velim quod modo noluerim: vel
tanquam Marij contempaltionem poſt eius mortem continuo
omiſerim: Alius præterea ſcrupulus ea in re male me habet:
quia forte cuipiam callido rerum æſtimatori poſſit id operis
non dignum Mario videri: quia dixerit non eandem quam cæ=
tera Mariana opera claris principibus dicata elegentiam redo=

lere : vero ſi in ſentētia maneam : & vnicus libri poſſeſſor ſim:
illud timeam ne impius iudicer:quia Marij gloriæ & immor=
talitati defuerim. Deinde ne multis inuidiſſe videar : quia ad
multorum vtilitatem in lucem prodire librum non permiſe=
rim : vel eo maxime : quo ſicuti cæteris doctis viris:ita & Ma
rio omnes exiſtimant illud ſcientiæ munus a deo collatum:
non ſoli ſibi & paucis amicis : ſed toti humano generi profu=
turum fuiſſe conſeſſum. Ob quam rem ſi eos hoc celeſti mune
re priuarem : iuſtam de me omnes haberent querelam: Itaqꝫ cū
veluti in maria diuerſis flatibus agiter:anceps ſum hoc ne an
illud eligam aūt fugiam. Decipimur enim ſpecie recti : & inui
tium ducit culpæ fuga ſi caret arte. Te igitur Octauiane prin= Horatiꝰ in arte
ceps clariſſime in tanto fluctu tanquam meum numen inuocan
dum duxi : Tuum conſilium perneceſſarium mihi exiſtimaui.
Nec ab re præter cæteros te vnum conſulere volui : primūqꝫ
in dijudicandis rebus: conſilijſqꝫ deligendis : natura & doctri=
na cæteros quotquot noui ita antecellis : vt nō ſolum ex agro
piceno & flamminia quarum prouinciarum anceps colonus
es : ſed ex toto latio:cum in omni genere virtutum.tum in hoc
quod ex litteris proficitur a te principe laudatiſſimo maxi=
me deſiderent laudari. Deinde ꝙ vtriqꝫ noſtrum ſingularis
amicus eras : vt nulliuſ magiſquam tua interſit tantos inter
nos componere (non dicam lites aut turbas) ſed animi mo=
tus. Mario ſiquidem ita deditus eras : & ille tibi : vt pluſq̄
dimidium animæ tuæ eum pntares. Legem amicitiæ in eo
amando excedebas cum eius ſcripta tanquam libros ſibylli=
nos eſtimares. Omitto ꝙ crebris & maximis muneribus eum
ornabas. Id enim faciebas ei eſſe commune cum multis.q̄uis
non omnibus eadem menſura qua Mario metieris : non om=
nes cum Mario in eodem theatri gradu apud te ſedebant: nec
nunc aliter mihi perſuaſum eſt : q̄ te cum eius ſpiritu amiciti=
am velle producere : cuius in vita fueras tam diligens obſer=
uator. Me vero ipſum quantum amaueris non vulgaribus
ſemper oſtendiſti urgumentis. Nullum enim officij genus
prætermiſiſti : quo non fueris in me beneficentiſſimus : quoti=
ens mihi collibuiſſet te adire (quod perpaucorum erat) ſine
cubicularij officio : vt id poſſem effeceras. Ad penetralia
non ſolum domus ſed etiam pectoris tui me q̄ſepiſſime admit

tebas:nec indignum ſæpenumero putaſti vt quæ cæteris ſecreta eſſent mihi libere committeres. Tãtumq; apud te & tuos ſingulos auctoritate & gratia valui vt ad officiorum cumulum nulla poſſit fieri acceſſio. Neq; id mihi mea virtute cõtigit:aut quapiam cauſa ex me profecta:ſed tantum tue beneficẽtiæ conſuetudo te admonuit:quæ talis eſt vt neminem pretermittas cui te nõ hoſpitalẽ præſtes. Age igitur Octauiane numẽ meũ : mihiq; vocatus Appollo pro illa ſingulari ſapiẽtia tua qua omnes vincis per eam amicitiã que tibi cum Mario olim fuit: quam nõ decet vt fruſtra tibi commemorauerim : per eam fidem & obſeruantiam qua te vnice colo &veneror:et quã tuo mutuo ac miro proſequeris amore ac benignitate. Iam tuas hic interpone partes:iam tuam profer ſententiam. Neutri noſtrũ eris procliuior. Sed tãtum quo te meæ animi iudiciũ impulerit adherebis. Ego eni ad vtrãuis partem tuo iudicio et auctoritate cõfirmatus fuero:illã quãcelerrime facto cõprobabo: cũab alterius crimine(ſi quod erat) pſuaſus ſim p te eadẽ tua ſentẽtia eadẽq; tabella me abſolutum iri. Vale. pariſij tercio Kalẽdas Maij. Milleſimo quadringenteſimo octogeſimo primo.

Octauianus Vbaldinus:fratri Ludouico
Mondello doctori theologo.S.P.D.

Amabam te antea Ludouice mondelle: tñ quia tua me ductum indole non decepiſti : proptereaq; te michi familiarẽ ſemp habere volui:tum quia poſtq̃ michi ſatis familiaris factus es: indies videbam nõ mediocres virtutes in te naſci:adoleſcere & perfectas fieri:cum tu neq; laboribus parceres neq; ſtudia remitteres:vt magnis principibus grauibuſq; negocijs dignum te virũ præſtares. Nunc vero ob pietatẽ tuam quæ & ipſa inſignis & in amicũ cõmunẽ eſt:ita in amore tui accẽſus ſum vt de te ornãdo quãtum poſſim cogitẽ:ne fruſtra apud me:quod ſemp ſtudui aliqua egregia virtute quiſpiã fuerit vſus. Quid eni te officioſius: qui cũ amicitia inter viuos ſit:tu etiã a defunctis eã nõ ſeparas et cũ ijs qui nobis bñfecerũt : paria aut aliquãto maiora bñficia reddere ſoleamus:tu ꝓ re mediocri accepta ĩmortalitatẽ reddere cõparas. Nec id quidẽ cũ mediocribus laboribus curas: quãdoquidẽ ex ĩtimis Galliarũ partibus ad agrũ vſq; picenũ ꝓpter eã rem nũcios ad me miſeris. Cũ tñ in ãbiguis reb9 amicorũ cõ

ſiliū ſiue iudiciū expoſcis :nō poſſum tuā nō laudare ſapiētiam.
Nemo aliter q̃ tu ſapiēs feciſſet .q̃q̃ em̄ ita gratꝰ & pius eſſe cu-
pis vt tuo exēplo alios quoqꝫ ad gratitudinē excitare poſſis: tñ
dubitas vt plærūqꝫ ſolet ne ea in re quippiā īpie cōmittas:cū ꝓ-
xime virtutē ſæpe vitiū cōſiſtat.Et quidē qua vt ſcribis meū iu-
diciū expoſtulas:nullo hic te pacto fluctuare ꝑmittā . Quid enī
me iudice obſtiterit quo minꝰ ꝑ te Marius æternitatē adipiſcat᷑
cū & tibi inſingnis pietatis laus inde cōparāda ſit. Optimū hoc
cēſeo ex quo vtriuſqꝫ nomini cōſulit᷑: oībus vero qui icōſtantiæ
te criminarētur reſpōſūhoc eſſevelim īpertinaciā:nomē cōſtātie
mutari:cū quis ꝑſtiteritvbi cōſilii mutationē ratio ſuaſerit.Eſſet
ne aliquis ſapiēs niſi ad tēpora & ad hominū vtilitates ſua cōſi-
lia a cōmodaret .Nōne deus īpe mēſes:dies & momēta variauit
vt ad opus ſuū ꝑtinere cognouit .Nō etiā id me moueret:quod
de callido rerū eſtimatore & libri elegātia ad me ſcribis.Nō em̄
latet viros ſapiētes vnius priuati homis vſui opus dicādum &
quaſi intra domeſticos parietes reponēdū: nō tāta cura elabora-
ri decere :quāta ſolet quod vniuerſitati hominū et quaſi in arce
Mineruæ fuiſſet locādū . Vtriqꝫ em̄ operi ſua precipua laus eſt:
quia dignitatē eorū quæ accidūt ſeruat.Hoc aūt iudiciū meū nō
parū ex Octauiani Auguſti iudicio cōfirmatur. Cuiꝰ auctoritatē
nō parui momēti eſſe duco. Maluit enī īperator iuſtiſſimus Vir-
gilii æneidē ſeruatā eſſe : q̃ igni perire : q̃uis nō dubiis verbis in
vltimis tabulis mādaſſet Maro flāmis eā aboleri. Nō em̄ cenſe-
bat inter cætera cuiuſq̄ præclari viri cū ſuo auctore opus debe-
re extingui. Curabis igitur Ludouice Mōdelle vel ſolū propter
hoc ipm omniū amore digniſſime vt aio cōcepiſti(nec te vlla a-
uertat ſuſpitio) Mariū noſtrū in occidēte & in iſta pariſiorumvr-
be quaſi orbis terrarū arce illuſtrare. Ego vero hic apud nos ei-
dē nō deero.Dignꝰ em̄ eſt vt viuat q̃diu vixerit homines quorū
vtilitati & vſui multa cōparauit. Graui etiā cēſura cenſendi nos
eſſemus ſi tanta per eum meſſe comparata eius fructum omitte-
remus & poſteris noſtris tranſmittendum minime laboraremꝰ.
Vale.Vrbini tertio Nonas Iulii. M.cccc.lxxxj.

Marij Philelfi artium & vtriuſqꝫ iuris doctoris : equitis aurati & poetæ laureati . ad religioſiſſimum patrem ſapientemqꝫ theologum Ludouicum Mondellum Mediolanenſem ex ſeraphico minorum ordine præfacio in nouum epiſtolarium.

d

Ecreueram iamdudum aliquid ædere : quod epiſtolari ſuccurreret officio . Videbam enim plæroſqꝫ viros etiam doctos parum hac in re temporis conſumpſiſſe .perindeqꝫ noſtræ conduxiſſet tempeſtati ; ac ſi nihil elucubraſſent.

Nam vbi Cicero inquit : Epiſtolarum multa ſunt genera : qui ſunt adeo curioſi : qui noſtris hominibꝰ: quot aut quæ ſint ea genera declararint : Quod autem hac expreſſione in omni refunditus cognoſcenda ſit opus : Græci pariter & Latini docuerunt :qui cum artem benedicendi fuere deſcripturi : a generibus cauſarum initium quæſiuerunt : vt intelligeretur prius de materia q̄ de forma : prius de quo dicendum eſſet q̄ quomodo dici conueniret . Niſi enim hominem eſſe conſtet: fruſtra bonum malumue dicimus eſſe. At mihi & voluntati nōnunq̄ hac in re plurima & diligentius :tum apud Libanium Pelaſgum epiſtolandi officioſiſſimum : tum apud alios vtriuſqꝫ linguæ peritiſſimos inquirenti:ſunt octoginta epiſtolarum ſcribendarum inuenta genera : vt nihil iam ad epiſtolandū ſit reliquum :quod hic numerus non complectatur . Nam & publica continet & priuata: & quæ toga:quæqꝫ bello tranſigūtur:& quę quomodo foris ac domi:cum amico :aut hoſte:lite:concordia: amore :odio:re:verbo attemptantur:dicuntur atqꝫ fiunt. In totidem hæc redegi titulos: & vt ad epiſtolandum paratior ſit acceſſus:ſtilorum differentes nactus ſum progreſſus : ſub quibus nunc familiarem pro mediocri ſtilo :nunc familiariſſimam pro infimo:nunc titulus quiſqꝫ grauem pro ſtilo altiore præ te feret . Exempli gratia . Dum hæc meditamur . oportune tu nobis occurris Ludouice Mondelle vir humaniſſime clariſſimeqꝫ theologe:rogaſqꝫ hoc opus tibi dedicem:ſed ea quidem lege vt in alterius non perueniat manus. Aperis enim tuam mihi mentē vt cupias tam aſſidue in eo percurrendo verſari codice:vtquem imiteris in epiſtolando:delegiſſe videaris. Quod exoraſſet vix ab me quiſq̄ alius :impetras: vt ſi quando publicæ communiqꝫ

Libaniꝰ Pelaſgꝰ

voluero multorum neceſſitati conducere : aliud alias efficiam
eiſdem titulis opus: Nequeunt enim Mario in eiſdem generi=
bus vel inuentiones deeſſe : vel verba:nuc librum hunc titulo
dem .Eum vt ſolus aſſequaris : liberiuſq; teneas : ac magis ha
beas familiarem : proprijs exſcripſi manibus : & ne vllum vel
me penes : vel alium opera mea largitioneq; ſit exemplar:Pro
totypum hoc vnicumq; hactenus volumen tibi deſignaui : atq; Prototy
tradidi. Adhibebis ei tanto maiorem ergo fidem : quantomaio pus
re in hoc ædendo : erga te fui charitate : pro ea : qua viſus es
atq; non vulgaribus argumentis : eſſe in me beniuolētia:Quod
ſi quid inter legendum percurres : non omnino ex induſtria ela
boratumq; ingenio : aſcribis temporis breuitati : qua centum
circiter ac quadraginta chartas latiores coegiſti infra dies vi=
ginti peritringere . quibus & non nihil audiebas : & alijs etiam
negocijs domi foriſq; nos oportebat vacare .Poſſunt & diſcur=
ſus interuenisse calami : quos errores aliquando inter itineran
dum corrigemus.Vt autem ad epiſtolandū commodius & ma=
gis accedas tempeſtiue : quædam artis rhetorices præcepta de
ſcripſimus cum exemplis : priuſq̃ ad epiſtolandum titulos de
ſcenderimus :Nec omnia quidem Ariſtotelis Ciceroniſq; mo=
nimentis ſecutus hic ſum :ſed ea dumtaxat:quæ viſa mihi in tu
um vſum neceſſaria. Aliud eſt enim veterem : aliud huius æta=
tis oratorem ſe velle : Aliud in foro inter cauſarum ſtrepitus:
Aliud in conſilijs pontificum coronaq; auditorum verſari.Re=
liquum eſt vt ſi quid me tibi plus eſſe vſui ducis:aſſidue me pu
tes æque vti poſſe ac teipſo : ſi ſatis eſt:me tamē ſemper ames
ſemper memineris id obſecundaſſe tibi:quod nemo alius :ſine
ſumma difficultate conſecutus eſſet . Vale. Ex vrbino ſe
xto Idus Februarij: Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſi=
moſeptimo.

## PRAECEPTA ARTIS RHETORICES: ET PRIMO DE EXORDIO CVM BENIVOLENTIA AB AVDITORIBVS:

In exor= dio tria cōſiderā da

IN tali exordio ſiue per arationem ſiue per epiſtolas : tria
opus eſt conſiderare . Primum perſone qualitatem apud
quam agitur . Secundo rem de qua agitur . Tertio laudem
qua auditor delectatur . Qualitas perſonæ conſiſtit circa

Qualitas perſone — dignitatem :vel locum magiſtratus: in quo ſitus ſit is apud quē agitur: quia aliter captatur beniuolentia a pontifice : q̃ a prætore. Et circa hoc duo debent ſeruari. primum Titulus. Secundo
Titulus — cognominatio. Titulus eſt vt papa appelletur Sanctiſſimus: Beatiſſimus: Clementiſſimus: Sapientiſſimus. Imperator vero. Inuictiſſimus: Digniſſimus: princeps optimus &c. vt de ſingulis
Cognominatio — infra de ratione titulorum dicetur. Cognominatio eſt: vt papa dicatur Benemeritus: Chriſti vicem gerens: Vnicum chriſtianæ fidei aſylum: Maximus diuini defenſor nominis : Eccleſiæ noſtræ tutor atq; protector. Imperator autem cognominetur Cæſar ſemper auguſtus: Refugium romanæ gloriæ &c. de quibus
Res de q̃ — infra dicetur: Res de qua agitur tripliciter conſideranda eſt. primo quando eſt honeſta. Secundo cum eſt turpis. Tertio quādo eſt honeſta & videtur turpis: vel cum ſit turpis: videtur honeſta primo quando eſt honeſta: ſatis eſt conformare rem cum perſona: dicendo non eſſe prolixum ſermonem habēdum ea in re quæ ſit honeſtiſſima: & auditoris naturæ vnicæ conformis. Si vero eſt turpis: conſideretur ſi quam habet partem honeſtatis: & tunc illa eſt tractanda. Si nullam habet honeſtatis partem: arguatur ab aliqua conſequenti miſericordia vel gratia. Si turpis
Laus — eſt & videtur honeſta: pro ſe orator inſtare debet circa id quod videtur: ꝑ aduerſario vero declarare: aliter eē q̃ videatur. Laus autem qua delectatur auditor: intelligi debet ex eius vita & moribus: modeſte tamen tractari: ne videatur aſſentatio.

Exemplum talis ſermonis.

Scio te pretor magnifice adeo iuſtum eſſe : vt nihil vel audias: vel admittas quod non ſit oī ex parte dignum viro bono. Attuli ad te igitur rem equiſſimā: que cum per ſe intelligeretur: nullis aduerſarij adiectis laqueis : adeo videbitur honeſta vt naturæ tuæ ſit conformiſſima. Nihilo eñ te aiunt omnes boni: plus delectari q̃ equitate: qua ſimillimus dei eſſe poſſis in terris.

Apparat⁹ in exordio conſtat — Eſt autem in omni re dicenda : ſcribendaq; vtendum apparatu: qui ſolet exordij nomen apud omnes conſequi. Hic autem duobus conſtat dumtaxat: attentione: ac beniuolentia: Nam docilitas
Attētio — attentionis eſt inſerta viſceribus. Eſt autem attentio diuiſa bipertito: in expreſſione rei cum eius laude: & in rei taciturnitate cum ſumma dicēdorum laudatione. Aut enim ante factus eſt eadem de re ſermo; & tūc ſatis eſt rem altius prouehere: quę

iamdudum eſt nominata: Aut initium dicẽdi ſcribendiue n omẽ rei poſcit cum eius laude. Beniuolentiæ vero & ſi quattuor ſunt rationes: vna tamen eſt cauſa: a perſona noſtra: a re: ab auditore: vel in aduerſarium: vt ſi quis ſcit tantũ ſibi gratiæ vẽdicare: quãtum ad id exorandũ: qđ oratur: ſatis ſit: hoc modo ꝑ attẽtationẽ Beniuolentia.

Exemplum Attentionis.

Nunc vt rem omnem animaduertatis: quæſo diligenter: quam ego rem vobis expoſiturus ſim: rem inq̃ & mea ditione non indignam: & auctoritate veſtra digniſſimam.

Exemplum de beniuolentia a quattuor perſonis.

Audietis autem o viri præſtantiſſimi rem vobis nõ iniucundam qui vt iuſtiſſimi eſtis: ſic ſoletis iјs delectari quæ nõ habeant qcq̃ cum iniquitate cõmixtum. Intelligetiſq; ab huius nequiſſimi aduerſariј mei natura me plurimum abeſſe. Is enim vt nequam eſt perfidiæ ſemp ſtudet: neminem timet: neminem erubeſcit. Ego vero qui veſtra conſuetudine frætus impietatem plurimum abhorreo: nihil ad vos afferre auſim turpis.

Dictum eſt autem vnã eſſe dumtaxat beniuolentiæ ab ipſis quattuor perſonis cauſam: quia nihil in exordio tractatur niſi ad finem ſibi animos auditorum ad audiendum apparandi & conciliandi: vt ad reliqua facilior conſtet aditus. Nam veluti ſi quis ſemel bona ſit in nos mente: nos amans laudat omnia noſtra: etiã ſi non videantur iјs qui nos odere talia: ſic qui male de nobis cõcepit: nos habens odio: etiam quæ amantes de nobis admirantur: deteſtare conatur.

Eſt autem & attentio ipſa: & beniuolentia: eo moderamine in exordium inducenda: vt neq; iactator: nec aſſentator homo videatur. Nam iactare ſe videretur: remq; dicendam: ſi minus modeſte vel illam vel ſe laudaret. Aſſentari autem ſi ſupra modũ auditorum laudes ſequeretur.

Exemplum iactantiæ.

Res enim hæc de qua verba facturus ſum: tam eſt inſigni laude cumulata. P. C. ãt excellens tã admiranda: vt & ante hac nunq̃ ſit audita: & a nemine poſſit alio q̃ a me vno tractari. Tot enim ac tanta de omni virtutis genere pericula factam ſum in omni verſatus bonarum artium ſtudio: tantum michi iam laudis in exer-

cędis bonis litteris eruditiſſime comparatur : vt nemo æque ad hanc materiam conuenire queat:nulli ſint paratæ rationes meæ nemincm tam hoc munus q̄ me deceat.

Exemplum adulationis in beniuolentia.

Quis autem a deo eſt obtuſo plumbeoq̨ ingenio : quem latere queant veſtræ laudes:Vos enim ſoli eſtis luminaria quaſi quędā in terris demiſſa cęlitus :quorum ſplendore ac ductu per omnis tenebrarum obſcuritates ambuletur : vos numina deorū aliqua ſumma quidem apud nosveneratione digniſſima quibus qui nō credit:non fidit:non ſe dedicat totum: is & perfid⁹ eſt & amens appellandus.

Sed ſciendum non eſſe turpe minus : ſi tantum beniuolentiæ in aduerſarium captetur vt iuehi potius videamur: q̄ ad orationis neceſſitatem proſequi:hoc modo dicendo.

Exemplum in aduerſarium.

Nec ego tam obſcæne me dicere quicq̄ poſſe arbitror in hūc aduerſarium:cui nequeant addi peiora multo. Quis eo incontinentior :qui libidinibus ſemper vacauit in meritorijs atq̨ fornicib⁹ Quis eo ſupbior atq̨ vanior qui ſeſe audet pręferre diјs:velleq̨ de omni laudis & auctoritatis genere cum omni contendere antiquitate.Quis eo immanior qui crudeliſſime multos interemit vt eorum abuteretur patrimonijs ;Ab hoc nihil eſt expectandū niſi inique & perfide dictum.

Indouti=nens Supbus Immanis

Eſt autem diligenter curandum:ne prolixioribus verbis :maximoq̨ ſententiarum apparatu exordium tranſigatur:ne videatur callidus atq̨ verſutus in exordiendo orator : & ex nimio apparatu paruam efficiat fidem:hoc modo.

Exemplum de exordio nimis apparato.

Ego mihi patres ampliſſimi iamdudum in mēte propoſueram nulla de re apud vosverba facere:quæ non eſſent omui ex parte ingenio laborata:doctrina exculta:diutiuſq̨ elucubrata :quippe qui facille intelligerent q̄ ſitis & diſerti & ſapiētes ad quos nihil debeat afferri incultum:nihil in elimatum:nihil inſipidum. Quobrem cum eſt on⁹ hoc meis humeris demandatum :vt orationem funebrem haberem hoc loci atq̨ temporis :nolui quicq̄ ex impromiſo proſequi:ad alium deferri malui mun⁹ illud :ad hūc mihi diem potius reſeruari:quo parentalis haberetur in his anniuerſarijs pro defuncto precibus atq̨ ſupplicatiōibus . Interea vero temporis annus iam agitur : maturius huic operam adhi-

bui cauſæ:generis propagationem didici:de cuius ſum nobilitate dicturus:virtutes hominis accepi : diſcurri volumina veterũ: & quid de mortalium ĩteritu :quid de animorum immortalitate iudicãdum ſit:intellexi. Nihilq; plane iam me latet:quod vobis commode ſit exponendum. Itaq; non dicetur hic quicq̃ improuidum: aut minus exquiſitum:ſed omnia conſulto :omnia apparate. Rem autem tantam aggredior:quantam antehac auſus eſt aggredi nemo:non orationem ſolum parentalem de mortis Sẽpronij recordatione:qui fuit omni prẹſtantiſſimus laude: ſed de communi hominum miſeria :vt ĩtelligatur quibus ſimus in hoc orbe calamitatibus ſubditi. Proh deum atq; hominum fidẽ:quid ſumus in hac vita homunculi: Quibus trahimur caſibus: Quib⁹ trahimur caſibus:Quibus vexamur perturbationibus. Nihil hic ſtabile:nihil quod poſſumus vno die noſtrum exiſtimare. Q̃dq; inquit Seneca:Nemo tam diuos habuit fauentes:craſtinũ vt poſſit ſibi polliceri Atq; vt Gregorius ait:Nos continue morimur: & ſicut aqua labimur. Sunt tamen & huic luce functo per inuidiã aduerſarij:qui nollẽt:ſi poſſent: his anniuerſarijs locum eſſe publicum : & conuentum conſeſſumq; hunc veſtrum tam preclarũ O genus hominũ nefariorum: qui vt peſſimi ſunt:ſic omnis velint fieri peſſimos. O ſceleſtiſſimos parricidas qui vt iugulare cõſueuerunt alios:ſic huius famæ detrahere cuperent hunc honoris modum. Sunt omnium perditiſſimi:nequiſſimi:pernicioſiſſimi. At vos o patres non neſcio tales eſſe : vt nõ ſitis huiuſmodi beſtiolis quicq̃ ſecũdaturi:vbi ſemper veſtram in bonos pietatẽ in officia humilitatẽ:facilitatem:benignitatem:charitatis in omẽ genus pronam promptamq; naturam. Itaq; iam mihi polliceor neq; impediturum hanc orationem inuidum & maliuolum fore queq̃:nec vos minus attente audituros:q̃ ſi nunc aut Demoſthenes aut Aeſchines dictur⁹ accẽderet. Attẽdite igit̃ diligẽter pres In hoc exordio ſunt omnia bonis exordijs euitanda : hoc eſt ne ſit prolixum :eſt eñ profuſiſſimũ. Ne ſit in eo apparat⁹ :qui pateat. At nõ ſolũ hic eſt:ſed eſſe declaratur. Vt nõ ſint allegatiões vt hic ſunt. Vt non ſint ſtructuræ longe verbis exquiſitis annexe vt hic ſunt. Vt nõ ſit ſupra dicta edulatio & iactãtia:vt bic ſũt. Vt nõ colores ſentẽtia:articulus:diſſolutum: de quibus inferius dicetur:vt ſunt. Vt non fiat repetitio eiuſdem ſẽtentiæ per diuerſa verba:vt hic fit: Sed contra ſit apparans auditorũ aĩos exordiũ.

Fragilis & caducæ naturẹ homo Seneca i hercule furenti gregori.

Quae ſint in exordio euitanda

cum breui & modeſta expoſitione ſummaria dicendorum:& cū aliqua conciliatione auditorum:hoc modo.

Exemplum exordij perfecti.

In materia boni exordij

Cum eſſem hāc orationem funebrem habiturus patres ampliſſimi:cœpi non nihil ſubuereri:ne ſi quid minus ad vos afferrem elimatum vos offenderem:qui vt doctiſſimi eſtis omēs:ſic ea ſoletis hominum excellentia delectari:quæ res ſemper afferat ornatiſſimas:& verborum elegantia:& ſententiarum pondere. At cum eſſe vos humaniſſimos ac facillimos memini:vela conſtitui ventis delegare:vel ſermocinationem hāc ſatis & improuiſam & incultam adducturus:cuius errores potius correcturi ſitis:q̄ me ſuperbum exiſtimaturi:qui veſtris eſſe imperijs auſus refragari ſi negaſſem hoc loci dicere de clariſſimi viri Sempronij Mediolanenſis funere. In hunc ſi quis vel ſenſit aliquando:vel ſentit adhuc male:is liuore perductus reſipiſcat:vos me audite:vt de vita morteq; tanti viri dicens præmium conſequar auctoritatis in me veſtrę pietatæ. Sed intelligendū eſt:q̄ hę partes:aut harum aliquæ poſſunt diffuſiores eſſe tribus de cauſis. Primum cum oratio eſt longior:vtpote in ſuadendo vel diſſuadendo de pace vel bello. Secundo cum purgatio propriæ innocentię facienda eſt:propter criminationem antea per aduerſarium factam vel propter opinionem per audictores conceptam. Tertio cum inſinuandum eſt:hoc eſt pedetentim idem faciēdum:quod in ſuperioribus exordijs:ſed occulte ob cauſas infra dicendas. Omniū autē horū exordiorū:& tandem inſinuationū:hęc ſūt exēpla

Partes in exordio poſſūt eē longe tribus de cauſis

Exemplum in ſuadendo p̄ longius exordiū

Scio vos eſſe. P.C. væhementer curioſos:bellum ne vobis cum finitimis agendum ſit:an pax habēda:proptereaq; multas ac varias a ſenatoribus ſententias expectari. Mihi quidē videtur opus eſſe:vt primum optime de republica ſentiant qui ei ſunt conſulturi:tum vero vt nullis aut propriorum commodorum capiantur cupiditatibus:aut priuatarum inimicitiarum recordationibus at eadem ſemper in patriam pietate nihil habeāt in oratione ſimulatum:nihil falſum:nihil dolo tectum:de veſtra patres diligētia certus ſum:at & de veſtra ſapiētia nihil ambigo. Intelligo enim q̄ ſoleatis omnia mature conſultiſſimeq; tranſigere:quibus iuſticia:pietate patriaq; charitate nihil antiquus aut familiarius vnquam eſſe potuit. Me vero fuiſſe non ignoratis:aſſidue in ijs occupatum:quæ republicæ noſtræ conductura

An bellū vel pax ſit ſeruāda.

non qui multa valeam:ſed qui plurima velim ꝓ patria:pro qua
quidem vel mortem oppetens nihil expleuiſſe me cēſeam quā
tum debeo.Quare ſi quid & ipē recte cogitarim:aut non impie
prouiderim:quod ad pacem firmandam & diutius ſtabiliendā
atineat per deum immortalem tantillum attendite patres opti
mi:nec cuiuſq̄ me impediat clamor qui aut mihi ſit infenſ⁹ aut
patriam habeat odio:aut veſtræ inuideat auctoritati:qui aut ma
le ſenſerit:facile ſemper cognitum ac perſpectum eſt.

Exemplum exordij purgatiui.

Inimicum eſt me criminatus Bædas fuiſſe Alchibicij:nec quicq̄
huc in eum:niſi per inuidiam ac odium attuliſſe.Q̄ autem ino
cēter ſemper vixerim:nec per vllam animi perturbationē quic-
q̄ ad nos in hunc locum attulerim patres optimi vos teſtes ad
uoco veſtriſq̧ iudicijs īnocentiam meam ab ea criminatione cu
pio purgari: vt commodius mihi ad dicendum eadem in cau-
ſa pateat aditus.Cū is Bædas ærario præeſſet:& æs publicum
in ſuam arcam vertiſſet:accuſatoris in eum ſum officio functus
qui reipublicæ ſalua cauſa nequibam aliter facere.Tum egi mo
deſtiſſime:nec eum paſſus ſum crudeliter dānari:negligētiæ po
tius aut indulgentiæ accuſandus nimiæ:q̄ vel īpietatis vel odij
Quæ pro republica fiūt:nemo debet ī ſe facta quæri:ab eo præ
ſertim ciue:qui maxime ſuæ patriæ debet nunc in eundem ago
cauſam meam ciuilem quidem:nō capitalem.Hæreditatem pe
tij primum.Nihil ſe debere nihil dixit:a quo eſt alias capitis in
iudiciis accerſitus repetundarum.Cauſa mihi eſt tam honeſta:
q̄ ei turpis.Cur vobis qui omnium eſtis æquiſſimi: ambiguum
videtur:pro me eſſe iudicandum.Non proſequar:ne quod iuen
tore dicitur:verboſus videar.Mineruam docere.At vt eſtis nō Mineruā
docti minus ac prudentes:q̄ iuſti.Attendite per immortalē deū docere.
quibus ego rationibus ac legibus mihi non ſolum decernendū
ſed plane decretam hāc hæreditatem arbitrer:Paucis admodū
me abſoluam:nec quicq̄ iccirco hac in re tangam quod nos vlla
ex parte latere poſſe ducam:ſed vt aduerſarius audiat:quænon
intelligit:cognoſcatq̧ qnib⁹ argumētis moueri ſolēt ad iudicā
dū docti & ſpientes De īſinu

De inſinuatione. atione ſe

in inſinuatione ſeruātur eadem:quæ & in reliquis exordijs: ſed cūda pte
quoniam nequit animus auditoris ſtatim & recte ad audiēdum exordij.

apparari:fit pedetentim & indirecte:qn̄ cauſa turpis eſt:aut auditor eſt perſuaſus ab aduerſario:aut defatigatus audiendo: & fit fingendo velle aliud dicere:q̄ quod dicēdum eſt: quando cā eſt turpis:& paulatim deſcendere ad rem:qn̄ autem eſt perſuaſus :cum aliqua vehementi criminatione de aduerſario:cū aūt eſt defatigatus cū aliqua fabula.cauillo:vel facetijs:hoc modo

Exemplū de inſinuando apud auditorē in cauſa turpi.

Non nego princeps optime plurimum erraſſe Gaium:qui tuā leſerat maieſtatem:eſſeq̄ tātum nefas acerbiſſime plectendum in eūq̄ debere non te ſolū vehementi⁹ animaduertere: ſed vniuerſum hūc populū omni telorū genere irruere.Quid em̄ committi pōt a quoq̄ ſcelerati⁹ aut importunius q̄ ſi qnid in principem committatur:preſertim adeo perhumanū atq̄ pbenignū: a cuius incolumitate noſtra pendet incolumitas:ld vt nefarium eſt ſceleris genus:ita in nullo tollerādum:Verum vbi tuā ſoleo mecum animo volutare miſericordiā in omne hominum gen⁹ a quo crudelitas maxime abē:nequeo nō exiſtimare:de ei⁹ vita apud te fieri poſſe verba:qui cū per ſe nichil promeruerit oīa demeritus ſit:per ſui tamen generis nobilitatem:virtutē ac gratiā:poſſit ſperare non nihilLeliū abſoluiſti qui longe fuit peior ac inſolentior.At hic ea familia cretus eſt:quæ tibi ſemper fuit iucundiſſima.eo patre natus:qui tecum non paruā conſuetudinem nactuseſt:eo ſocero viuit:quem amas plurimum.Itaq̄ cū nihil afferre valeat:quod audiendum ſit.ad iudices:at ad faciliimum principem:&ſuorum amātiſſimum nihil non audiendū afferat.Attende igitur dux optime:vt nō quis ſit Gaius hic vir hoc caſu peſſimus cognoſcas :Noſti enim nunquid gratiæ mereatur:demeretur enim omnem indulgentiam .Sed quid ſui dicant agnati:cognati affines: omneſq̄ propinqui : quos ſemper audis manſuetiſſime :admittiſq̄ iucundiſſime qui peccarunt in te nihil vnq̄

Exemplum inſinuādi auditore perſuaſo.

Fuit Gaius hic vir bonus o princeps optime apud regē Gallorum : non minore auctoritate quondam & gratia: q̄ apud te ſit. Cum accepiſſet pecuniam a Colomella quodam Lugdunenſi mutuam iamq̄ reſtituendi tempus immineret:Colomellam accuſauit homicidij : Cæſus inueniebatur homo:teſtes habebat

paratos Gaius: qui græcorum more teſtimoniū darent mutuū. In iudicium iuit: conuicit Colomellam: Coegit damnari. Nam & torqueri coegerant teſtes: damnatus exclamat: ſuperoſqꝫ inuocat teſtes. Miraculo quodam factum eſt: vt vox in plebem facta ſit: capiendum Gaium teſteſqꝫ quæſtionandos. Diffugit accuſator: Diffugiunt improbi teſtes: Culpam detegunt abſentes: ductiqꝫ conſcientiæ metu: Liberatur Colomella. Quid ſi hic quoqꝫ probabitur o dux optime Gaium hunc aſſuefactione malorum minime pudentem: eodem genere criminandi hoc temporis in hunc Senpronium eſſe nixum: Itaqꝫ non tam res ipſa conſiderāda ſit primum q̄ accuſatoris conditio. Accuſati vita: mox ad rerum argumenta deueniendum: vt aliter longe rem habere intelligas q̄ probatum ſit hactenus: vt a victo victor facillime ſuperari poſſit. Nam q̄ ipſe ſis prudens: q̄ rerum humanarum peritiſſimus: omnes ſcimus: & q̄ mature ſoleas conſultoqꝫ omnia prouidere. Me vero non ignoras: nunq̄ mentientem ad te ire: multo nunc minus.

Grecoꝝ teſtimonium

Exemplum inſinuandi vbi eſt auditor defatigatus.

Cum peperiſſet: vt poetæ fabulantur: Gigantes tris Tellus: vt Phaetontis iniuriam in deos vlciſceretur: nec quicquam præualuiſſet: enixa eſt tandem ſimeam: quæ ſuperos cum tonitruis fulminibuſqꝫ vacarent: irrideret. Itaqꝫ fraterculus ille gigantum: vbi cælum miſceri audit: ore in aerem verſo: dentibus labijſqꝫ hiaſcens debaccatur in Iouē: Id eſt hoc loci noſter hic aduerſarius delphino tortuoſior: gibboſior monſtruoſiorqꝫ ſecutus: qui cum alia nos nulla deprimere poſſe videret via in prolixitatem ſermonis eouſqꝫ lapſus ē: vt ad dicendū apud defatigatum audiendo principem nihil nobis reliquerit temporis. Nil dixit quod ad cauſam attineat: & multa tamen eſt fruſtra proſecutus: credens eo ſe pacto: vt ſimia in ſuperos irridendo verſari: quod ſi tuam animi moderationem conſideraſſet: nunq̄ attigiſſet. Es enim omnium & prudentiſſimus & æquiſſimus: nec potes audiendis etiam profuſius loquentibus beſtiolis decipi. Nam Alexandri more: cum quicq̄ ab aduerſario dicitur vna occluſa quidā aure: dicis eam te abſenti aduerſario ſeruaturum: ad quam: vt certo ſcio: mihi ſeruatam: pauca proſequar.

Terra gigātes p̄creauit & tandē ſimeam

Alexander magnus

Sciendum eſt autē: euitari væhementius oportere in exordijs:

ne ſit exordium commune:hoc eſt:quod poſſit in omnes cau=
ſas co mmuniter conuenire:ſed proprius videatur eius cauſæ.
Ad hęc autem ne ſit vulgare:hoc eſt:quod ſolet a pluribus tra
ctari.Ad hęc vero ne ſit improprium cum cauſa:hoc eſt: quod
non ſit inſinuatio ſi oportet:aut prœmium hoc modo.

Exemplum de exordio communi.

Dicturus ſum o patres ampliſſimi de ijs rebus:quas admirabi
mini:quippe raris & inuſitatis & vobis iucundiſſimis. Attendi
te modo perhumane:cenſeteq; me virum eſſe:qui neſciam:ne
mētiri:nec aſſentiri.Vos aūt nō ignoro tales:ad quos nihil ſi te
afferendū incultū:nihil non elucubratū diligētiſſime.

Exemplum exordij vulgaris.

Demoſthenis Ciceroniſq; opus eſſet hoc die nobis eloquētia:
vt magnitudini rei de qua mihi dicendū eſt ſatiſfacere poſſem
At ego apud vos dicturus viros doctiſſimos ac diſertiſſimos
vndiq; titubo:palleo:tremo:ac labeſco:neſcio quid potiſſimū
auxilij mihi ſperem:cū elinguis pene ſim:aut quid potius lau=
dis non deſperē.Sed ſi hoc muneris veſtra ſim tandem beni=
gnitate conſecutus:vt me perhumane audiatis: ſpero nō nihil
veſtra recreatum gratia in medium allaturum:quod nobis nō
erit iniucundū.Attendite igitur per deum immortalem: atten=
dite & audiates veſtra prudentia & auctoritate rem digniſſimā
q̄q̄ tenuioribus verbis & minus elimatis prolatam.

Exemplum exordij non proprij.

Eſtis vos quidem o iudices ab aduerſario perſuaſi:qui nequiſ=
ſimus oīm eſt:at ego vobis diſſuadendum eſſe duco:ne quicq̄
credatis ei qui nunq̄ mentiri deſijt Attendite modo diligenter
quid dicā cū nihil ſim allaturus in mediū nō vr̄o cōſilio dignū.

Tria ge=
nera cāſ;
Demon=
ſtratiuū
Delibe=
ratiuum
Iudiciale

Sciendun eſt autem:cum tria ſint cauſarum genera:quæ tracta
ti poſſint a quocunq; vel ſcribente:vel dicente:hoc eſt:demon=
ſtratiuum in laudemue vituperationem poſitum.Deliberatiuū
in ſuadendo aut diſſuadendo collocatum .Iudiciale in agendo
vel defendendo ſituatum.Vnum tamē eſt:quod ſemper tracta
tur:demonſtratiuum ſcilicet . Nam in iudiciali quem accuſant:
vituperant : quem defendunt laudant.In deliberatiuo autē ſua

Materia
quadru.
Honeſta

dendo rem laudant:diſſuadendo vituperant.Sed materia pōt
eſſe quadruplex.Aut honeſta ſi pro viro bono contra malum
vel ſi de nuptijs epithalamion:de funere epitaphion:de religi

one pietate:& omni laude. Aut turpis ſi pro malo contra bonum:vel ſi de libidine:de aliquo vitio. Aut humilis: vt ſi de cãvili vt de laudibus coquinarię vel factoriæ. Aut dubia:vt ſi ptẽ habeat honeſtatis:partem turpitudinis. Si cauſa ẽ honeſta: eſt aperte procedendum in exordio modo quo ſupradictum fuit Si cauſa eſt turpis:eſt inſinuandum :vt ſuperioribus exemplis patuit. Si cauſa eſt humilis :eſt amplificandum exordium exẽplis ſimiliũ cauſarum. Si cauſa eſt dubia:eſt exordiẽdum ab ea parte quæ honeſtatem continet:vt ſi vir bonus commiſit ſcel⁹ exordiemur viri naturam:nõ vnius erroris ſordẽ cõſiderãdã. Turpis Humilis Dubia

Vbi abſtinetur exordio.

Sciendum aũt ꝙ in plæriſqꝫ cauſis abſtinemus exordijs : hoc eſt:quando adeo honeſta cauſa vt exordio non ſit opus vt ſi de religione:de pietate &c. dicatur. Item vbi apud ſenatum agitur vel principem in cauſa:in qua ſæpius dictũ & redictum eſt. Sed animaduertendum eſt:ꝙ licet non ſit opus exordio: poteſt tamen vbiqꝫ:vbi vel argumentatio:vel res agitur væhemens rogari auditor:vt attente audiat:& demonſtrari oratorem eius fidere ſapientiæ. Nam licet locus captandæ attentionis & beniuolentiæ non ſit prporie niſi in exordio: diffunditur tamẽ per omnes orationis partes Qñqꝫ exordio nõ eſt opus

De narratione.

Deinceps de narratione conſiderandũ eſt:quæ ſummaria quædam eſt expoſitio rei geſtæ:non tamen adeo ſummaria & breuis vt in attentione ſeruatur. Nam ibi dumtaxat expoſcitur ꝑ docilitatem quandam:quæ auditorem faciat attẽtũ:vt ſi dicat De religionis hoc die dicturo mihi laudibus quæ ſufficient verba:quæ ſententiæ: In narratione vero breuiter & aperte: & veriſimiliter exponitur cauſa:& quare illo die ac loco tractãda ſit. hoc mõ De narratione

Exemplum narrationis

Hic dies conſilio religioſorum ordinatus eſt. Itaqꝫ in hunc locũ nobis cõuenientibus qui religioni vacamus :iure ac merito nõ nihil eſſe dicendum de religionis laude:præfecto huic integerrimo noſtri ordinis viſum eſt hoc munus ad me collatum : ei⁹ mihi ſummatim ſunt partes tranſigendæ. Debet autẽ eſſe narratio breuis:vt ſuperius attigi:dilucida & veriſimilis. Breuis idio dico:ne terat fruſtra tempus cum nihil adhuc de ſubſtantialibus dicat :ſed dicturum ſe profiteatur. Aperta autem vt nihil dicat confuſe:ne animus auditoris incertus ab audiendo narratio breuis

Veriſimilis.

diſtrahatur. Veriſimilis autem quia etiam res vera ſine veriſimi
litudine dicta fidem non faceret: vt ſi dicatur virginem peperiſ
ſe & non dicatur quo miraculo factum ſit: abſolute fidem nō fa
ciet. Et in hoc maxime animaduertendum eſt: ꝙ narratio nō ha
beat aliquid cōtoruū: aut idem repetitum: aut diffuſum: aut ob
ſcurū: ſed ſtructuras habeat breues: & crebras: & quaſi per enu=
merationem procedentes: ita vt quid ſit dicendum potius ap=
paretur q̄ quid dicatur auditores attēdāt. Eſt mala narratio lon
ga: hoc modo.

Exemplum de longa narratione vitioſa.

Magna res eſt profecto patres optimi: de qua verba ſim hodie
facturus: & tanta quidem ac tam grandis: vt nullius vel diſertiſ
ſimi oratoris lingua rei amplitudini ſatiſfacere quæat. Agitur
enim funus mœroris plenum. Agitur communis totius vrbis
luctus Agitur de publica ciuitatis potiꝰ: q̄ priuatæ domus cala
mitate. Obijt diem Lælius vir maximus vrbis primas: ciuitatis
propugnaculum. Obijt diem Lælius oī laude cumulatus. Obijt
is a cuius incolumitate omnis pendebat ciuium incolumitas:
& cuius obitu omnes obijſſe dici poſſumus. Proh deū atqꝫ ho
minum fidem: quis hoc animaduertebat erūnæ genꝰ. Quis hūc
prouidebat caſum. Quis huc poterat cōuertere oculos. Obijſti
tu tandē Læli: Obiit aſyli reipublicæ tutor: Obiit fautor atqꝫ ꝓ
tector noſter. Hic dies lugubris eſt eius epitaphio deſignatus.
Ego decretus ſum: qui & laudādæ illius vitæ mortis locum im
pleam & vos conſoler. At ego conſolādus qui pote cum nihil
habeā ſolatij: poſſim quod in me non eſt in vos conferre. Om=
nes hic ſumus ad luctū paratiſſimi: conſolationis omni genere
alieniſſimi. At dicam tandem: ne munus ad me collatum videa=
ar euitaſſe. & eo dicam breuius: quod vel longius ac prolixius
conſolando dicens: nihil vel mihi vel vobis proficere poſſem.

De diuiſione ſeu ꝑtitione.

De ſex ꝑtibus epiſtolarū.

Poſt narrationem in oratione: quæ omnia complectatur artis
præcepta: ſed ſtatim ſuccedit diuiſio: quā aliqui partitonem ap
pellant. Et ſciendumqꝫ ex ſex partibus integræ orationis: hoc
eſt: exordio narratione: diuiſione: confirmatione: confutatione
concluſione. Tres habent apparatum dicendorum: hoc eſt: ex
ordium ad conſiliandos auditorum animos & apparādos ad
audiendum. Narratio ad aperiendum & rei rationem & tempo
ris cauſam. Diuiſio ad partiendum materiam: vt ſit attētior au

ditor ad ea que dicenda ſunt. Duæ ſunt expoſition e rei: hoc eſt: confirmatio ſuccedens diuiſioni: & confutatio diluens vel expreſſas vel tacitas obiectiones. Vltima vero: hoc ē: cōcluſio eſt eius complexiua quod ſuadere aut diſſuadere nitimur. Idem obſeruant iuriſconſulti qui in conſultando: primum vtuntur quadam præfatione mox exprimendo caſum enarrant: tum dubitationes exponendo diuidunt: dehinc ad vnanquanq; dubitationem reſpondendo & allegando confirmant: deinde obiecta confutāt: vltimo cōcludunt quid petatur quicq; iudicandum ſit. Idē prædicatores tenent: vt propoſitione thematis exordiantur: quare illud thema potius eo die proſequentur declarando narrent: tum de quot partibns dicturi proponēdo diuident: ad hæc vnanquanq; partem enucleādo confirmant: tū vero ſiqua vel obiecta ſunt vel obiici poſſunt: confutant: vltimo cōcludunt ſic aut ſic eſſe faciendum. Diuiſio autem hæc neq; plures q̃ tres in partes diſtingui debet nec in pautiores: ne ſi in plures: tedium auditoris afferat & de eis ſit faſtidio: ſi in pauciores: non confundat eorum mentes.

Exemplum bonæ diuiſionis:

Et cum mihi de vita morteq; Lęlii dicendum ſit: tria dumtaxat perinde: ac pcurrendo complectar. Quæ fuerit huius ab ineuntibus annis inſtitutio. Qui totius vitæ deinde progreſſus. Quis tandem mortalis huiuſce vitæ finis. Vt intelligatur obiiſſe ne tātus vir an potius adhuc viuere cenſeatur.

Exemplum male diuiſionis.

Iam igitur in hoc funere mihi dicendum eſt: quis fuerit ipſe Lęlius de quo hic agimus. Iam vel inuitus huc prouehor delegāti vela ventis: ſex mihi conſideranda ſunt verbis ſortaſſe prolixioribus: ſed re certę breuiora. Horum aliud erit in huius familia conſtitutū: vt intelligatur quibus hoc funus mœſtum ſit Aliud in parentum luctu decretum: videatur quanti ſunt precij qui hoc filio ſunt orbati: Aliud in eius orbatione ac vitæ pgreſſu: vt cognoſcatur q; & ipſe bonus eſſet & bene afficeret vniuerſam hanc vrbem: Aliud in eius dignitatibus ac titulis: vt teneatur q̃ placerent eius mores principibus cunctis: Aliud in eius doctrina: vt exprimatur q̃ eſſet omnibus bonus & vtilis & neceſſarius: Aliud autem in eius obitu: vt accipiatur quanto nos confecerit dolore.

De confirmatione.

At confirmatio totuplex debet eſſe:quotuplex diuiſio:hoc eſt: vnaquæq; partitionis pars debet confirmationem habere propriam. Verbi gratia. Si dictum eſt in partitione dicendum eſt de Lælij educatione:in confirmatione dicatur hoc modo.

Exemplum bonæ confirmationis.

Et cum de Lælij educatione primo loco mihi dicendum ſit: atte̅dite obſecro partes optimi q̄ ſit educatus permodeſte Quod attinet ad nutrimentum:ijs cibus educatus eſt quibus aleretur: ac viueret non quibus voluptatis ſordes pararentur. No̅ enim ad incontinentiam eſt ed ucatus ſed ad omne modeſtiæ genus. At moribus ijs certe.quos rari ſolent adipiſci:quibus & vita iucu̅dior eſt & laus diuturnior. Didicit modum i oi̅ ſeruandum eſſe vita. Iam admodum puer vigila̅tiæ:ſobrietati: puditítiæ vſq; adeo incumbebat:vt media̅:algorem æſtum no̅ metueret:adeo vt maiores natu ſuperare videretur:diſciplinæ vero militari ta̅ paratus ac accinct⁹ erat vt Marte natus cenſeri poſſet: tollerantia ſingulari adoleſcens:& periculorum non timidus: laborum no̅ fugax. Hæc huius educatio ta̅ tenax virtutis atq; probitatis q̄ alia voluptatis atq; maliciæ.

Exemplum malæ confirmationis.

Ne autem ſingula proſequar:vno dumtaxat verbo ſex illa co̅plexus declarabo:quantus hodie nobis amicus:ſuisvero filijs ac propinquis ſublatus ſit. Nam Lælius generoſa familia cretus optimiſq; parentibus natus educatus eſt modeſtiſſime: famam optimam propagauit:ſibiq; digniſſimus ac nobis vtiliſſimus fuit:nec nobis minus ſumma cum laude q̄ ſibi diem obijt Cur eſt tot titulus ornatus:quia vir clariſſimus fuit. Cur tam eu̅ celebrabant docti: quia vir doctiſſimus fuit. Cur tam eu̅ lugemus omnes:quia erat nobis eius vita plurimum neceſſaria vir inquam fuit per paucorum hominum:omnibus char⁹ cunctis dilectis oi̅bus venerabilis.

Sciendum igitur ꝙ confirmatio vt debet eſſe aperta & rationibus referta ita minime confuſa: vt ſimplex complexaq; parte̅ & argumenta partis ſub qua iacet:ita non multiplex cum partibus aliarum partium:quibus aliæ debent ſeruire confirmationes:& artificioſa i argume̅to:aut ꝑfecto aut mediocri:a̅t mim ›

De argumentatione.

Argume̅tatio.
Argume̅tatio au̅t oi̅s eſt ratio:i qua̅ vis co̅firma̅di:aut co̅futa̅di diſtribuitur. Ea eſt aut ꝑfecta:& ſic diſtributa in quinq; ꝑtes hoc

Perfecta

eſt in propoſitionem:rationem:rationis confirmationem ratio nis exornationem & complexionem. Aut mediocris:& ſic diui ſa in propoſitionem:rationem:rationis confirmationem & cō plexionem. At minima:& ſic tripertita in propoſitionem :ratio nem:& complexionem. Eſt autem propoſitio caput & fūdamē tum argumentationis:qua proponimus:quid arguere velimus quæ a logicis ſolet hodie maior appellari:hoc modo

Medio cris

Minima

Propoſi tio

Exemplum propoſitionis argumentationis.

Nemo negat deberi ſupremos illis honores qui cū & viri fue rint boni & vrbi iucundiſſimi:diem in negocijs ſuæ ciuitatis vl timum obierunt. At ratio ſecunda eſt argumentatiōis pars: quā ꝓbatur ratiōe:quodꝗ in ꝓpoſitione ꝓpoſitum eſt:hoc modo.

Ratio

Exemplum rationis argumetationis.

Nam niſi honoraremus huiuſcemodi viros:& ingrati videre mur:iure ac merito:& nemo bon⁹ apud nos eſſe diutius vellet Tum rationis ſuccedit confirmatio:quæ āplificat rationem ip ſam vt appertius intelligatur id quod probandum eſt.

Exemplum rationis cōfirmationis argumētationis

Rationis Cōfirma tio.

Quanta vero eſſet ingratitudo:quā nefaria peſtis:quam euitatu ri forent omnes boni:vt in eos fuerimns mali qui fuere non in alios ſolum omnis ſed in noſipſos multos magis optimi. Hoc vt & abominandum eſſet & inauditum ſceleris genus:ita dete ſtandum & execrandum omnibus:ita nemini tolerandum. Con tinuo conuenit exornare rationem vt profuſus ea quidem am plificetur:& ſic magis auditoribus perſuadeatur:hoc modo:

Exemplū ratiōis exornatiōis argumētationis.

Rationis exorna tio

Accedit huc etiam nō fama ſolū:ſed viuendi ratio:ſed humani tatis conſuetudo:ſed propria cuiuſqꝫ vtilitatis cauſa quibus mi nime ſeruiretur vſq̄:ſi eſſemus in eos ingrati:qui fuere viri gra ues:& in patriampientiſſimi. Nam famam certe quæreremus peſſimā:nec malā min⁹ q̄ Diomedes.qui homines dabat armē tis pabula:vel Buſiris qui hoſpites apponebat altarib⁹:vel Ly caon:qui eos obtruncans comedebat. Non enī minus male agi tur :ſi negligitur funus :q̄ ſi eripitur functi vita:cum in eripien da vita vel metus poſſit eſſe cauſa vel odiū:vt illud eſt Virgilij: Aut odium crudele tyranni:aut metus acer erat. In negligendo autem funere nulla q̄ ingratitudinis ſuperſit cauſa. Tum nemo laboraturus eſſet:vt commoditati cōducat noſtræ. Cū videret quales fuerimus in reliquos. Quid ſibi ſperandum ſit ī vita:nō

Diome des

Buſiris

Lycaon

ignorat: cum in morte nihil ſperare poſſit. Statim ſuccedit cō plexio:& cum ratio ea ſit quæ a logicis dicitur hodiernis: minor:complexio ea eſt quæ concluſio ab illis appellatur:quæ cō plectitur atq; concludit ſummatim ex ſupradictis ita ſentiendum:vt propoſitum eſt hoc modo.

cōplexio

Exemplum complexionis argumentationis.

Q̃obrem cum Lęlius vir optimus fuerit:& nobis vtiliſſimus: & officioſiſſimum ſit talium funus honorare: ingratiſſimū autē ſilenttio pręterire:iure optimo cōſtitutū eſt ſupremos pietatis honores huic exhibere funeri vt & nos ſemper amandos:iuuādoſq; cuncti proniores ſint:& ad virtutē facili⁹ inflammētur.

Cum autem eſt cauſa breuior:vt in epiſtolis familiaribus aut in orationibus habentibus gratias: Argumentatio eſt quadripertita: aut tripertita:hoc modo.

Exemplum argumentationis quadripertitæ.

Animns certe bonus: ſi referre gratias acceptis nequit officijs at habere poteſt:ac agere debet.Quis enim in non explendo ꝑ virili ſua officio vir aut bonus:aut æqu⁹ appellandus eſt: Nā qui pro animi ſuperbia ſibi cenſet non officioſe factum mun⁹: ſed debitum eſſe: is eſt ab humanitate alieniſſimus:potiuſq;in bęluarum cœtu connumerandus:q̃ inter homines collocandus Q̃ ſi & bonæ mentis eſt officijs habere gratiam & inique ac afferre non habere: non debemus tibi ſolum:& habemus: ac agimus grates ſed cupimus referre poſſe. Continuo ſuccedit argumentatio tripertita in epiſtolis & orationibus breuioribus: vt in nuptialibus: & pontificum ac principum ingreſſu: aut primo aditur

Exemplum argumentationis tripertitæ.

Cum deberem ad te ire optime Princeps: tum etiam hoc plurimum deſiderabam. Quis enim:cui tantillum ſit ingenij ſe totum non debet tuæ diuinæ potius q̃ humanæ virtuti:Quis autem cum debeat non deſideret pariter præſentem te intueri: quaſi naturæ quoddam in terris ſimulachrum: Itaq; cum & officio meo ſimul & cupiditati videndi tanti principis ſatiſfacturum hoc aduentu viderim: acceſſi: ſupplicaturus nihil aliud q̃ vt me ames.

De cōfutatione

De confutatione

Confutatio nihil habet aliud artificij: q̃ quod eſt expreſſum in confirmatiōe:reſpondet & cōfutat obiectiones:hoc eſt: ſi quis

obiecerit aliquē eſſe litterarum ignarū cōfutatur hoc modo.

Exemplum confutationis.

Ignarum me dixit litterarum : quaſi poſſit recte quicq̄ de litteris hec belua iudicare : qui a bonis artibus alienior ſemper fuit q̄ ignis ab vndis. Adhibui ab ineuntibus annis vſq; diuturnam bonis litteris operam : nec quidem coactus nec inuitus. At vltro ſponteq; tam libens : q̄ cum eſuriens cœnabam: Videbam enim ꝙ nihil in vita mortalium foret cum litteris comparandum : quæ & viuis præſto eſſent :& famam laudeſq; luce functis ſuppeditarent. Quomodo ergo vel ignarus eſſe poteſt:vel non doctiſſimns ille plane :qui natiuo quaſi munere : litteras cū lacte hauſerit imbiberitq; :ac iis maximopere delectatus nihil omiſerit quod ad earum quærendam rationem attinuerit. Succedit nonunq̄ amplificatio per enumerationem: & hoc fit quando eſt oratio perfectiſſima : & ne orator eſſe prolixior duceretur : breui⁹ & confirmauit & confutauit : ſed aut de ergumentatione aliquid ſupereſt quod amplificat aut de confutatione aliquid reſtat quod recriminatur:hoc modo.

Exemplum amplificandæ confirmationis.

Prętermiſi conſulto ne prolixior fierem ac vobis tedioſior patres ampliſſimi : quantis hic Lęlius in ætate admodum puerili floruerit exemplis modi atq; modeſtiæ q̄ fuerit ęqualibus quaſi pręceptor & morum inſtitutor : maioribus natu admirabilis minorib⁹ venerabilis. Nihil dicebat inſipide:nihil ridebat ſcurrile : nihil faciebat indignum facti recordatione. Apud quot fuit vrbium populos in ſummo quidem honore. Apud quot pricipes iucundiſſimus: Apud quod diuerſarum bonarum artium tam colendus q̄ admittendus : Quotiens magiſtratus exercuit ęquiſſime : quotiens in patriam rediit honoratiſſime: Cum aberat : fama ferebatur elegantiſſima : cum aderat : gloria ſpargebatur iucundiſſima. Nam & abſens conſultiſſime : ſapientiſſime : fortiſſimeq; viuebat : & pręſens nihil temere : nihil inſipide : nihil molliter vel agebat:vel dicebat:vel deniq; cogitabat. Habet autem hęc amplificatio ſtructuras crebras cum ſententioſis ac grauibus verbis.vt enumerare potius videatur:q̄ vel repetere : vel diffuſe aliquid proſequi.

Exemplum confutationis amplificandę per recriminationem.

Sed ne glorietur hic belluo nebulloqꝫ pernicioſus ac vnice pe=
tulans :quicq̄ in me protuliſſe quod me mordeat:poſtea q̄ ad ea
reſpondi : quæ obiecit manifeſtoqꝫ declaraui : q̄ inique dixerit:
q̄ abiectus nobis :q̄ impius videatur patres āpliſſimi ſi recrimi=
nor hominem impuriſſimum :ſed cogor hæc āguſtia temporis
conticeſcere . Quod ſi dicerē obſtupeſcere vos cogerem: quod
acerbiſſimus parricida me audeat accuſare ignorantiæ. Nam ſi
neſcirem litteras: id accuſationis genus nihil pertineret :cū me
dicat non admittendum prætorē:quod iniquus ſim : iniquitatis
quenq̄ arguit: qui parricidium adhuc habet ante oculos . Apud
omnes hic fuit ſemper in dedecore. Nullius familiaris diuitius
fuit:quem non fraudarit: Decoctorem hūc appellant omnes ſui
præuaricatorem alieni: doloſum ſinguli:nihil cogitauit vnq̄ bo
ni loquitur nihil nō perplexe:vafre:callide:malicioſe. Verſipel=
lis eſt penitus :ac eiuſdem rei ſimulator atqꝫ diſſimulator.

De concluſione generali & de epilogis:

Quæ ſit dicenda generalis cōcluſio :& qui ſint epilogi : particu=
lares inquam concluſiones:quæ perorationes apud nos appel=
lātur:& quo ab amplificatiua peroratione differat quæ ſolet di=
ci peroratio per amplificationem & enumerationem : eſt nobis
diligenter conſiderandum.

Cōcluſio enim eſt terminus orationis : que complectitur
breuiter rationes in vniuerſa oratione tractatas: & id quod ex il
lis infertur:ac ab eo qui orauit impetrari queritur. Epilogus au
tem:hoc eſt peroratio eſt particularis concluſio:non totius ora
tionis ſed alicuius orationis menbri. Nam ſi oratio vniuerſa eſt
quaſi corpus: ſex illæ ſupradictæ partes:hoc eſt exordium:nar
ratio: diuiſio: confirmatio:confutatio & cōcluſio ſunt quaſi mē
bra illius corporis:& quæ hiſce ſingulis menbris ſingulæ com=
petunt concluſiones:appellantur epilogi ſeu perorationes . Et
ita Cicero dicit quattuor locis cōcluſionibus vtendum ſecundū
exordium:ſecundum narrationem:ſecūdum frimiſſimam argu=
mentationem:& ſecundum concluſionem.

Exemplum epilogi ſecnndum:exordium.

Cum igitur & honeſta ſi res a me dicenda & talis quæ veſtra ſit
auditione digniſſima patres optimi: quanto ſim breuius dictu=
rus:tam vos audite diligentius:vt quid veſtra ſententia reporta
re queam non ſperauerim ſolum ſed ſim aſſecutus.

Exemplum epilogi ſecundum narrationem.

Quare cum dies ad dicēdum me inuitet:& dignitas cauſæ vos ad audiendū patres optimi:& ego ſim dicturus q̄ breuiſſime ſatis me hac oratione cōſecutum arbitrator ſi nihil dixero:quod & hoc loco & veſtra præſentia fuerit indignum.

Exemplū epilogi ſecundum firmiſſimā argumētationē.

Itaq; cum & bonus vir Lælius ſemper fuerit:& in patriam pientiſſimus:& omni laude cumulatiſſimus:debet tantum honoris vel hac luce functus conſequi:quantum nec eius bonitati ſit denegādum:nec dedeceat patriam:nec ab ei⁹ ſit alienū laudibus

Exemplum epilogi ſecumdum concluſionem.

Cum ergo vobis manifeſto conſtet potius viuere:& vere quidē viuere:q̄ diē obijſſe Lælium nedum:non eſſe lugendum nobis exiſtimo:verumetiam ridendum lætandum:exultandumq; væhementius:q ex his terrenis tenebrarum latebris in æternæ claritatis ſplendorem prouectus:nobis eſt futurus apud deum optimum maximum perpetuus procurator

Exemplum concluſionis generalis.cuius ſuperior epilogus fuit concluſio exemplificata.

Audiſtis patres optimi.q̄ fuerit elegāter ab ineuntibus annis vſq; inſtitutus Lælius ad omnem ingenij adoleſcentis indolem:q̄q; profecit aſſidue omni virtutis genere ad omnem laudis gratiam cum maxima cunctorum & ſuorum exterorum admiratione:vtq; tam præclare:pie:religioſeq; diem obierit: q̄ præſtanter:prudenter:iuſteq; vitā aſſidue degerit:vtq; nemini dubium eſſe poſſit hunc ad ſuperos redijſſe vnde fuerat ad nos demiſſ⁹ & quo cunctos ſuos cogitatus continue dirigebat.Quo fit vt de eius vitæ mortiſq; recordatione ſedetur mœror veſter ſuapte natura:nec tam cenſeatur perijſſe:q̄ viuere Lælius:cum eo profectus ſit:vbi vera eſt:non fucata vita:Reliquū eſt:vt quando apertiſſime declaratum eſt:Lælio nihil operati⁹:nihil commodius contingere potuiſſe:non ſolum non feramus moleſte quod ei iucundiſſimum eſt:ſed ſibi gratulemur:nobis autem hac ipſius digreſſione gaudeamus:cum & ipſe cū cælo terras mutarit & vana quæq; mortalium pro æterna beatitudine & nos apud ſuperos procuratorem:auctorem fautoremq; nacti ſimus conſiliorum operationumq; noſtrarnm.

De coloribus

ſCiendum ꝙ quidam ſunt progeſſus tractatuſqꝫ verborum ac ſententiarum qui ſolent apud nos colores appellari : quibus ſcilicet veluti coloribus imagines: ita orationes ornatu quodam poliuntur. Ex quibus qui ſolent eſſe magis in vſu hi ſunt.

Deſinēs

Exemplum coloris ſimiliter deſinentis in tempore:modo:voce:ac natura verbi:ſed raro.

Ego te plurimum amo:tuos væhementiſſime obſeruo : cæteros ex tuo genere ſummopere colo . Vel ſic. Quis eſt Lælius quem plurimum ob generis nobilitatem amaui : Quem vęhementius ob eius virtutes obſeruaui: Quē ob charitatem in patriam ſummopere ſemper laudaui.

Cadens

Exemplum coloris ſimiliter cadentis in eodem caſu eiuſdem generis & declinationis ſed raro.

Quem dicis amandum :Lælium. Qnem aſſeueras laudandum: Lælium .Quem affirmas in cælum ſummis tollendum eſſe vocibus:Lælium.vel ſic.Quæro quis ſit in hac vrbe bonus : Lęlius .Poſco : quis in hac regione ſit iuſtus: Lęlius . Mecum animo voluto : quis hic ſit doctiſſimus : Compertus eſt mihi ſolus Lęlius.

Articul⁹

Exemplum articuli in verbis pluribus eius fere vigoris expoſitis cum periodie:& crebro.

Quo te magis mecum ipſe contemplor : hoc magis ac magis afficior tuę laudi:virtuti :probitati pietati ſapientię : ſanctimonię.Vel ſic.Omnes vna eademqꝫ voce te dicunt: prędicant : admiranturqꝫ bonum:integrum:caſtum prudentem:conſtantem: fortem iuſtum grauem:inconcuſſum:pium.

diſſolutū

Exemplum diſſoluti in conſtructionibus varijs eiuſdem fere vigoris:expoſitis cum periodis:& fiunt crebro.

Tuos omnis ſemper dilexi:Tibi plurimum afficior . Ex te natos ſumma proſequar pietate.Admirabor aſſidue tuas laudes In oēm rem tuā preſto me paratiſſimū inuenies.Quod ad te attineat nihil negligā.Neqꝫdignitati necvtiliati tuę deero vnꝗ̄.

Exēplū

Exemplum coloris exempli in rei antiquæ ſummaria recitatione ad magis perſuadendum:nō niſi in argumentis.

Dauid

Vt Dauid dum filius morbo laborauit:fletu precatus eſt deum qui mederi poterat :vbi diem obijt:purpurā induit:dei ſeſe accommodans voluntati:ſic nos debemus : quando nihil omiſimus dum vixit:poſtea ꝗ̄ ad ſuperos Lęlius redijt : ęqua mente

ferre quod a deo inſtitutum eſt. Vel ſic. Vt Hercules domuit Buſirim: ſic te domabit Hercule non inferior: qui ſuperas immanitate Buſirim. Hercules Buſirim domuit

Exemplum coloris ſententiæ vehemẽtis ad pſuadẽdũ. Non eſt enim minor in homine laus: qui philoſophus ſtuduerit fieri: q̃ ſi diſcere curauerit philoſophiam. Sunt enim aliqui philoſophiæ ſtudijs clari: qui multa & teneant & doceant: ſeipſos ignorant. At qui vitam agunt philoſophicam ſunt ij quib⁹ vnq̃ eſt vera gloria defutura. Sentẽtia

Exemplum ſimilitudinis Similitu.

Vt aſinus ſolet ſuo ruditu omnem metiri muſicam conſonantiam: ſic tu quidem tuo iſto ignorantiæ ſenſu omnem metiris aliorum doctrinam. Vel ſic. Non eſt de te fabuloſum quod de ſimia dicitur: quæ quo altius progreditur: eo magis ſua detegit pudibũda. Quo enim tibi plura tribuis: eo magis & vecors diceris & veſanus.

Exemplum coloris circuitionis: quę rem vnam vel vita: vel titulo: vel cognomento: vel aliqua exprimit proprietate crebra in poetis. Circuitio

Qui corona populea: tergoreq́ꝫ cleonei leonis: ac claua delectatus eſt: ei: qui humeris cælum ſuſtinebat ſuccedens ea ſuſtulit mala virginum: quibus peruigil præerat draco eumq́ꝫ coegit ſuis eſſe pabulum tonſis: qui humanis corporibus ſuos alebat equos. Vel ſic. Cui reſerandi cæli ſunt datæ claues: is etiam obtemperabit: Qui thraces iamdudum occupauit: pauloante Euboiam: modo Capham. Vel ſic. Omne mortale animal ac rationale quod tu cogitas: conſulto ſentiret. Hercules Papa

Exemplum occupationis tacitæ: qui color crebro intercurrat ad augendam ſuſpitionem vel opinionem. Occupatio tacita.

Prætereo quæ poſſem in hunc nebulonem dicere: ſi maledicendi potius huc cauſa conueniſſem q̃ tuendæ rei ac famæ me ægratia. Tot eñ huius afferrẽ in campũ ſcelera: qnibus apud omnes eſt populus Italiæ Galliæq́ꝫ famoſiſſimus: vt & admirari vos cogerem: & ego dicẽdo defatigatus ex plurimis vix attingerẽ aliquid. Vel ſic. Nõ proſequor huius vitã ac mores: omnẽq́ꝫ ſuperiorum temporum ſuam peregrinetionem: quibus manifeſte cognoſci poſſet: hoc viro Iuliano prꝫſtantiorem eſſe neminem: excellentiorem inter noſtros nullum; magis illnſtrem gloria nobis neminem

Exemplum occupationis expreſſe: quæ cum alia non habeat quaſi ſuperſit multo plura bona vel mala dicit aliqua.

Occupatio expſſa

Quot occurrunt huius ſcelera: ebrietas: leuitas: luxuria: impudentia: temeritas: quibus & Romæ ſeſe omnibus expreſſit: & Mediolani pene damnatus eſt morte: & Venetijs eiectus vrbe: quæ quidem ſi afferrem in medium omnia: & ego poſſem accuſari obſcœnitatis: & vos pro modeſtia veſtra nequiretis audiendo tollerare. Vel ſic Tanta ſunt huius apud bonos omnis ornamenta: in adoleſcentia quidem apud græcos ſtudiorum pericula diſceptando ac docendo: in reliqua ætate apud Italos & Bononiæ & Paduæ & Romæ laudum præconia: quæ in plurimis magiſtratibus apud maximos pontifices: & alos principes conſecutus eſt: vt ſi velim dicendo proſequi: non modo ſim prolixior q̃ hæc oratio patiatur: ſed vel prolixius dicens minimam partem attingam.

Exemplum interrogationis: ſed raro.

Iterroga.

Quis fuit hoſtis reipublicæ: Auguſtinus: Quis iniquitatis auctor: Auguſtinus. A quo paratæ ſunt inſidiæ ciuibus: Quis communes ciuitatis pecunias furtiue in proprios conuertit vſus: Quis litteratorum perſecutor: hic ipſe. Quem audiuimus vnquam attentaſſe: quod nobis non eſſet obfuturum hãc feram.

Cōduplicatio

Exemplum conduplicatiōis: ſed raro niſi in poetis.

Tuus ille perditiſſimus animus o Auguſtine: tuus inquam ille perditiſſimus animus Plurimum attulit reipublicæ detrimenti. Vel ſic. Tua mens iſta bona O Læli: tua certe mens iſta bona tuis ciuibus fuit ſemper ſingulari adiumento. Vel ſic in ſimplici dictione: vt Iuuenalis. Tu ne duos vna ſęuiſſima vipera cœna: Tu ne duos. Vel ſic in pluribus. Nullę profuere vigiliæ huic vrbi aduerſus Gallos: Nullę profuere vigilię huic vrbi.

Iuuenalis

Exemplum repetitionis.

Lęlius

Lælij probitas hanc vrbem in iudicando ſeruauit. Iuliani pietas hanc patriam in omni ſua calamitate defendit. Iuliani ſanctimonia beneuiuendi fuit nobis ſingulis exemplum fere quodã. Vel ſic. Auguſtinus interturbauit omnia. Auguſtinꝰ doctos. omnes inſequitur. Auguſtinus ſicarios appauit. Auguſtinus vrbem violauit.

Trãſitio

ExemPlum tranſitionis: qua nō niſi in expedita vna materia: decurrendo ad aliam vtimur ad attentionem.

Nunc autem de huius munificentia dictum ſit: deinceps ad eius magnificentiam accedamus. Vel ſic. In aduerſarium hactenus de libidine: nunc ad illius auaritiam proſequamur. Supatio

Exemplum ſuperationis.

Hic ſua virtute iam cælos attigit: eſtq̃ factus diis communiſſimus. Vel ſic: Nemo tam ſæuus eſt apud inferos qui poſſit cũ huius ſceleribus comparari.

De ſumma colorum.

Colores alij apud Ciceronẽ multi ſunt ſed minime neceſſarij. Figuræ grammaticorũ in vſu neceſſariæ pręcipue tres ſunt.

P Arentheſis: hoc eſt oratio in orationem interpoſita: exornandi ac breuius dicendi gratia. Hyperbole: hoc ẽ ſupra modum elata in ſermone ſententia: vt orationẽ magis augeat. Et digreſſio ſiue traſlatio: quę dimiſſa materia: ad illam aliquid affert externum: ſcilicet quo illa exaggeretur: exemplificetur: deprimatur: aut aptior fiat perſuaſioni.

Exemplum Parentheſis vel breuioris vel longioris.

Ego non tibi ſolum: ſed omnibus ob incredibilẽ animi tui virtutem (Es enim & doctiſſimus: & prudentiſſimus: & humaniſſimus) ea ſum deuictus beniuolentia: vt nihil ad cumulum addi queat. Vel ſic. Cum Romam veniſſem ad agendam meam (quã nonne ſcis) cauſam: Aberat enim ſummus pontifex: Aberãt cardinales: Aberat vniuerſa curia. Nullæ agebantur cauſæ. Nulli erat auditorium liti. Nullus iudicabatur. Nihil hactenus egi. Nihil attentaui: Vel ſic: ſi parentheſis eſt prolixior ne prima excidant memoria verba. Ego te plurimum (Cum quia ſumma es virtute inſignis: tũ quia me mutuo meoſq; omnis q̃ ſtudioſe diligis: tum quia nemo bonus eſt qui te non væhementi beniuolentia proſequatur (ſic es promeritus) te igitur iccirco plurimũ nedum amo: verum etiam & obſeruo: & colo.

Exemplum hyperboles maxime in poetis.

Apud Vergilium de Aenea: fama ſuper æthera notus: & rurſus Tollitq; ad ſydera fluctus: Non quia ſydera poſſint fluctus attingere: ſed quia altius dici nequeat. Vel ſic. Pulchrior Venere: caſtior es Diana. Vel ſic. Pygmeo minor es: turpior dęmone. Virgilio j. ęneido.

Exemplum digreſſionis.

Clarus es tu quidem inter oratores: ſed aliquis potius Demades q̃ Demoſthenes. Aiunt enim ad Demadem ire ſolitos qui demades

orationem vellent celerem & immeditatam:ad Demoſthenem qui penſata peterent & alimenta. prouide conſueuit dici: Demadæ orationes nihil:at Demoſthenis oleum ſapere. Clarus es tamen orator & celer.

De dicendi ſcribendiq; generibus.

De generib⁹ dicēdi & ſcribendi

Ciēdū aūt eandē eē rōem in ſcribēdo quę & i dicēdo eſt: In vtroq; rhetoricæ ac oratoricæ vis extat. Orare: ore ſignificat pronūciare: quare in dicendo eſt opus pronuntiationis ratione. In ſcribendis autem epiſtolis: hoc eſt: miſſiuis: ea ratione opus non eſt.

Orare

pronuntiatio

De pronunciationis ratione.

Eſt autem pronunciatio in tris partes diſtributa: in vocem: vultum: ac geſtum.

Vox

De vocis variandæ ratione.

Vox triplex: eſt magna: mollis: flexibilis. Magna debet eſſe in argumentationibus: Mollis in rebus lætis: Flexibilis in miſericordia comparanda.

De vſu vocis.

Initio orationis vox ſit parua: ſed nō infima: & inaudita: ſed quæ poſſit pedetentim augeri. Mox in narratione ſit altior: ſed mediocriter. Mox in diuiſione augeatur: ſed fiat augmentum vt nō deueniatur ad clamorem percuſſorum aut vigilum nocturnorum. Mox argumentationes mollitudinem & flexibilitatem cōſequantur. Eſt enim vox mollis: hoc eſt dulcis: non aſpera: non rauca: nō perturbata: ſed quæ tybiam potius imtterur q̄ tubam Flexibilitas vult poſſe nūc pro materia exaſperari: nunc mitigari nunc flere: nunc ridere. Si laudatio ſit alicuius: vox ſi mollis & mitis. Si vituperatio: vox aſpera. Si animatur aliquis in aliquē: vox dira & iracunda. Si funus agitur: vox mœſta & lachrymoſa. Si ſit alicuius execratio: vox alta & perturbata. Fiant ſimiliter exclamationes aſperæ ac depreſſæ. Aſperæ: cum cauſa eſt nefaria: vt in vitijs abominandis. Depreſſæ: vt in commiſeratiōibus. Dicendo in cauſa ſceleſta: proh deum immortalem: hoc ſcelus cōmiſit ne quiſq̄ alius: vox efferatur altiſſima. Dicendo cauere iudices in tales caſtigetis: cauete: vox ſit & alta & turbata. Dicēdo in commiſeratione: compatiendum eſſe mendicis: vox ſit minima & flebilis. Dicendo illis ſubueniendum: vox ſit lachrymarū plena. In peroratiōe per amplificationem vox ſit mediocris cū

Mollis.

Exclamationes

claritate pronunciandi:ſed ſine anhelitu:ne ſpiritus defatigetur In concluſionibus fiat vox mediocris: ſed tardior pronunciatio vt intelligatur quid concluditur. Tamen ſemper animaduertendum ne fiant exclamationes cum hac vocis mutatione:niſi materia ſit aut abominabilis:aut miſerabilis:āt admirabilis:aut rara:bona vel mala.

De vultus vſu.

Vultus

Cum vultus non ſit facies:ſed ſignum apparens in facie :ſecundum animi motum: vt illud docet Naſonis : Heu q̄ difficile eſt crimen non prodere vultu:debet orator vultum accommodare voci ac materiæ.Nam ſi rem flebilem exponeret læto vultu:aut rem feſtiuam mœſto vultu diceretur ineptus : qui neq; rerū:nec pſonarum nec temporum ſeruaret conditiones. Vt vno igitur concludatur verbo : cum verba ſint earum notæ quæ ſunt in anima paſſionum : pro verbis ſit vox : vt dicere videatur orator exſe aliunde didiciſſe:pro voce vero ſit vultus:inperturbata vo acerbus: in flebili ſubſtractus:vt animi væhementia eo vultu intelligatur cum verborum conuenire væhementia.

Ouidi⁹. ij metamo.

De geſtus vſu.

Geſtus autem nō debet inurbanus videri:vt neq; vult⁹ :nec vox in re læta : debent in ſcurrilem profundi riſum : nec in re mœſta in muliebres diſtendi lachrymas aut vociferationes: ſed quo ad naturam conſuetudinemq; virorum deceat grauium & modeſtorum . Debet geſtus ad rem exaſperandam quæ vituperatur:aliquando caput mouere minis.Ad rem mitem & miſerabilem inducendam aliquando palmas precatorias iungere . Inducendo virtutem homines ad ſe inuitantem:brachia aperta pro excipiēdis venientibus demonſtrare . Faciem autem nunc ad hos mouere:nūc ad illos vertere cum quibus fit ſermo : ne quaſi ſtatua loqui videatur vel puer :qui ſit occupatus in memoria tenenda quę ſua non ſunt.Rem admirandam de ſuperis exponendo:frōtem ad cælum vertere.Rem pernicioſam pronunciando : īferna reſpicere. Diuitias & pompas orbis deteſtando: brachia aperta cum fronte et toto corpore circūuoluere . Rem pudibundam in medium afferendo:tenere os ad terram verſum.deterrēdo:manibus pedibuſq; pulſare.

Geſtus

De epiſtolarum vi in ac ratione.

De ſtilo epiſtolarum

Epiſtolæ vero multifariam habent materiam : vt in octoginta

ĩfra patebit epiſtolarum titulis. Sed triplicẽ vim ac rationem vt aliquando ſint familiares: aliquando familiariſſimæ: aliquando graues ac ſeriȩ: ſeruenturq́ꝫ in ijs duȩ rationes. Prima ratio ſtili: vt familiariſſima ſic in ſtilo infimo: ſit ſamiliaris in ſtilo medio cri: grauis in ſtilo ſummo. Secunda ratio artificij: vt familiariſſi ma ſimplicem habeat rei expoſitionem: vt ĩter familiariſſimos dicitur: do: accipe: mitto: fac: ſine multa circũitiõe: aut argumen tatione: aut apparatu. Familiaris vero aliquid: ſed modicum: ap paratur aũt argumẽtatiõe. Grauis aũt pro rei qualitate: aliquã do vim orationis ſummȩ: aliquando mediocris: aliquando par uȩ tenet. Nã oratio ſumma ſex habet illas ſuperiores oratiõis partes: hoc eſt: ſi dicatur de pace aut bello tenẽdo in ſenatu vel apud principẽ: ratio mediocris caret confutatione nonnunq̃ & exordio. In cauſa honeſtiſſima: vt in nuptijs oratio pua eſt: quȩ caret exordio & narratione: interdum & diuiſione: vt in viſendo principe vbi dicitur quare illo ventũ ſit: & quid petatur. vt ſupe rius viſum eſt. Totuplex igiť epiſtola grauis quotuplex eſt ora tio: aliquando omnes orationis complectitur partes: aliquan do aliquas.

De ſtili ratione ac varietate.

Infimus. Stilus infimus non habet verba ignaris prȩdagogulis commu nia: ſed ornata: at non exquiſita: non habet ſententias vulgares: ſed eruditas: at non raras: hoc modo.

Exemplum ſtili Infimi.

Hic dies Lælij Paulinȩq́ꝫ nuptijs dictus eſt fœlix.
Hãc ob cauſã in hunc cõuenimus locũ o ciues optimi.
Non ĩprouide ſibi conſuluerũt: qui matrimonij leges ſubierũt: vnde oĩs humana rite propagatur vita.

Medio-cris. De ſtilo Mediocri.

Stilus autem mediocri habet nõ rara admodum & equiſita ver ba vel ſententias: ſed meliora longe: ac rariora infimo ſtilo: vt ſi dicatur hoc modo.

Exemplum ſtili Mediocris.

Aurelius Nihil eſt tam ſalubre humano generi patres ãpliſſimi: q̃ poſte ritati operam adibere: quodq́ꝫ. Aurelius inquit: Generationi re generationẽ prȩparare oportet. Nã cũ quotidie diuerſis diſcri minibꝰ ĩ orcũ dilabimur: debemꝰ diligẽtiꝰ conſulere ſucceſſiõi. Quod nequire cõmodiꝰ aptiuſq́ꝫ lege fieri: q̃ ſi connubio mares

fœminæq; ſanctiſſimæ coniungantur:qui s eſt qui neſciat:A ſu periſ eſt igitur ad mortalium conſuetudin em :vtilitatem digni tatemq; matrimonium in ſtitutum. Grauis

De ſtilo Graui.

Stilus autem maximus & verba complectitur rara: & ſentẽtias crebras :& auctoritatibus nititur : & profuſiores habet ſtructu ras : vt ſi dicatur hoc modo.

Exemplum ſtili grauis in eadem materia.

Cum permagnum eſt onus & perdifficile de ijs rebus orationẽ habere:quæ ſit ampliſſima:& quouis oratore clariſſimo digna: Tum illud hoc loci me reddit audentiorẽ q̄ exilitas ingenij mei patiatur:quod eſtis vos pr̄es ampliſſimi:vt eruditiſſimi:ſic oĩm humaniſſimi atq; vnice ꝓbenigni. Matrimonij vero laudes & ſi ſunt innumerabiles :tales tamen:vt vel litterarum experti : ſua ſuccurrant ſponte:nolintq; titubare pro ſe quenq̄.

De titulorum Epithetorumq; ratione ac vſu. De titul's & epithetis

VEhemẽter aũt erraſ in titulis vel ſcribẽdarꝫ epiſtolarum vel dicendarꝫ orationũ:i epithetiſq;: hoc ẽ adiectiuis quaſi cognominibus:q̄ ſolẽt dicendo ſcribendoq; ĩponi:tã rebus q̄ perſonis: etiã in proſopopeia:de qua ſtatĩ ĩfra dicetur.

De proſopopœia crebra in poetis.

Solent em̃ poetæ:qui cum oratoribus eandem ſeruant artem:li cet alia orationis lege:hoc eſt carminibus : vti proſopopœia quæ ſibi de re inſenſata ſenſibilis fingit faciẽ : vt mel ius in auditoris lectoriſq; imprimat mentem:vt Vergilius Atlantem Libyę montẽ fingit ſenẽ.&c.Martianus artes libera les ſuis fingit corporibus.Vt igitur eſſet turpe vitiũ figere cor pus formoſum:virtutẽ vero corpus deforme:angelũ turpẽ: dę monem pulchrum :ſic dicere mare frugiferum aut terram veli uolam : epitheta non complectitur ſua : nec decet ſummũ põtificem appellare fortiſſimũ:Imperatorẽ vero ſanctiſſimum. virgi.iiij. æneidos Martian' fœlix ca. Papa

Exemplum titulorum ſummi pontificis.

Sanctiſſimus.Beatiſſimus.Clemẽtiſſimus.Pientiſſimus. Indulgentiſſimus.Miſericordiſſimus. Benigniſſim'. B̃ficẽtiſſimus.

Txemplum epithetorum ſummi pontificis.

Succeſſor primi Petri.Chriſtum in terris referentem . Dei miniſtrans officia.Veniæ in orbe largitor . Cæli reſerator . Inferni clauſor . Superorum interpres . Apoſtolicæ ſedis auctor Quiri

Imperator. nalis regni tutor:Chriſtianorum protector:

Exemplum titulorum imperatoris Auguſti.

Diuo cæſari.Eauſtiſſimo Auguſto. Sacratiſſimo Romanorum imperatori.Inuictiſſimo chriſtianorum regi. Fœliſſimo imperii auguſtalis protectori.Perbenigno cæſari.

Exemplum epithetorum imperatoris Auguſti.

Expugnator perfidorum. Defenſor chirſtianæ fidei. Supremi imperij cuſtos.Inconcuſſus imperator. Aſylū criſtianorū.Maximus atq̧ optimus Quirini interpr es.Nullius laudis rex incapax.Magnidecentiſſimus princeps.

Exemplum titulorum Cardinalium.

Cardinales. Integerrimus pater.Sanctimoniæ pleniſſimus. Sapientiſſimus. Grauiſſimus.Cardinalis. præclariſſimus.pietatis ſtudioſiſſimꝰ Benemerentiſſimus cardinalis.Officioſiſſimus.

Exemplum epithetorum Cardinalium:

Aethereæ valuæ cardines·Rubra mitra inſigniti. Puniceo diademate cincti.Summo pontifici aſſiſtentes Proximi ad pontificatum maximum. Cardinea dignitate præſtantes apoſtolicam ſędem. Purpurati cœtus participes.Sūmi concilij mēbra. Apđ primi pontifices.

Reges Exēplum titulorum Regum.

Sereniſſimi.Optimi reges.Clementes.Aequiſſimi.Gratioſi. Liberaliſſimi. prudentiſſimi.Facillimi.
Manſuetiſſimi.Beneficentiſſimi.Innocentiſſimi
Chriſtianorum propugnatores.Eminentiſſimi.Chriſtianiſſimi

Exēplum epithetorum Regum.

Legum in orbe tutores.Aequitatis auctores.Sceptrigeri principes.Naturæ in terris ſimulacraOptimi rerum humanarū auctorestotius orbis nutrimenta.Vexilla xpianorum alimentatores clarorum hominum.Benficentiſſimi reges. Corona inſigniti.

archiepī Diademate regio nitidiſſimi.

Exemplum titulorum archiepiſcoporum.

Antiſtiti optimo.Patri præſulum benemerenti.Epiſcoporum præfecto digniſſimoEt etiam competunt ei:quæ cardinali præter decernentia cardinalatum.

Exemplum epithetorū archiepiſcoporum.

Præſulatus tutori.Epiſcopatuuum aſylo. Metropolis rectori. Epiſoporū principi.Sanctimoniæ ſtudioſo.Magna præſuli auctoritate Patri patrū.Nulliꝰ ſapiētiæ inexperti.Grauiſſimopr̄i.

Exemplum titulorum epiſcoporum.

Præter Reuerendiſſimũ:quicquid aliud. Nam venerabilea venerando dictum diis conueniens:datur quibuſq; monachis. Reuerendiſſimus aũt a reuereor(qđ metus verbũ eſt)proueniens: datur ſũmis põtificib⁹:quaſi æque metuẽdi ſint:vt ſæculares domini:ac tyranni. Dicũtur epiſcopi eximij patres chriſtianorum Vrbium ſuarum pontifices optimi. Benemerẽtes. Fidei noſtre tutores. Patres colendiſſimi. Obſeruandiſſimi præſules. Epiſcoporum. Venerabile

Exemplum epithetornm epiſcopalium.

In quib⁹ chriſtianarum datur eccleſiarũ cura Procuratores chriſtianæ religionis. Præſides præſulatuum. Antiſtites inocentes. Paſtores hamanarum ouium. Sacri gubernatores ſacerdotiorũ Eccleſiaſticorum militum duces. Maximi ſuorum epiſcopatuum ſacerdotes. Vncti patres preſbiterorum.

Exemplum titulorum abbatum:& præpoſitorum ac archipreſbyterorum. Abbates archipreſbyteri. Præpoſiti

innocentiſſimo:Integro:Sacrorum morum pleniſſimo. Sanctiſæ deditiſſimo. Religionis curioſiſſimo. Talis eccleſiæ primario:Monachorum ſeu preſbiterorũ benemerẽti præfecto. Pio ſuæ fidei cuſtodi.

Exemplum epithetorum eorũdem.

Obſeruandus talis eccleſiæ vel monaſterij preſes incorruptus ſuorum ſacerdotum obſeruator. Officioſiſſimus in tali eccleſia vel abbatia optimas. Gratiſſimus diuinorum exerctiuum manipulus. Aſſiduus eccleſiaſticarum rerum vigil. Inter abbates omnis vel prepoſitos rara phœnix.

Exemplum titulorum theologorum.

Theologo ſapientiſſimo. Sacrę ſcientię ſummo interpreti. Diuinarum litterarũ in terris arbitro. Sacratiſſimi dei ſtudij apud nos expoſitori. Cęleſtium artium pręceptori doctiſſimo. Innocentiſſimo theologię philoſopho. Clariſſimo theologo. theologi

Exemplum epithetorum eorundem.

Qui cæleſtia nobis præcepta reſerat. Cui arcana dei committuntur. A quo docemur: quæ ad diuinas inſtitutiones attinẽt. Qui ſemper in diuinis verſatur contemplandis. Quem nihil cæleſte latet. Qui rerum humanarum & diuinarum ſummam cognitionem habet. Cui datum eſt & noſſe quidem & interpretari theologica.

Exemplum titulorum reliquorum religioſorum cum gradus vel dignitatis additione.

Cęteri de clero

Incorruptiſſimo talis eccleſiæ præſidi. Religioſiſſimo viro. Deuotiſſimo fratri. Studioſiſſimo religionis preſbytero. Cuſtodi talis ordinis accuratiſſimo. Sacræ militiæ conſtantiſſimo militi. Patri optimo & diuinis deditiſſimo. Diuinæ gratiæ religioſo. Summæ integritatis ſacerdoti. Probatiſſimo preſbytero.

Epitheta in his ſuis excerpuntur titulis.

Duces

Exemplum titulorum ducalium.

Accuratiſſimo duci. Illuſtriſſimo principi. Inuictiſſimo imperatori Aſſiduo triumphatori. Cotinuo fugatori hoſtium Victorioſiſſimo duci. Præſtantiſſimo ſuæ fidei commiſſorum. Defenſori fœliciſſimo.

Exemplum epithetorum ducalium.

Cuius conſilijs nihil firmius. A quo ſemper fortuna ſuperat. Fulmen talis belli. Hoſtilis immenſus terror. Mens inconcuſſa & immobilis omnia in caſtrametando prouidiſſimus. Cui paret cæteri quiqꝫ duces. A quo victi ſunt hoſtes in omni genere. Cęſaris imitator & Cyri. Alexandri ſimilis & Fabij.

Marchiones & comites

Exemplum Marchionum. Comitū & Baronū Titulorum.

Illuſtri domino. Inclito principi. Magnanimo marchioni. Præſtantiſſimo comiti. Clariſſimo Baroni. Magnificentiſſimo principi. Optimo regulo. Prudentiſſimo comiti. Sapientiſſimo domino. Excellenti marchioni.

Exemplum epithetorum eorundem.

Qui ſublimi ſedet in ſede comitatus Qui excelſo eſt marchionum in ſolio. Quem cœtus baronū digniſſime comitatur. Magnidecentia marchionis. Eximia comitis virtus. Baronis clara digniias. Imperiales vbiqꝫ comites. Sacris amictibus ab imperatorib⁹ inſigniti. Poſt reges ac duces primi principes.

Exemplum titulorum militum maniplorum Centurionum & decurionum.

Milites decuriones

Fortiſſimo militi. Tolerātiſſimo laborum. Omnium difficultatum patiētiſſimo. Immoto maniplo. Militiqꝫ curioſiſſimo. Strenuo centurioni. Sollertiſſimo vigilantiſſimo viro militiqꝫ ſtudioſiſſimo: Excelſa mente maniplo.

Exemplum epithetorum eorundem

In bene prouiſis perſeuerans. Nullius leuitatis filius. Grauitatis & conſilij cuſtos. In hoſtes diligentiſſimus inueſtigator. Ar-

tium militarium inquiſitor optimus . Quem nihil lateat milita=
re.Qui nunq̃fl ere viſus eſt:A quo abhorreat omnis metus.Cui
gratiora ſunt militaria diſcrimina cibis molliſſimis .

Exemplum titulorum equitis aurati. Equitis

Magnifico equiti aurato.Inſigni laude cumulato.Præſtanti mili aurati
taris dignitatis viro.Digniſſimo equiti . Auro benemerētiſſime
decorato militi.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Militari inſignitus dignitate . Præclarus inter equites auratos .
Suæ laudis tutor.Integra mente ſummaq; laude auratus eques
Ingenio ſingulari ad omnem equeſtrem dignitatem.Magnifico=
rum operum pro ſuo ſplendore tenaciſſimus. Nulli plus rei: q̃
laudi et mortali Vacans glorię.

Exemplum titulorum poetarum.

Clariſſimo vati.Doctiſſimo poete.Pręſtantiſſimo Apollinis ĩter
preti . Laureato poetę benemerenti . Carminis antiquorum in=
ſtauratori perilluſtri.Cunctarum artium vati ſtudioſiſſimo. Dili
gentiſſimo poetę. Poetæ

Exemplum epithetorum Poetarum:

Phœbei aditi cuſtos:Tripodis Apollinex tutor: Qui res geſtas
immortalitati commēdat:Prędicator futurorum:Exquiſitus re
rum abditiſſimarū decātator:Humanas res & diuinas canere cō
plexus:Numen quoddam in terris.

Exemplum titulorum Oratoris.

Eloquentiſſimo viro.Clariſſimo oratori Preſtantiſſimo huma=
narū artium auctori.Liberalium ſtudiorum tutori.Bonarum lit oratres
terarnm propagatori.Diſertiſſimo viro.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Qui lingua monet populos.Qui perſuadendo cunctos animat.
Cuifacillimum eſt:ſolo ſermone cunctos in ſententiam trabere
A quo nihil magis abeſt:q̃ ignorantia.Cum cuius eloquio eſt ſa
pientia coniunctiſſima. Cui familiaris eſt omnium bonarum ar=
tium conſuetudo.Qui dicendo exornat omnia.

Exemplum titulorum philoſophi.

Acutiſſimo philoſopho. Bonarum artium interpreti. Morū in= Philoſo=
ſtitutori.Naturę contemplatori optimo.Humanę ſapientię ĩqui phi
ſitori prudentrſſimo.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Quem nihil humanum latet. Qui mores docet.Qui naturę iura

pandit. Qui naturalium rerum ſcrutatur cauſas. A quo abditiſſi
ma quæq; doctrinarum omnium intelliguntur.

Iuriſcōſu. Exemplum titulorum iuriſconſulti.

Sapientiſſimo iuriſconſulto. Clariſſimo iuriſinterpreti. Preſtā-
tiſſimo legumlatori. Acutiſſimo iuris enodatori. Doctiſſimo iu
riſconſulto. Viro iuriſconſultiſſimo.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Viro Cecropide. Lycurgei laboris tenaci. Solonis puero. Scæ-
uolæ clienti: Sulpitij Virginijq; ſimillimo. Legū enucleatori. Iu-
ris artifici non mediocri.

Medici Exemplum titulorum medici.

Accuratiſſimo phyſico. Medico fideliſſimo & doctiſſimo. Mor
borum omnium curatori. Solertiſſimo medicinæ indagatori.
Aeſculapio medicorum.

Exemplum epithetorum eiuſdem.

Viro hippocratico. Galieneo clienti. Medicorum Oſiri. Phœbe
o genito. Herbarum peritiſſimo. Serapioni Auicennæq; clariſſi
mo. Medicinæ peritiſſimo.

Aſtrono. Exemplum titulorū & epithetorum Aſtronomi.

Aſtrorum peritiſſimo. Sapientiſſimo aſtronomo Aſtrologorū
Ptolomæo. Acutiſſimo ſuperiorum corporum indagatori. Va
ti conſultiſſimo. Rerum futurarum interpreti.

Muſici Exemplum titulorum & epithetorum Muſici.

Harmoniæ cęleſtis duci. Orpheo muſicorum. Iucundiſſimo mu
ſico. Conſonantiæ muſicæ peritiſſimo. Mercurio ſonoriſſimo.
Apollini concordantiarum.

Geome. Exemplum titulorum & epithetorum Arthitecti & Geometræ

Archite. Vetrubio Architectorum. Archimedæ Geometrarum. Coloſ-
ſorum diligentiſſimo artifici. Pyramidum ſollertiſſimo cōpoſi
tori. Ingenioſiſſimo opificorum pręſidi.

Exemplum titulorū & epithetorū Arithmetici.

arithme. Studioſiſſimo Arithmetico. Accuratiſſimo numerorum ſum-
matori. Diligentiſſimo innumerabilium numeratori. Pytholidę
arithmeticorum omnium curioſiſſimo.

Exemplum titulorum magiſtratuum.

Mḡratus Aequiſſimo prętori. Prudentiſſimo iudici. Innocenti proprę-
tori. Incorrupto proiudici. Magnanimo: Iuſtiſſimoq; prodomi-
no. Fortiſſimo fideliſſimoq; tribuno. Claro tabellioni. Inclyto
pręſidi. Illuſtri mḡro equitū. Inuicto primipilo. Digniſſīo q̄ſtori.

Exemplum titulorũ & epithetorũ grãmaticorum. grãmati.
Peritiſſimo grammatico. Bonarũ litterarũ ſtudioſiſſimo magiſtro. Ludi litterali pręſidi benemerenti. Litteraturæ doctori optimo. Viro doctiſſimo. Lactis litterarum pręceptori.

Exemplũ titulorum & epithetorum Senatoris & cõſularis.
Iuſtiſſimo fortiſſimoq; Senatori. Prudentiſſimo viro conſulari. cõſulares
Nobiliſſimo patricio. Generoſiſſimo vrbis membro. Præclariſſimo Senatus patri.

Exemplum titulorum & epithetorũ ciuis mercatoris.
Induſtrio & diligenti mercatori. Curioſiſſimo mercaturæ patri. Mercaturæ ſtudioſiſſimo. Mercurio mercatorum. Inter mercatores Iaſon. ciuis mercator

Vxemplũ titulorum & epithetorum Plębei viri boni.
Ciui optimo. Probo & modeſto viro. Non abiectæ laudis ciui. Plębei viri
Ex minore ordine viro bono. Studioſo innocentiæ & integritatis viro. & cętera.

Exemplum titulorum & epithetorum. Lanificis & cuiuſq; fabri. Fabri Agricolę
Diligẽti artifici. Bono opifici. Ingenioſo fabro. Dędaleo cliẽti.

Exemplũ titulorũ & epithetorum. Agricolarum.
Honeſto viro. Frugi agricolę Tempeſtiuo meſſori. Homini gnauo. Solertiſſimo. Diligentiſſimo.

Sciendum autem eſt: ꝙ multa ſunt epitheta: quę adiecta titulis aliquarum artiũ poſſunt cum ſingulis cõuenire: ac ſingulas artes pro ſua qualitate decorare: vt Egregius: Singularis: Clarus Pręſtans: Doctus: Eruditus: Fortis: Conſtans: Inſignis: cum ſuo caſu: hoc modo. Egregius poeta. Egregius orator. Egregius philoſophus. Egregius iuriſconſultus. Quinetiam egregiꝰ põtifex. Egregius imperator. Egregius rex: & ſic de ſingulis. Sed animaduertendum: ꝙ licet primi ac altiſſimi gradus mutari nõ poſſint: vt pontifex maximus. Imperator. &c. minores tamen & mediocres mutantur: vt alius miles inferior non ęque ſtrennuꝰ dicatur ac alter fortiſſimus: ſed vocetur laborum tolerãs & militię ſtudioſus: & ſic reſpectu maiorum minores humilioribus titulis donẽtur in omni facultate: & ſic alius poeta illuſtris: aliꝰ poeticę dicatur ſtudioſus. &c.

Nnnc autem ad epiſtolarum in omnibus titulis & in omni ſtilorum genere deſcẽdemus exempla: vt quid & quomodo fiat imitatio: facilius intelligatur

Sequuntur octoginta epiſtolarum ſcribendarum genera in titulos redacta cum exemplis.

## TITVLVS PRIMVS.

### Commendaticia familiaris.

QVi hanc tibi reddidit epiſtolam:mecum eſt ſumma familiaritate coniunctus : vir inquam & nobis & diſertus:quem propter genus & virtutes vnice diligo atq; amo:cupioq; valere plurimum : arbitratur ipſe meis litteris fore ſe tibi gratiorem . Eſt eñ acturus iſtic neſcio quid: quod eum pungit væhementer. Itaq; ſi me amas: & ſi cupis gratificari mihi:fac vt hunc ſuſcipias q̃ commendatiſſimum. Nulla enim in re poteris afficere me voluptate.Cęterum ſi quid eſt quod mea opera poſſit tibi morem gerere: nihil petes a me fruſtra:Bene vale.

### Commendaticia familiariſſima.

Commendo tibi Petrum virum grauiſſimum & mihi amiciſſimum:cuius conſuetudine delector plurimum : & qui mihi viſꝰ eſt in omni re ſua ſumma laude cumulatus . Quicquid in hunc contuleris beneficij: collatũ in me cenſebo . Non ſecus eñ hũc diligo atq; amo:ac ſi fr̃ meus eſſet . Ne negligas hominẽ.Vale.

### Commendaticia grauis.

Fuit mos antiquiſſimus & communi hominum ſocietate inductus:vt in commendandis hominibus: amicitiæ munus ſeruaretur & iuſticiæ ſanctio. Quid enim inter mortales diutius ſtaret:poſſetq; perpetuum appellari ſine amicitiæ ratione iuſticiæq; officio:Nam homo per ſe viuere quodammodo nequit in hoc orbe:niſi ab hominibus adiuuetur.Quare & Cecrops apđ athenienſes:& Moſes apud Hebræos:Mercurius apud Aſſyrios leges inuenerunt:quibus humanum genus ſeſe tueretur. Itaq; & Apoſtolus inquit : Alter alterius onera portate.Sed & Cicero & Plutarchus de amicitia verba facientes declarauerũt: non poſſe hominem viuere neq; domi neq; foris:niſi amor humanæ fieret ſocietatis conſeruator.Quo enim pacto palam vagabantur inter ſyluas & latibula ferarum : nec domicilia colentes:nec coniugia celebrantes : nec tenentes vltimum vitæ cultum:ſeſe in ſeruitutem legum ita tradidiſſent:& ciuitates habitaſſent mœnibus ſeptas:niſi natura duce:& amor eos coegiſſet

Cecrops
Moſes
mercuriꝰ
Paulus
Cicero
Plutarchus

& iuſticiæ fundamentum: quibus conſtare videtur humanæ ſocietatis robur . Recte igitur Xenophon ille ſocraticus beneficio generis humani comperiſſe naturam inquit amicitiæ fundamenta. Quamobrem Ariſtoteles probat: ſine amicitiæ ratione corruere quicquid eſt inter homines. Inter quos non eſt hęc virtus: omnia ſunt ſimulata vel diſſimulata: omnia ficta omnia falſa Nihil firmi: nihil ſtabilis: nihil ſinceri: nulla ſeruatur fides nulla religio nulla pietas. Ex huius virtutis inobſeruantia: alij fœnerantur: alij ſpoliant: alij violant. Nemo tuetur alterum: ſed eum deſerit: vt iudæus iudæum: de quo eſt in euangelio. At vbi eſt amor: ibi pax: ibi fides: ibi cōcordantia: ibi omnia palam ſunt: & ex duob⁹ fit vnus: vt nihil velit aut nolit alter quod & ſocius non velit pariter atq; nolit. Sed ex ipſa virtute amicitiæ atq; iuſticiæ laude multæ proficiſcuntur viæ: conditioneſq; viuendi oriuntur. Inter quas pręcipua eſt vitæ conſuetudo: quā familiaritatem appellamus. Multi ſunt enim hoc amicitiæ vocabulo nuncupati: qui vere non ſunt amici: cognomento ſpreto potius appellandi ſunt hoſpites. Sed qui viuunt vna in ciuitate qui aſſidue ſimul verſātur: quiq; cum abſunt alter ab altero corporibus: ſemper animi adſunt: inter illos vera eſt amicitiæ ratio Nam & iuſticia curat illorum cauſas communi ratione: & amicitia procurat eorum negocia communi beniuolentia. Itaq; iure a veteribus inuentus eſt mos amicorum commendandorum p epiſtolas illis: qui & amici eſſent & poſſent commode amicoꝝ deſiderio ſatiſfacere. Tu q̄ diu hic fuiſti vir clariſſime mecū ſūma beniuolentia coniunctus es: quotidianaq; conſuetudine cōfirmatus: nunc autē poſteaq̄ diſceſſiti: non minare te proſequor ſtudio: q̄ cum hic eſſes: nec cuiq̄ cedo in te amando Itaq; nullam rem arbitror eſſe tantam: quam pro me non ſis facturus: ſiquidem nihil ego negligere poſſē quod ad te pertineret & in mea foret facultate. Sed & Iulianus tanta eſt in me beniuolentia mutua: tamq; continua conſuetudine mecum viuit: & familiaritate mihi coniunctus eſt. vt inter nos poſſit eſſe nihil diſtinctum. Quare cupio vęhementer: quaſi meipſum hunc omnibus eſſe commendatum: ſed illis imprimis cum quibus mihi eſt amicitiæ vinculū: & quos ego pari virtute proſequor. Nam cū huius res bene habent: bene meas habere cenſeo. Cum accidit huic quicq̄ incommodi: omnem incommoditatem communem mihi duco. Eſt enim vir perpaucorum hominum immo nulloꝝ:

Xenophō
Ariſtote.

Hō quidā deſcēdēs a hierico

Terētius

vt illo vtar Terentiano.Huius quidem virtus & elegantia in di-
cendo : & laus excellentiſſima a deo mihi & grata eſt & iucunda
vt nihil poſſit ad cumulum addi.Certe ſi hominem noris:dices
me mea opinione non fraudari. Hunc tibi facio q̄ commendatiſ
ſimum : cupioq; intelligere meam hanc commendotionem ſi-
bi plurimum profniſſe.Qꝛ ſi me amas:nihil omittes qđ ad hui⁹
rem partineat:ſed ei fauebis:ei conſules:eū diriges in omni cau
ſa ſua:& hoc pacto facies mihi rem q̄ gratiſſimam·Vale. Ex Me
diolano quinto Kalendas Ianuarij.

Synonyma commendaticia. Ioannem tibi commendo
Facio tibi talem commendatiſſimum.
Cupio vt nulla in re deſis tali.
Si me amas: accipe rem talis tibi commendatiſſimam.
Nihil eſt quod hoc tempore diligentius abs te petam:q̄ vt talis
negocia ſtudioſius proſequare.
Cum deſiderem tali omnia ſuccedere proſpere:tum cupio ma-
ximopere rem huius tibi commendatam eſſe.
Afficior tali vſq; a deo :vt neminem poſſem tibi maiore pietate
commendare.
Si mea interceſſione ſuſceperis talem commendatum : nihil eſt
quo poſſis mihi magis gratificari.
Cum accepero fuiſſe tibi talem ob meam commendationē gra-
tum atq; iucundum.cognoſcam eſſe te optima in me mente.
Obſecro te mirifice:vt nihil inuenies cauſæ:quo min⁹ tibi ſit ta-
lis q̄ commandatiſſimus:quem vnice commendo.

Secundus titulus.

Conſolatoria pro funere familiaris.

Qꝛ obierit diem pater tuus vir clariſſime:non poſſum non do-
lere væhementer. Erat enim mihi iucundiſſimus.Itaq; tam gra-
uiter hanc rem tuli:q̄ ſi meus ipſe obijſſet pater.Eius enim vir-
tus me mirifice incēdebat ad omnem laudem.Admonebat me-
præcipiebat michi:nihil deniq; ſine moribus ex eius ore prodi
bat.Itaq; digniſſimus mihi quidem videbatur:qui viueret:& cu-
iusgloria nunq̄ interiret.Quid dixi gloriam.Illa certe nunq̄ eſt ĩ
teritura.Fiet enim ꝑ illam immortalis:Sed eius certe fama quæ
inter viuos diſpergi ſolet loco gloriæ viuenti ſuccedebat. Tan-
dem diem obijt:ſoluit quod debebat mortalibus:cum eſſet mo
nbūdo corpore natus.Secum retulit in cælū æterna.Nam apud
ſuperos mens eius præſtantiſſima nunq̄ eſt interitura : tibi vali-

do ſuppetat:in ſtaurabis vitã patris nec eris inferior illo. Cura igitnr vt vales. Et quæ mortalia ſunt non admittere ſi continuo corruunt:& bene vale.

Conſolatoria pro funere familiariſſima:

Audiui quod tuli moleſtiſſime: patrem tuum virum clariſſimũ hac luce functum eſſe. Certe vir erat dignus vita:ſed quem idcirco deus in cælum reuocauit:quoniam eſt conuenientius multo vt futurus eſſet in ſuperis ſedibus:q̃ inter mortales. Nã & ſi erat hic vtiliſſimus ſuis omnibus:quoniam incredibili valebat virtute:fecit tamen & pietas & religio & fides vt merito fuerit ad ſuperos delatus: q̃ quidem in ſede poterit nobis prodeſſe magis q̃ ſi eſſet in terris. Modo tu bene valeas qui patris tenes ſimulacrum. Ne feras iniqua mente:cum mortali vita natus eſſet:ad immortalem eſſe ſublatum:at potius præcare deum:vt tu quoq; illo perferatis. Rcliquum eſt:vt diligenter cures valitudinem tuã: quæ nobis eſt non minus iucunda:q̃ eſſet patris. Vale.

Conſolatoria pro funere grauis.

Renunciatum mihi fuit: obiiſſe diem patrem tuum virum præſtantiſſimum:quod certe perinde fuit mihi moleſtum ac ſi ac luce functus eſſet qui me genuit. Videtur igitur abſurdiſſimum :vt qui conſolandus ſum in hoc mœrore :alios conſoler. Sed ne tãdem homines ipſi videamur brutorum ſimiles fieri : in quibus nulla vis eſt rationis:quibus dumtaxat ſenſus & perturbatio dominatur:ratione duce noſipſos conſolabimur. Vt eo autem procedamus ordine quo decet veterum intelligamus animos ad oẽ fortitudinis argumentũ inſtitutos : & de mortis neceſſitate conmẽtemur. Quis in hoc orbe naſcitur:qui nõ aſſidue videat mortem ſibi paratiſſimam eſſe :niſi hoc ordinaſſet ille opifex rerum mundi melioris origo : Aut nos in hoc orbe fœlicitatem nobis omnem propoſitam exſtimaremus:Aut quantũ ſenſu moueremur:tantum ſaperemus & intelligeremus:præſentibus intendẽtes:& paululum vel præterita vel futura ſentiẽtes :vt inquit Cicero:Corruunt ergo quæ ſunt in hoc orbe ſingula. Nec cuiq̃ ſuę vitæ certus eſt dies vnus . Quid ꝙ ea quæ videntur diutius duratura:continuo dilabuntur : Nam quæ fiunt quaſi nunq̃ ruitura mœnia nobiliſſime fundata ſuperbiſſimeq; inſtructa:quaſi ad cęlũ ceruices erigentia :m'tis tẽporũ difficultatib⁹ æquant̃ ſolo. Vbi nũc Thebę Buſiridis illa tã magnifica:tãtoq; ſplendore domorũ exornata:Vbi granaria Pharaonis Vbi Pyralia Babylonis

Mortis neceſſitas.

Cicero.

Tp̄s oĩa cõſumit.

Vbi Coloſſus rhodius: Sed vbi Grecia: ex qua tot tantiq́ʒ duces viri in omni genere laudis preclariſſimi prodierunt: Vbi Argos cum ſuo Inacho: Vbi Mycenę cum ſuo Agamēnone & Menelao Vbi Phtię cum ſuo Achille: Vbi pylos cū Neſtore: Vbi Ithaca cum ſuo Vlyxe: Vbi corinthus cum ſuo Periandro: Vbi leſbus cum ſuo Pyttaco: Vbi Miletum cum ſuo Thalete: Vbi omnis Lydia cum ſuo Crœſo: Vbi Babylon cum ſuo Nino: Vbi perſarum palatia cum ſuo Cyro: cum: Xerxe: cum Datio: Vbi Macedonia cum Philippo & alexādro: Vbi Spartani cum ſuo Lycurgo: Vbi Lacones cum ſuo Hageſilao: Vbi Thebę dentibus ſerpentinis procreatę cum ſuis dijs: Baccho atq́ʒ Hercule: Vbi athenæ cum Themiſtocle: cum Alcibiade: Pericle: Solone: totq́ʒ illuſtribus viris in omni viuendi genere: Vbi deniq́ʒ ne omnia proſequar: Ro

Roma

ma illa priſca Barbarorum domitrix: Græcorum imperatrix Latinorum mater: & toti⁹ orbis domina cum ſuo Mutio: cum ſuis Horatijs: ſuis: Brutis: ſuis Scipionib⁹: ſuis Marcellis: ſuis Aemilijs: ſuis Fabijs: ſuis Metellis: atq́ʒ cum ſuis demum tot cęſarib⁹ veluti flores atq́ʒ violę ſolent (quę admiramur in mundo) cuncta defloreſcunt: & a mane ad veſperum cōcidūt. Atq́ʒ alia vitę pars aliam inſectatur & pellit. Infantia quaſi lepus: pueritiam quaſi venatorem effugit. Pueritiam pellit adoleſcentia. Hunc inuidet iuuentus: Hanc inſequitnr virilitas. Hec a ſenectute fugatur. Sene-

Augusti.

ctutem prędatur decrepitas: in quam fit vt deueniat vita noſtra ſuccunbetq́ʒ deniq́ʒ morti. Mors omnia mordet: vt Auguſtinus iuquit: Hāc Hectoris fortitudo non euitat: nec dexteritas Achillis effugit: nec Herculis robur: nec Phalaridis minę: nec Ganimedis aut Helenę pulchritudo: nec caſtitas Hippolyti aut Dianę: nec Doctrina Socratis eut Platonis: nec prudentia Catonis: nec continentia Scipionis: nec iuſticia Ariſtidis: nec carmē Homeri aut Maronis: nec oratio Demoſthenis aut Tullij. Nec quiſquis ī hoc orbe vel ſplēdidior fuit Lucillo: vel ditior Mida: vel maior animo quocunq́ʒ Iulio: potuit hanc mortis rabiem non guſtare. Itaq́ʒ recte Anaxagoras audita morte filij: ſe nihil inquit vel noui

Anaxagoras

vel inopinati accepiſſe: cum ſciret illum ex ſe natum eſſe mortalem. Cur igitur dolemus: cum noſtrum aliquis huic ſuccumbit neceſſitati: An arbitramur poſſe nos reficere hominem alium q̄ prius eſſet: Si id aſſequi nequimus: parcamus neceſſitati: & cū non poſſumus quod volumus: velimus quod poſſum⁹: vt apud Terentium eſt. Nonne debemus ſponte ſequi: quod inuiti fera-

mus:opus eſt: Et rationi potins obtemperare q̃ tempus ſequi quod nos ad obliuionem mœroris perducat. Quotiens autem rationem audiemus:tociens illa nobis declarabit hanc non eſſe vitam q̃ mortales incolimus:ſed eam ad quam rapiũtur viri boni:quæ vt ait Auguſtinus:vigebit æternitate memoriæ & imortalitate gloriæ:& in q̃ vt Apoſtolus inquit: Quem nunc videm⁹ veluti per ſpeculum in ænigmate:tunc videbimus facie ad faciẽ Proinde Socrates apud Platonis Phedionem de immortalitate animarum commentatus optare ſe dicebat mortem: cum non niſi ea via poſſet ad ſuperos proficiſci.Itaq; & Apoſtolus dicerere ſolebat: Cupio diſſolui:& eſſe cum Chriſto. Quemobrem pater ipſe tu⁹ & neceſſitate naturæ duct⁹:ex hac vita ſub rept⁹ eſt:& voto ſuo potitus iudicundiſſime ex hac peregrinatione in patriam veram peruenit: & ex procelloſa nauigatione in tranquilliſſimum portum perductus eſt. Inuidebimus igitur ne ipſi aut potius eum æmulabimur:Nobis legendum eſt:quos in hac vita vt apud .Aurelium legiiur:continue torquent timor & dolor:non ſimul torquentes:ſed cruciatumalternantes:vt quando bene eſt:mortalibus timendum ſit:quando eſt male :tunc ſit dolendum.Feramus igitur non ſolum æqua mente ſed æquiſſima ꝙ pater tuus vir grauiſſim⁹ ex his tenebris terreſtriq; cœno :ac corporeo carcere : ad illam ſerenitatem cæleſteq; puritatem & ſpiritalem libertatem elatus ſit:& ſuæ fœlicitati gratulemur.Reliquum eſt vt ita ſit tibi ante oculos imago patris :vt & q̃diu viues in hoc orbe non ſis inferior ipſo:& poſt digreſſionem tuam poſſis ad ſuperos aperta fronte proficiſci: & cum tuo patre cæteriſq; viris bonis in æterna beatitudine ſemp requieſcere. Me autem habes quo valeas haudſecus vti ac fratre.Vale.

Auguſti. Apoſt9s Plato in phędone Apoſt9s. Aurelius

Synomyna conſolatoria pro funere.

Cum ignus es conſolatione.
Mœror tuus leuandus eſt.
Aegritudo tua ratione tollenda eſt.
Tuus luctus eſt ratione frænandus.
Quod donandum eſt neceſſitati:donetur potius rationi.
Quas lachrymas ſiccabit tempus:eas ſiccet iutellectus.
Tergendi ſunt oculi tui ne nimis obedies videaris ſenſui.
Cum prudentia ſit in omnibus rebus adiutrix adhibẽda:tũ præcipue vbi mœror nos opprimit.
Nihi eſt acuratius conſiderandum q̃ ne lãgueas pro dolore vbi

opus non eſt.
Ego tibi conſulo te puerum ne potius plangendo patefacias q̄ virum grauem teipſum ratione conſolando.
Non eſt cuiuſq̄ lugendus obitus:qui moriturus viueret.
Nemo doleat ex ſuis amſiſſe aliquem qui mortalis fuerit.
Ea lege naſcimur omnes vt moriamur.

Tertius titulus.
Conſolatoria pro re perdita familiaris.

Qꝫ magnam tibi rem fortuna ſuſtulerit naufragio :nō potes nō
congemiſceret:vt mihi quidem renunciatum eſt : facis vt inter=
dum illi ſolent:qui languent aliqua ægrotatione:quos cogit na=
turalis dolor non poſſe interdum ſeipſos tolerare.Medici vero
qui valent meliuſcule inducuut quæ ad medicinam proſunt:Co
gita per deum immortalem hæc fortunæ bona ſemper fuiſſe lu
brica. neminemq; vnum diem tuto poſſediſſe.Itaq; recte Philo=
Ouidius deponto
ſophi voluerunt extra animum & extra corpus eſſe fortunæ di
cenda bona.Qualis autem fortuna ſit lege Naſonem inquientē
Paſſibus ambiguis fortuna volubilis erat.Et manet in nullo cer
ta tenaxq; loco Quid igitur tibi dolendum eſt.ſi pro veteri ſua
conſuetudine fortuna tibi rapuit quę tua non erant:Si diminutū
eſſet tui corporis decus: poſſes id fortaſſis impatientius ferre.
Baſilius magnus.
Si virtus & laus tua & omne annimi decus deterius factum eēt.
non iniuria tibi ducerem lachrymandum:& ad cælum vſq; tol=
lendos vlulatus Tua enim hæc ſunt cum quibus immortalem
gloriam ſis conſecuturus.Sed quæ ſolent(vt Baſiliꝰ īquit)Alea
rum more ab vno in aliumcomutari:nec ſtabilia ;poſſit appel=
lari:nec cum effluxerint gemēda ſunt. At dices ad neceſſitatem
Tellꝰ athenienſis. Codrus Romanꝰ
nō eſt mihi fortunarum ſatis.Cui ego:Naturam ne ignoras pau
cis minimiſq; contentā eſſe:Si ne quibus vel Lucullus aut.Craſ=
ſus viueres viues vt Tellus athenienſis:vt Codrus .Romanus.
Si non erit tibi domi regius ſplendor|:erit ciuilis parcimonia:&
vrbana modeſtia.|Communis eſt quotidianaq; in ſingulis orbis
partibns hæc tua iactura.Sed ſtultos opprimit dolor:ſapientes
ratio moderatur.Eſſem in hoc dicendi genere longior:ſi cenſe=
rem hæc & multo plura te latere.Sed quoniam ſatis ītelligo ad
te conſolandum in hac re nullum argumētum incognitum eſſe
tibi qnæ ſcripſi:non arbitreris vt tibi conſulam eſſe miſſa:ſed vt
eclarem non eſſe me inmmemorem pietatis in te meæ.Vale.

Conſolatoria Pro re perdita familiariſſima.

Accepi naufragiū tuum:& vt perturbaris eam ob rem intellexi.
Certo cōſolarer te pluribꝰ argumētis:niſi pro noſtra familiarita
te te cognoſcerē:vt inquit Horatius:intus:& incute. Itaqꝫ ſcio te Horatius
prudentē:facileqꝫ intelligere fortunæ quę appellantur bona nul
lius eſſe propria. Q̃ſi terra in his rebꝰ nemini fidem ſeruat:quā
tominus ſeruabit pontus:cui qui ſe fidit:vt Iuuenalis ait:eſt digi Iuuenalis
tis a morte delatus quattuor aut ſeptē.Tantus eſt hiatꝰ in pela-
go:vt aſſidue ſubmergātur rates. Sed quid leuius q̄ ſe commit-
tere ventis quorū continua mutabilia quāta ſint: qui neſcit ho-
mo nō eſt.Eiuſcemodi naufragia quotidie fiūt:fortunæ nulli ſūt
æterni comites.Amiſiſti rem nō tuā:qđ ſuum erat fortuna rece-
pit.Virtus tua conſilio & ratione tibi modo ſeruetur& augeatur
non deerit propediem res amplior atqꝫ magnificentior. Hæc ſa
tis:quod reliquum eſt:me habes:cuius rebus omnibus æque vti
poſſis ac tuis. Vale.

Conſolatoria pro re perdita Grauis.

Et priꝰ acceperā neſcio quid:& nūc factꝰ ſum certior naufragio
te rem nō paruā amiſiſſe:proptereaqꝫ mirifice angi. Haud recte
ſaperent:qui te cū beniuolētia iūctis hoc aduerſus te fortunę vul
nus dolendū admodū cenſerēt.Ego vero qui & ſi nō ſapio:curo
tamen ſapientū imitari conſilia:neqꝫ dolendū eſſe arbitror cuiq̄
hunc caſum qui te amet:nec tibi vel ferendum iniqua mente vel
cenſendum inopinati quippiam accidiſſe.Quis eſt enim qui dice Bona for
re poſſit ſuū eſſe quod fortuna largiri ſolet.Nam ſiue maiorum tunæ.
exempla ſequamur:ſeu veterū ſententias audiamꝰ: q̄q̄ ad virtu-
tes exercendas ſunt hæc quæ dicunt fortunæ bona neceſſaria:
neqꝫ tamen in corpore neqꝫ in animo ſita valēt hominū appella
ri propria.Sunt enim inſtabilia:lubrica: & quæ continue mutan-
tur:vt illud eſt Senecæ:Rotat omne fatum.Et rurſus: Quē dies Seneca i
vidit veniens ſuperbum:hunc dies vidit fugiens iacentem.Quā Hercule
obrem & iure ac merito illud addit:Nemo confidat nimium ſe- furente.
cundis:nemo deſperet meliora lapſis. Miſcet hæc illis prohi-
betqꝫ Clotho ſtare fortunam.Nonne & illud reſtat Iuuenalis. Si Iuuenalis
fortūa volet fies de rhetore conſul. Si volet hæc eadem fies
de conſule rhetor:Et rurſus illud: Seruis regna dabunt: capti-
uis fata triumphos.Sed bene monet idem inquiens.Nullum nu Boetius
men abeſt ſi ſit prudentia:ſed te nos facimus fortuna deam cæ- diffinit
loqꝫ locamus.Nam & Boetius ipſe ſeuerinus ita fatū diffiniens: Fatum

Fatum eſt inhærens immobilibus ſeries qua diuina prouidētia ſuis quæq; nectit ordinibus. Et non multo poſt ait: In noſtra poteſtate ſitum eſt qualem fortunā fundare malinus. Nemo ſapiēs quicq̃ ſibi duxit eſſe ſubreptum cum fortunas amiſit: & plæriq; ſuarum virium compotes non dolent fortunæ curſus ſibi fuiſſe

Iuuena. in vltia ſaty aduerſos: Et Iuuenalē audiunt dicentē. Plus fati valet hora benigni: q̃ ſi te Veneris commendet epiſtola Marti. Non omnino ap

Seneca in tragœdia probo Senecæ illud. Non ſolicitæ poſſunt curæ mutare rati ſtamina fuſi. Sed ſapiētibus cōſultoribus nemo cōgemiſcat ſi quid aduerſitatis fortunę ſibi ereptum eſt. Nō doluit apud Homerū

Homeri vlixes Vlixes: nec ſe quicq̃ perdidiſſe dixit: cū naufragijs nudus eſt eiectus ad Corcyrā: ſed tanta virtute vir præditus a Phęacib⁹ & Alcino rege ſuſceptus eſt humaniſſime: ditiorq; dimiſſus q̃ āte iacturā fuiſſet. Quicquid hęc bona eos: a quibus coli ſolent interdum peiores efficiunt: vt inquit Tullius. Cū his enī proferūtur

Tullius voluptatibus qui ſunt epicurei: & patrant multa ſcelera qui ma-

Auguſti. li ſunt: ſed cū nō ſit malū aurū & argētū quę creauit deus (vt Auguſtin⁹ ait) ſed malus homo mittēs creatorē & cōuertens ad cre

Dauid aturā vt illud eſt Dauidicum: Simulacra gētiū & aurū. Quis tamē poſſit ſe tuto dicere poſſidere quæ nullus habet certa: Crœſus

Crœſ⁹ enim Lydorū rex cui tantus theſaurus erat: vno die a Cyro perſarum rege tot tantiſq; diuitijs priuatus eſt. At cyrus ipſe a vili

Cyrus muliercula & regno ſpoliatus eſt & vita. Quamdiu Lacedemo-

Darius niorum & Athenienſium reſpublica ſuis opibus potitę ſunt: Artaxerxes qui cum tāto apparatu terra mariq; interminaretur in

artaxerx. Græciam: minimo quodam nauiculę ſpacio contētus in regnū

Hānibal. redijt omni exercitu perdito: Quis fuit. Hannibali finis qui per

Pōpeius. terrefaciebat orbem Quis pompeio: Quis Cæſari: Quis deniq;

Cæſar maximis regibus exitus: vt illud eſt. Horatij: Ad generum cere

Horati⁹ i ſermoni. ris ſine cæde & vulnere pauci deſcendunt reges: & ſicca morte tyranni. Sed præteamus principes: quorū fortunę (propter ambitionis obiecta tela) rotantur aſſidue: q̃ crebri ſunt huiuſcemodi caſus vt naufragio corruant opes plurimę. Nam qui ſeſe cōmendat ęolo ducit cq̃tuta eſſe ſua ſingula: is haud minus inſanit: q̃ ſi in medijs leonibus decertrus cum beſtiis faceret ſibi vitę fidem: Communiſſimum eſt igitur hoc periculorum genus vt poſſit iam quotidianum appellari: fortunę vero munera in hominum poteſtate non ſunt: & eo debēt haberi in precio: quo Te

Terētius rentius voluit inquiens: Hęc perinde ſunt ac animus qui vtitur

Quod ſi ſapies vt antehac feciſti:ſemper in firma ſolidaq; virtu te rem tuam omnem collocabis. Nam quas diuitias appellant: vt Aurelius ait: vere non ſunt: Bona ea dici debēt: quæ gloriam immortalem pariunt. Scriberem ad te plura: ſi cenſerem tui potius commonendi q̄ amicitiæ meeę cauſa ſcribendum eſſe. Vale Aurelius

Synonyma conſolatoria pro re perdita.

Fer æqua mente rem amiſſam.
Noli deſperare meliora tranſactis.
Ne deijcias animum propter fortunæ aduerſitatem.
Eſto bona mente in perdita re minime tibi propria.
Nichil amiſiſſe iudica cum pecunia tibi ſublata eſt. Cui virtus ſuppeditat gloriam: ei fortunæ difficultas lugenda non eſt. Imitandi ſunt ſapiētes: qui nullam ſibi iacturam fortuitorum duxerunt eſſe lugubrem.
Sapientis conſilio patienter ferenda ſunt aduerſæ fortunæ tela
Immoderata tempeſtate nullus fortis deiecta mente iacuit: ſed eo fortior factus eſt.
Cum animi virtute tolerenda ſunt fortunæ bella.
Qui patientiæ loricam induit fragilitatem fortunæ non metuit
Solet animi magnitudo tunc eſſe præſtantior: cum occurrūt pericula grauiora.
Nichil eſt in aduerſitate deſperandum proſperitatis.

Titulus quartus.

Conſolatoria pro exule familiaris.

Legi tuam epiſtolam nō minus iniucūde q̄q̄ tu videris impatiētiſſime ferre: q extra patriā vrbem cogaris exulare. Vbi nā tua ſolita prudentia nunc latet: Nonne iampridē intellexiſti nichil eſſe dolendū: quod neq; famā apud doctos & probos damnet: nec gloriam faciat eſſe apud ſuperos diminutam: Quis enim vir bonus eſt qui non manifeſto cognoſcat nullo te tuo crimine factum exulem: ſed inuidorum delationibus & improborum ſtudijs. Quod ſi quo factum id eſſet tuo ſcelere: cauſam exilij tui nimirum dolendam tibi eſſe cēſerem. Nam in hominum coronā venires criminandus & aſſidue impietatis accuſandus: & rei fama quæ in te notanda eſſet iure ac merito: nec poſſet ab hominuuı clariſſimorum iudicijs reuocari: non eſſet abs te ſine tuis lachrymis audienda. Stimularet enim te conſcientia que ante oculos poneret nefas quod patraſſes: doceretq; te tuæ culpæ pœnam lucrari: eſſet intolerabilis exilij pœna: ſed itollerabilior

certe conſciẽtiæ culpa. Me miſerum diceres tecum loquẽs quid cogitaui: quid ſecutus ſum: quid volui: quid erraui: quam pœnã ſceleri dedi: vbi patria: vbi penates: vbi ſolatia: vbi cliẽtelæ: vbi reliqua mihi in vrbe ſuauiſſima: Omnũq; memor eſſes: meritoq; illud Boetij poſſes in te cognoſcere: Infœlicitatum omnium peſſimũ eſſe genus ſe meminiſſe fuiſſe fœlicem. At nunc cum intelligas erraſſe te nihil: ſic dices ad te cõuerſus: Ego nihil commiſi ſceleris: decepi neminem. Neq; fride fragus dici poſſum: nec alicuius criminis auctor. Inuidiæ me tela ſunt inſectata: quam ſic Cicero diſſiniuit: Inuidia eſt ægritudo alieni boni: Comunis eſt hæc peſtis procerum valitudini paratiſſima. Nam vt illud eſt. Senecæ: Feriunt ſupremos fulgura mõtes. Nemo me ex patria pepulit. cum ſim vbiq; terrarum atq; gentium bene ac cum virttue viuens patriam inuẽturus. Neq; erat illa patria: quę nõ mihi ſed ſceleſtiſſimis pluribus eſt cõmunis. Cõſiderabis deniq; ex maximo fluctuum turbine in tranſquilliſſimum te portum perueniſſe hoc eſt ex ſumma difficultate ſuſurronum: murmuratorum: inuidorum detractorum: decoctorum: delatorumq; quibus abundat tua patria in optimum conuentum bonorum ciuiũq; præſtãtium profectum eſſe. Hęc ſcio tibi eſſe perſpectiſſima: nec q ea ignoras ad te ſcripſi: ſed vt in recenti vulnere amiciſſimi medici officio fungar qui vel non vocatus accedam ad medicandum Cura vt valeas.

Boetius

Cicero.

Seneca in tragœdia.

## Conſolatoria pro exule familiariſſima..

Quod exulem te proſcripſerint iuidi atq; improbi quidam: qui tuę laudis maieſtatem nõ poterãt tolerare: ne doleas amice optime. Sic enim ab illis fieri ſolet: quos diſſimilitudo morũ atq; ſtudiorũ reddit inimicos. Quõ poteras illis eſſe gratus: qui ſunt omni vitio polluti: Iure te igitur noluerunt ſecũ eſſe: quem ſciebant ſceletum ſocium habere non poſſe. Viues cum illis & duitius & fœlicius quos iſtic iuenies tui ſimiles: probos inq̃ & iuſtos: quorum ſocietas & conſuetudo poterit omni te ſemp moleſtia liberare. Vale.

## Conſolatoria pro exule Grauis.

Q. exilium lugeas quaſi rem moleſtiſſimã & quã nequeas tolerare: voluiſti miſericordia quaſi ad te recreandum commoueri: quippe qui non poſſum aliquando humanitatis officio nõ fugi: Cum vt inquit Terẽtius poſſim dicere: homo ſum: humani nihil alienũ a me puto. Docet & nos Apoſtolus inquiens debere nos

Terenti9

Apoſtol9

gaudere cum gaudentibus:& ſtere cum flentibus:& ne humani=
tatis officium turpe ſit nec gaudium vel flectus ſine recta ratio=
ne.Nam q̄q̄ omnis paſſio improbanda eſt: cum cōtra rationem
niti videatur:tum eo eſt fœdior:quo magis excedit:& nō obſer=
uatur illud Vlixis:quod apud Terētium vſurpatū eſt: vt ne quid Terenti⁹
nimis:cogit natura nos aliquando dolere & cōgemiſcere . Non
enim ſumus ferrei:vt null⁹ in nobis ſit ſenſus:ſed in omni re ſer
uandus eſt modus ille Ciceronis: & tenēda mediocritas Ariſto Cicero=
telica. Niſi frænaremus impetus ſenſitiuos :& cum ratione mo nis mod⁹
deraretur appetitus:certe inter nos & bæluas nihil ītereſſet. Sē Medio=
tiunt enim & illę quę dulcia ſunt & quę amara : doloribuſq; atq; critas ari
voluptatibus inuoluuntur . At in nobis cōſilium temeritati præ ſtotelica.
ficitur:ſobrietas intēperentiæ :Innocentia maliciæ:& omnis ra=
tio ſcelęribus cunctis. Itaq; cum graue ac perdifficile fuiſſet hoc
onus exilij tui:debuiſſet poſt diutinas lachrymas conualeſcere:
& te totum tibi reddere.Ego igitur iā meipſum in mētem quie=
tiorem traduxi :cognouiq; tuam hanc aduerſitatem :neq; lugen
dam eſſe nec aduerſitatis cognomentum promereri. Nam ſunt Exilium
qui diffiniant exilium:quaſi extra ſolum patriū. At Socrates cū Socrates
quæreretur cuias eſſet:mundanus ſum reſpondit : declarat hoc
reſponſo:non eſſe virum grauem atq; doctum alicuius vrbis ter
minis regionibuſue finibus circunſeptum:ſed in vniuerſum or
bem poſſe aperta frōte ſummaq; cū laude progredi. Itaq; recte
Cicero non eſſe interminandum illis ait exiliū:quibus vrbs vna
circunſcripta non eſſet:ſed omnis orbis foret patria. Iure igitur Cicero.
Hercules argium ſe pixit:ſubdiditq;:ſed omnis Gręcia mihi eſt
Quod ſi recte metimur vitæ noſtræ curſus:diligēterq; ītuemur Herculeſ
vndeuenimus:quoue pergimus:intelliger e manifeſto poſſum⁹ argiuue.
nullam eſſe nobis in hoc orbe patriam.Quod ſi recte nos noui=
mus vt Apollo monuit:ex cælo ſumus in terris miſſi : vt p̄ eas
peregrinantes in cælū deniq; redderemus vbi vera eſt nobis pa= Apollo
tria.Nonne vbi parentes hominum ſunt ex quibusveram expe
ctant hæreditatem:ibi patriam mortales eſſe dicunt: Nā & huic
patriæ Cretēſes cenſuerunt poſt ſuperos:nos prima debere iu=
ra.Sed deus omnium bonorum parēs eſt:quos ſibi hæredes fu
turos eſſe promiſit:& inſtituit cohæredes Chriſti.Eam igitur ſā
ctam ciuitatē:de qua abunde locutus eſt Diuus Aurelius :debe= Auguſti=
mus nobis patriam affirmare : & ab ea ne exulemus: omni cura nus.
prouidere.Nec em̄ illo exilio vel inuidis teſtib⁹ vel iniquis iudi

eijs cōdemnaremur:ſed hoc orbis exilium nemo ſapiens alicuius extimat precij:præſertim cū apud indoctos nunq̄ magnificati fuerint viri clari. Fxulauit Alcides qui græciam omnem ſūmis affecerat ornamentis. Eiectus eſt lacedæmon. Lycurg⁹ qui eam tam pręclaris legibus inſtituerat. Athenis pulſus eſt Solon qui tradiderat populo iura quæ ſequerētur. Pulſus Alcibiades male habitus Melciades:male Pericles. Romani vero Romulū conditorem interemerunt: Camillum fecerūt exulē:Ingrati fuerunt in Scipionem:In Tullium:in plæroſq; alios quorum nomina prolixius eſſet q̄ vtilius dicere. Sed quot viri præſtantes p deum immortalem habite ſunt extra natale ſolum præſtantiores q̄ domi. Nā Lucius dimiſſis Volſcis:habitus eſt Romæ rex:Tarquini cognomento. Pythagoras vero: Ariſtoteles & . Tullius & Naſo & Maro extra domum primam floruerunt & claruerunt. Cadmus longe e patria Thebas condidit. Marius arpinas nat⁹: Romæ vir magnus factus eſt. Neſcis raros in patria profectos eſſe:obſtat inuida:obſtat ambitio:obſtat competitio:obſtant cōtentiones & cætera queq; quibus vulgus miniſtris vtitur aduerſus ſapientes. Non eſt igitur dolendum tibi quicq̄:nec: cēſendit amiſiſſe te patriā q̄diu & virt⁹ te comitabitur:& virtutem fama proſequetur:& famam attinget immortalitas tui nominis. Hæc quotiens cogitabis:totiēs arbitraberis hoc pacto fauiſſe tibi ſuperos:& Iouem tuæ rei optime conſuluiſſe. Vale ex Mediolano tertio Nonas decembris.

Hi exulaſunt

Synonyma cōſolatoria pro exule.

Ne feras graue exul eſſe.
Fer æqua mente tuum exilium.
Ne doleas ꝙ vrbe careas patria.
Non ſit tibi difficile exulare.
Non eſt extra patriam:cui eſt virtus.
Non debes te exulem arbitrari:qui vbiq; ciuis es.
Patria carent mali:tu vero ſemper es in patria.
Tolerabis eſt tibi exulatio ab inuidis & malignis.
Vbi tibi bene eſt:ibi patriam eſſe cenſeto.
Ne ducas te exulare alicunde:cū tua virtus nunq̄ poſſit exuleſſe
Fac vt ſis animo conſtanti ſic extra vrbem honorandus:vt in vrbe pollendus fueras.
Tūc te exulem duces:cum fama gloriaq; priuatus viues.
Patria tua cælū eſt quo virtus aſſidue dirigit atq; ducit.

## Quintus titulus.

### Gratulatoria ſamiliaris.

Accepi terprætorem Florentię vrbis deſignatum eſſe:qui te ad id muneris delegerunt:nequiuerunt nõ eſſe viri omni laude cumulati.Id ea ſum aſſecutus coniecturaquod afficiuntur mir ifice ſuæ patrię.Curauitq; diligenter quicquid ad eius attinet dignitatem & ornamẽtum. Quid enim dignus & ornati⁹ i ciuitate benemerita dici poteſt:q̃ iuſticiæ munus non pręterire & ei⁹ habere maieſtatem ante oculos:Officium autẽ huius quæ virtutum mortalium eſt excellentiſſima:in te conſtitit imprimis: vt bon⁹ & fortis pręṫorius ſuum cuiq; tribuat:& alios ad virtutes alliciat Propoſitis præmijs:alios deterreat a ſceleribus pœnarũ metu.Quantum autem in omni tua vita fueris præſtãs :æquitatem q; in omni tuę vitę actiõe ducẽ ſecutus ſis:nec nunc explicabo: ne gratulãdi loco ad laudatoriam accedam epiſtolam.Vnum auſim affirmare conſuluiſſe Florentinos reipublicæ ſuę nõ temere nec improuide:ſed accurate atq; ſtudioſe:Eũq; ſibi delegiſſe prætorem cuius & æquitate maximã vtilitatem ac vrbis amplitudinem & digniſſima conſuetudine ſummam ſint iucũditatem aſſecuturi·Scio q̃ oderis nefandos & quãta ſeueritate criminum auctores velis plecti:vt poſſis iure & merito.Cato quõdam cenſorinus appellari:& non iniuria valeas inter eos cẽſores numerari:quos verebantur etiã ſi vrbis principes.Hoc autem tuę mẽtis inſtitutũ quis nõ niſi inſanus pȏt non vnice cõprobare.Nam iccirco genus humanum ad nicolendas vrbes inductum ẽ a ferina illa libertate:q̃ prius viuebat inter ſyluas & latibula:vt muniretur mœnibus:& pretoris ſagacitate iuſticiæq; defenderetur illæſum.At vbi tu es æquitatis miniſter:ibi eſſe cenſeant Herculẽ & qui & monſtra plectat & tyrãnos.Cum bonis autem q̃ familiariter agis:humanus es:q̃ facilis arte & ſuauitate loquendi & grauitate ſententiarum:& omi deniq; vitæ curſu qui tecum vel publice vel priuate quicq̃ agit fateṫ ſeſe.Neſtorem audiuiſſe Vlixẽ q; conſuluiſſe.O igitur benefactũ & prudentiſſime vrbi Florentinę conſultum.Itaq; & Florentinus qui talem ſint habituri pręto rem & tibi qui tãtę præfuturns ſis rei.P.ſummopere gratulor cupioq; nos fieri quotidie fœlciores vt laus vtrorumq; promſ getur.Vale.

De prętura.

Cato cęſorinus.

Neſtoris Vlixis facundia.

### Familiariſſima Gratulatoria:

Gratulor tibi mirifice :q; mas tibi nat⁹ ſit fili⁹:nec tibi ſoli gra=

De fllio nato

tulor:ſed & patri tuo viro grauiſſimo:& matri fœminæ pudiciſſimæ:& cõiugi tuæ mulieri caſtiſſime. Scio enĩ vos omnes hac puelli natiuitate lætiſſimos eſſe. Nec iniuria cũ & parentis & aui propagationem ſobolis cupiant præter cætera. Lacedæmoniorũ enim & Atheniẽſium inſtituto quiſq; ſuæ patriæ debet ciues: & quo plures ei gignit:hoc magis eſt ab vrbe laudandus. Et mulier puerpera q̃ poſſit maiorem aſſequi iucũditatẽ: q̃ nacta eſt cũ peperit: Nã & Aurelius inquit: Nulla alia de cauſa nubat mulier q̃ vt mater fiat. At auus auiaq; q̃ valẽt maiore voluptate affici: q̃ ſi ſentiant in ſucceſſorum diuturnitate ſui nominis æternitatem Iure igitur ex Cornelia familia ſcimus minore cognomento nõ fuiſſe genitum:ſed ex Aemilia ortum adoptatũ eſſe in Scipionis domũ. ne genꝰ illud laberetur. Idem ſcriptum eſt. Idem de Octauio legimus: Idem de Nerone: Idem de Othone ac pleriſq; alijs. Neq; enumerare eſt neceſſe: quãto fœliciores alijs ſint qui ex ſe natos vidẽt nepotes atq; filios. Iure igiť vobis oĩbus ita gratulor: vt intelligatis hoc munꝰ æque mihi iucundũ eſſe ac ſi cælitꝰ meæ domui contigiſſet. Vale.

Aurelius

Grauis gratulatiora.

Quod tandem tibi fortuna fauere cœperit audiui perlibenter. Spes enim poteſt eſſe bonis in omni re ſua: qui mirifice deſperabant. Nam vt illud eſt apud Ciceronem: Cum bonis bene fit: bonis quoq; reliquis bene ſperandũ eſt. Lactantius aũt perpulchre docet bona ſibi fundamẽta virtutem cõiecisse. cum præmia reddebantur bonis artibus. Torpeſcũt enim ingenia & rigeſcit mẽs bona cum videt ſuæ laudi nullum eſſe locum. Iuxta enim Tullianum illud: Honos alit artes & omnes ad virtutes incendit gloria Pecunia vero & reliqua fortunæ bona: quæ virtuti ſuppeditant neceſſarios vſus: Et ſunt vt inquit Ariſtoteles: ad exercendas virtutes inſtrumenta: ſi præſto non ſunt laboribus iuſtis: debilitantur & eneruantur ingenia. Quobrem & Pythagoras & Plato & pleriq; philoſophi: tum ſuis ſtudijs omnem operam adhibuerunt: cum curis familiaribus caruere. Quare & Martialis iure inquit: Sunt mœcenates: non deerunt flacce marones. Vnde & illud Iuuenalis. Quod ſi Virgilio & cætera. Merito igitur Perſius ait: q; ſi dololi ſpes refulſerit numini coruos: Poetas & poetridas picas cantare credas pegaſeum melos. Nec ſine ſumma diligentis ac curatiſſimus ille poeta Virgilius ait. Si te fata vocãt. Nam auctoritate Iuuenalis illud verum eſſe cernitur. Haud faci-

Cicero. Lactantiꝰ Tullius. Ariſtoteles. Pythagoras. Plato. Martiaľ Iuuenalis Perſius. Virgilius vi. æneí. Iuuenalis

le emergunt:quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi . Ho=
die vero nemo bonis doctiſque donat:at pauperes cōtemnunt:
& quantum quiſqꝫ ſua nummorum ſeruat in arca:vt dixit Satyrꝰ Iuuenalis
tantum habet & fidei.Quare cum virtuti fortuna fauet: mirifice ĩ vmbri=
gratulandum eſt & gaudendum nobis:qui eadem(vt Tulliꝰ ait) cio.
in cauſa verſamur:qua & tu olim:video autē ſimilitudinem quā Tullius.
dam tuorum cum temporibus meis:vt quando tu poſt diutur=
nos labores donatuses tua mercede Idētidem mihi ſperandum
eſſe ducam . Cœperam enim torpeſcere exiſtimareqꝫ nuſq̄ eſſe
virtutis adminiculum implorandum:quippe qui viderem in il=
la Horatij tempora incidiſſe:cum inquit : O ciues ciues quęren=
da pecunia primum: virtꝰ poſt nummos. Recte igitur Iuuenalis Horatiꝰ.
illud:Diuitiarum maieſtas & ſi funeſta pecunia templo nondum
habitas : nullas nummorum ereximus aras. Nam vt eruditiſſi= Iuuenalis
me Ouidius complexus eſt:Crede michi miſeros prudentia pri
ma reliquit.Et ſenſus cum re conſiliumqꝫ venit. Iacebas in fimo Ouidiꝰ ĩ
vt aiunt: nec tibi ſuccurrere laboranti : nec alijs abſte auxilium triſtibus.
poſtulantibus fauere poteras. Itaqꝫ ſordeſcunt omnia rubigine=
qꝫ contabeſcunt:quibus fortuna præſto eſſe non ſolet . Ita enim
ager & ſi natura fœcundiſſimus : vberrimoſqꝫ ſi coleretur fru=
ctus pariens : vbi negligitur atqꝫ deſertus eſt ſylueſcere ſolet &
emanſueſcere:ac adeo arere vt niſi refoueatur atqꝫ ſtercoricetur
ab eo nichil plane ſperandum ſit . Nunc venit in mentem illud
tempus:quo me cum lachrymisnonnunq̄ ad commiſerationem
prouocabas:& fortunam tuam deplorans quæ foret abiectiſſi=
ma:& meam longe inferiorem tibi communem exiſtimās a qua
nequires adiuuari.Licet nunc iiſdem vti lachrymis pro meipſo
In hac erga tuam fœlicitatem gratulatione rogareqꝫ ne me deſe
ras:nec me iacere diutius affligiqꝫ tantopere patiaris. Nam iſtā
in te fortunæ conſuetudinem:& ſi fortuna duce collatam video
eſſe:prudentia tamen tua virtuteqꝫ ſingulari ductam & quaſi co=
actam cenſeo. Eſt enim in campo ſatyricum illud : Nullum nu=
men abeſt ſi ſit prudentia:ſed te no s facimus fortuna deam cæ= Iuuenalis
loqꝫ locamus. Iure igitur Cicero Stoicorum ſententia fretus:
Omnes ſapientes inquit diuites eſſe . Et plato voluit virtuti Cicero
ad bene beateqꝫ viuendum deeſſe nichil . Sed ſi peripatetico= Plato.
rum nos auctoritas admonet : Eruditiſſime dixerunt fortu=
næ bona ad virtutes exercendas & amplificandas plurimum
afferre adminiculi : & væhementiſſime neceſſarias eſſe.

Nunc igitur memini me apud veteres percucurriſſe Phytagorã Carne ad ẽ. Democritum: & plæroſq; alios tũc cœpiſſe omnem operam adhibere philoſophiæ: cum &c curis vacauere familiaribus: & rebus affluxere ad viuenudum neceſſarijs. Quis enim qnem domeſtica cogat ægeſtas in grãdiorem poteſt virum euadere: Non ab re ſcriptum eſt: Pectora noſtra duas non amittentia curas. Tunc & Demoſthenes Athenis Demoſthene fabro natus: Et Cicero arpinas Romæ magnificatꝰ eſt: cum diuitiæ ſuppeditarunt ocium. Iccirco ſatyricum extat illud: quid Tullus an ne aliud q̃ ſydus & occulti miranda potentia fati. Quod ſi Boetius in noſtra poteſtate ſitum eſſe voluit: qualem fortunam fundare malimus. Luget & ipſe tamen ſuorum aduerſitatem temporum: & fatum inquit eſt inhærens immobilibus ſeries qua diuina prouidentia ſuis quæq; nectit ordinibus. Caſum autẽ diffinit eſſe in opinatũ rerum euẽtum. q̃ombrem: & o ccurrant oport et in tẽpeſtiua importunaq; mortalibꝰ plurima: quibus & ſæpe cõculcentur & ſuffocentur interdũ: & rurſns cum dulcia non meminit qui non deguſtauit amara. Poſt pharmacũ eſt valitudo expectanda: & poſt tenebroſas pro cellas ſereniſſima ſperenda tẽpeſtas. Quare Virgilius vt doctiſſime cũcta: Aeneam inducit ſocios hortantẽ dicere cogit: vos & Scylleam rabiẽ: vos & cyclopea ſaxa experti reuocate animos: mœſtũq; timorẽ ponite forſam & hæc olim meminiſſe iuuabit. Et rurſus paulopoſt. Per varios caſus: per tot diſcrimina retnm tendimus in latium. Sedes vbi fata quietas oſtendunt illic fas regna reſurgere Troæ. In hoc tempus iam perueniſti: nec in illud incidiſti Iuuenalis. Durate: & voſmet ſeruate Cicadis. Expectationi tuæ datus eſt deniq; modus & tuarum vigiliarum ſolennẽ faſtum eſt conſecutus. Gratulandum eſt igitur tibi mirificemihiq; ac cęteris bonis omnibus ſperandum id ocius: quo tua interceſſione: tua diligẽtia: tuo erga bonos ſtudio precium ſimus noſtrę ſedulitatis impetraturi. Erant venalia quecunq; appetebamus diuini venditione nichil poterat. Si diuites alloquebamnr. Sphinges adibamus. Diſtichum aut tetraticbum non erat ędendum Martialis more: vt inde ſperaretur aliquid. Et lucerna ſimnl & papyrus terebatur. Reſpirarum: vt video: bonę litterę quando tibi traduntur virtutis premia. Vtinam hanc fortunę acceſſionem in te fortuna accumulet: vt quemadmodum nunc gratulamur tibi: ſic inſtar tuę progreſſionis poſſimus nobis vnice gaudere.

Horatiꝰ
nDemoſthenes.
Cicero
Iuuenaſ
Boetius
Vir. j. ęne
Iunenaſ

Fœliciter nunc viuis. Beatiſſime tunc viuemus. Eritqȝ gratulatio hęc eo communior: quo propenſius omnes ad virtutem ſtemulabit. Nam vt Ciceronis extat illud. Honos alit artes. Tu bine vale. Ex Mediolano pridie calendas Decembris. Cicero in tuſculanis q̃ſtioni.

Synonima Gratulatoria.

Tibi vnice gratulor.
Mirifice tibi gratulandum arbitror.
Tibi gratnlor ſupra modum.
Nunc tuæ fœlicitati quis non gratuletur:
Nemo eſt cui hoc tempore magts q̃ tibi gratulor.
Haud facile poſſem exprimere: quãtopere tibi gratulor.
Quanta ſit mea in re tua gratulatio: nec prolixiore quidem epiſtola exprimeretur.
Perinde tuæ gratulor voluptati: ąc ſi meipſum attigiſſet.
Tibi vni præ cęteris omnibus hac tẽpeſtate plurimũ gratulor.
Gratulandum tibi eſſe duco: tam vehemęnter vt nihil ad cumulnm addi poſſit.
Adeo tibi gratulor hac audita fortunę acceſſione vt nihil me voluptuoſius audire potuiſſe cenſeam.
Cum primum accepi q̃ fœliciter tecum actum eſt: ita geſtire cœpi & tibi gratulari: vt mei non videar eſſe compos.
Qꝛ tam proſpere tibi ſucceſſerint omnia & gratulor admodũ & exulto: quippe qui & mihi & bonis omnibus non parum eẽ fructis ſperandum arbitror.
Si vis q̃ tibi gratuler intelligere: q̃ tu tibi gaudeas pſpicio.
Tua voluptas mihi communiſſima eſt.

## TITVLVS SEXTVS

Inuitatoria ad amicitiam familiaris.

In omni humanæ vitę curſu id pręcipue conſiderandum eſſe arbitror: quod amicitiæ vim complectitur. Id enim eſt noſtro generi vęhementius neceſſarium quo mẽtes hominum iiſdem iũgantur officijs ſtudiorum: eademqȝ beniuolentiæ vi. Qꝛ niſi nobis alios amicitia conciliaret: niſi amoris charitate quadam teneremur (vt ita dixerim) irretiti: quibus nos vel legum: vel conſuetudinis viculis alijs deuinceremus: aut quicq̃ vſui noſtro ſuppeditaturos eſſe cęteros cenſeremus. Sed qm̃ ea eſt prima quidem amicitię ratio: vt honeſtatis cauſa ſibi vniantur aiorꝫ vires Pria quoqȝ ac optia eſt amicitia quę virtutis gr̃a ſundata ſit: radices (vt aiũt) ppetuas in feraciſſimo ſolo propagatura. Ad hãc

Lælius. Scipio.

conſueuere viri boni ſeſe mutuo inuitare. Quare Læliũ Scipionẽ inuitaſſe legim⁹ vt ſe amaret. Hoc exemplo & ipſe product⁹ ſum: qui tua virtute ſingulariq; doctrina pollectus te inuitem: vt me non ames ſolũ: ſed piẽtiſſime cõplectaris & ſinu foueas. Nihil erit mihi gratius q̃ vt intelligam abs te amari. Ego autem ꝑ mea virili nõ amabo te modo: quem qui nõ amet: ille ſaxe⁹ penitus ſit: ſed obſeruabo: Quid obſeruabo dixi: obſeruo: ac colo ꝑ ea quæ in te virt⁹ eſt quouis homine benemerente digniſtima: quemq; præclariſſimũ virũ referente. Nam quantus ſis: tot⁹ iam orbis terrarum inſtar miraculi narrat. cui⁹ ſplẽdoris tuæq; laudis ꝑtes: ne videar aut aſſentari aut adulari: faciã in præſenti miſſas: ad idẽq; redibo qđ initio cœpi: non eſſe tibi negligendum vt ameris: ab eo pręſertim qui & ſi tibi adiumento nõ ero: laudi certe ſemper ero. Quare fac vt me ames mutuo. Bene vale Ex Mediolano tertio Kalendas Decembris.

Inuitatoria ad amicitiam familiariſſima.

Quãtus ſit tuæ virtutis ſplẽdor: vna eadẽq; omniũ accepi voce: nec potui nõ cõtinuo in te diligendũ & amandũ incendi ac inflãmari. Sed quia nichil eſſet in vita fœdius q̃ eſſe in eũ ſtudioſum: qui ſtudio nõ delectaret alterius cupio ſummopere pari me beniuolentia ꝓſequaris. Nihilo ſum enĩ tibi poſthac vnq̃ defutur⁹: quod in mea ſit facultate vł opa. Vtere igitur deinceps me fortuniſq; meis æque ac tuis omnibus. Tunc me mihi plurimũ ſatiſfeciſſe cẽſebo cum tibi vlla in re maxima ſatiſfecero. Sum adeo tuæ deditus famæ. vt abste diligi plus appetam: q̃ quicquid reliqui vel diuitiarum cupidi vł glorię ſibi ducunt ornatius ſublimi uſq; appeti aut contingere poſſe. Bene vale. Ex mediolano quarto Nonas Decembris.

Cicero

Inuitatoria ad amicitiam Grauis.

Cum reliqua perpulchre ac vnice dicat erudite Cicero: tũ id imprimis amicitiam officij pręſtantiſſimi genus ad humani generis conſeruationẽ inuentam eſſe: quę ſimilitudine quadã & morum & ſtudiorum ſepta: & veluti circũuallata bonos animos deuinceret atq; tueret. Q2 ſi Ariſtotelis teſtimonio: nõ ſecus inter virtutes iuſtitia ſplẽdet ac lucifer aut heſperus inter ſidera: quid pręclarius amicitia: quę iuſticię primum atq; pręcipium cõplectitur & munus & officium. Plutarchus enim vbi vęhementius iuſticiam laudauit quę a Catone diffinita eſt: Animi habitus: cõmuni vtilitate ſeruata: ſuam cuiq; tribuens dignitatem. Hęc di-

Ariſtoteles.

Plutarchus.

Catonis iuſticias

gnitas inquit in amicitia ſolet imprimis diſtribui:diſtributaq́ȝ cognoſci:ſine qua nõ ſolũ non viuerent homines in cœtu : ſed etiã viui ab officio longius diſtraherentur. Quid iucnndius in vitaq́ȝ ſuauius:& humano generi optabilius:q̃ habere quibus & domi vtamur & foris:cum quibuſq́ȝ de noſtris commentemur vel voluptatibus vel doloribus:a quibuſq́ȝ vel collach rymantibus vł conſolantibus recreemur atq́ȝ reficiamur:Sum⁹ ĩ hoc orbe peregrini. Quid autem charius eſſe ſolet peregrino: q̃ vt comites habeat cum quibus & itineris ſibi ſortem eſſe communẽ cenſeat: & de iјs fabulari poſſit interdum quæ aut vtilitatem afferant aut difficultates diminuant:Vide quanti ſit ſocietas facienda: vt vel Aeneas iſte Troius:quos habebat famulos atq́ȝ miniſtros : appellat ſocios. Inquit enim apud Virgilium:O ſociј neq́ȝ enĩ ignari ſumus ante malorum. Q̃ ſi quis dixerit in illis non fuiſſe verum amicitiæ genus:quod ſimulationem diſſimulationemq́ȝ nõ admittit:cum Aeneas ſimularit illo Maronis carmĩe:Spem vultu ſimulat:præmit altum corde dolorem: Reſpondetur iјs caſibus amicitiæ paratam eſſe ſimulandi licentiam cum amicis :quibus amicorum illud figmenti genus conducit ſuccurritq́ȝ neceſſitati. Nam ſi patri filius qui aberat in caſtris interemptus eſſe dicatur:cum primum caſtra dicuntur fugata:gladi⁹ paratur quo ſe iugulet. Quam ſi amicus rem diſſimulat ad diem: quæ vt Terentius ait:hominibus adimit ægritudinem : eo referabitur in tempore:quo quidem minus moleſte feret patientiuſq́ȝ tolerabitur. Has habet & multo plures amicitia vires : qua ſublata viuendi ratio inter homines:corruat eſt neceſſe. Solis viueretur bæluarum ferino quodam ritu : nec coniugia celebrarentur : vt ait plato:nec incolerentur in ciuitatibus domus: nec vllis vel legibus vel moribus locus eſſet. Amicitia hæc homines vt Theophraſtus inquit:ſua ſponte ſubdidit iuris æquitati:vt qui ſeſe inuicem colerent:honeſtatem non effugerẽt. Hinc domicilia ſunt effecta. Hinc coniugia celebrata. Hinc religioni cœpit opera & induſtria diligens adhiberi. Hinc affinitates:agnationes:cognationes:neceſſitudineſq́ȝ prodiere. Sed ea eſt ſingularis amicitiæ vis vt Senecæ placet : quæ a virtute hominumq́ȝ gloria ſibi principium vendicauit. Alia ſunt etiam amicitiæ genera: quæ animorum ſimilitudine ſolent eſſe munitiſſima : quibus idem voluntatis ſatis eſt feruenti ſtudio. Nam quæ plutarchus affert amicorum quinq́ȝ paria Theſeum & Pirithoum.

Virgiliu⁹ æne.

Terẽtius

Plato.

Theophraſt⁹.

Amicoꝝ v.paria

A chillem & Patroclum. Epaminundam & Pelopidam. Phythia & Damonē. Oreſtem & Pyladem. Addantur & his etiā Euryal⁹ & Nyſus. Aeneas & Achates: nō ſiugula quidē virtutis ſunt fundata manibus q̄q̄ ad virtutem omnia tēdunt. Aliis eñ fuere generis propinquitates. Aliis ab ineuntibus annis cōſuetudo. Aliis aliud quidem in cauſa. Quare cū ętate ſit amor inueteratus. Nec omnis amor laudandus eſt: cū turpia interdū amētur a malis. Quid ſi feruentius longe: q̄ a bonis honeſta: Qꝫq̄ ego nō appellem bonos illos: qui vel honeſta non ament: vel cum amare cœperint: tnon perſeuerent. Eſt eñ conſtantiæ perſeuerantiæq; laus cum in omni ratione bene cōſiderata vt Demoſthenes ait: optima: tum multo laudabilior in amanda virtute: a qua pendet honeſti omnis ratio ac diſciplinæ. Sed nō inſipide quod ab Homero vſurpatum eſt: Poeta dixit: Geminorum mater amorum: Et a veteribus Cupido cęcus pingitur: quippe a quibus declaratum ſit: ſic ad turpia colenda mentes obſcœnorū allici: vt ad honeſta veneranda clarorum hominum inuitantur animi: ſed cum amantnr quę mala ſunt: cęcos amatores fieri. Quo tandem hęc omnis epiſtola tendit: quo ſum deniq; peruenturus huc ꝓfecto vt intelligas: vt primum de tua doctrina: de tua morum ac vitæ innocentia: de tua in omni re gratia factus ſum certior: cœpiſſe me tibi adeo dicari tota mente: vt facilius vitæ ceſſur⁹ ſim: q̄ huic meæ in te obſeruantiæ. Cupio autem non fieri vox clamantis in deſerto: cui nuſq̄ reſpondeatur: vt illud eſt Liuii: Opto abs te mihi reſponderi: mutuumq; meum hoc eſſe amandi genus: ſine qua quidem conditione amicitia dici nequit: cū eam diffinierit Plato: quandam vocandi reſpondendiq; conuenientiam. At Boetius animorum concordantiam: at Xenophō voluntatis conformitatem. Itaq; tunc eſſe veram nobis comparatam eſſe veram amicitiam duxero: cum vocanti te mihi reſpōdebis: cum æq; me proſequeris diligentia: cum me obſeruabis ac te obſeruo: cum nil voles quod ego nolim. In his ergo nuſq̄ ſum tibi defuturus. Nihil quod ad tuam amplificandam attineat dignitatem: vel omittam vel pretermittam. Deerit mihi prius vita: q̄ amandi tui & voluntas & induſtria in omniq; re quam meo queam pręſtare ingenio: mea diligentia: meis fortunis: tibi obſequendi: cui quotiens in negociis quibuſq; maximis & difficillimis ab me ſatis eſſe cognouero factum. Mihi totiens gratulandum eſſe: non ſecus ducam ac ſi maximam ſim fœlicitatem

demo ſthenes

Ouidi⁹ in faſtis

Cupido

Liuius

Plato

Boetius

xenophō

conſecutus. At fac contra vt & me ames & non indignũ me vel
amore vel conſuetudine tua exiſtimes. Ad hanc te primus ami
citiã inuito:quam mihi negaturũeſſe te non arbitror:cũ & in tua
ſit fundata præſtantia: & in tuis ſit laudibus radices propagatu
ra. Nulla enim e mente mea te delebit obliuio. Nullus te meæ
memoriæ ſurripiet caſus:Nulla temporũ ĩtercapedo:Nulla lo
corum interualla.Tuus omnino ſum:tibiq; detiſſimus. Bene va
le.Ex Mediolano tertio Nonas Decembris.

Synonyma inuitatoria ad amicitiam.

Cupio plurimum abs te diligi.

Inuito te vt me ames.

Facit me tua virtus amicitiæ tuæ cupidiſſimum.

Tanta eſt tua doctrina vt a te in amicum amitti væhementius appetam.

Cogit me tua doctrina tui amoris eſſe ſtudioſiſſimum.

Tunc ego me fœliciſſimum eſſe ducam:cum me amabis.

Quid eſt ꝙ aſſidue religioſius deprecer ſuperos:q̃ vt tibi charꝰ ſim.

Tantifacio tuas laudes: vt ſi me non indignum beniuolẽtia tua cenſueris:me ſis habiturus perpetuum præconem tui nominis

Ego tibi afficior plurimũ:ſed ad te meo reſpõderi ſtudio poſco

Nihil expecto diligentius:q̃ vt tibi me iuctũ cõſtantiſſimo amoris intelligam genere.

Si me amabis non ſolum amando non me vinces: ſed inuitatus venies in amicitiam:non vltro.

Facio plurimi amicitiam tuam:qua vt me dignum cẽſeas te vnice rogo.

Da mihi mutuo:vt te amem.

Fac me cognoſcam tibi non iniucundum.

Si vis amari:ama:dixit Seneca: qđ vt in me ſerues obſecro maximopere.

Reſpondebis & tuæ virtuti pariter & amori erga te meo: ſi numero me coniũges tuorum amicorum.

Facies rem te vnice dignam: ſi me amabis a quo mirum & amatus in modum.

Ne diffugias inuitatus amicitiam meam

## Titulus ſeptimus.
## Supplicatoria familiaris.

Affecit me tuus hic ſeruus nõ cõtumelia ſolũ:ſed iniuria Nã cũ petere:ne in tui finib⁹ agri excedẽdus mihi fieret iiurius:ea fuit & ptinacia & iſolẽtia:vt cũ pluris ĩ me cõuitijs nõ deſtiterit ab i ſtituto.Nequiui nõ ſupra modũ admirari : cum apud te ſit enu= tritus: qui & humaniſſim⁹ omniũ eſſe ſoleas & æquiſſimus . At video quid inter liberũ ac ſeruũ interſit: quãtũ Scytha referat a Romano.Itaq; nõ tam q̃ro de nequitia vetnæ:q̃ potius te ſuppli co nolis hãc illatã eſſe nobis iniuriã.Qđ vt te nõ iuſſiſſe fieri cen ſeo:ſic te cõtrario impio continuo reuocaturũ arbitror. Res eſt certe nõ magni precij:nec cuius vtilitatẽ multifaciã:ſed nevel tu vir optimus violare me velle videaris:qui ſoles bonorũ omniũ defenſor eſſe:vel hæc bælua ſeſe in ſuis difficultatib⁹ abs te ad= iutum iri credat.Ad hæc aũt:hæc ſi pars agelli meis hiſce præ= dijs diminueret:aditusq; p hanc ad reliquas fieret eius cãpi par= tes:nõ poſſet nõ eſſe mihi detrimẽto maxĩo.Quæ libera eſt poſ ſeſſio:pararet ſibi eo pacto ſeruitutẽ.Id q̃ te deceret : procuraſſe opera tui ſeruitute cõſidera:Sed quid ea in re ſum longior q̃ ſo= lo nutu impetraturũ me ſciam:Oro te igitur atq; rogo : ne feras hunc homũtionem cuiq̃:imprimiſq; mihi violentũ eſſe.Beneva le Ex Mediolano pridie Nonas decembris.

Supplicatoria familiariſſima.

Agitur in vrbe tibi patria mea cauſa:nec abiecta quidẽ: nec pre= cij mediocris . Sunt aũt primates illi ciues tui tales vt ex re ſua donent nihil:ex aliena plurimũ rapiant.Ex quib⁹ cũ eo mihi lis eſt:qui ſolet eſſe omniũ poſſim⁹ litiũq; obſeruãtiſſimus.Ego ve ro vt me perpulchre noſti nihil difficili⁹ ago q̃ lites: Maloq; in= terdnm de fortuna vſuq; meo nõ nihil cedere vt pace viuã:q̃ an fractu cauſæ dubioq; litis euentu rem alienã vel vſurpare vel q̃= rere.Scio q̃graue feras cuiq̃ iniuriã fieri:q̃q; ſit mẽs tibi ab omni violẽtia quidẽ aliena.Te igit̃ vnice ſupplico :des ad eos cũ qui= bus mihi agit̃ litteras:quib⁹ eos horteris:malint qđ æquũ eſt ar bitrio amicorũ aſſequi : q̃ cauſidicorũ aſtutia iniquitateq; p vim quæ ad ſe nõ attinent cõſequi:ad eos aũt qui ſortiſ tenẽt leges ac arbitriũ:cõmẽdaticias ſcribas:vt me foueãt in ijs quæ iuſta ſunt Bene vale.Ex Mediolano Nonis decembris.

Supplicatoria grauis.

Cum dedeceat virum bonũ quicq̃ turpe proſequi : tũ imprimis illud:qđ i.i poſtulãda ſupplicandaq; re turpi itum atq; locatũ eſt Hoc eni pacto ſe turpiſſimũ quiſq; patefacit:& quaſi peſtiferum

morbũ euitandũ ab omib⁹:cũ nõ ſolũ eſt ipſe malus :vt ĩprobat Plato:ſed ĩuitat ad maliciã alios.Nã vt ait Seneca:peride quidẽ eſt allicere que᷈ ĩ perniciẽ ac orare vt ĩiuria fiat.Quid ſi pl⁹ peccat:qui corrũpit ad ĩiquitatẽ aliquẽ:q̄ qui corrupt⁹ eſt: Is enĩ allexit hũc ad tranſigẽdũ crimen ipſũ : hũc animi pturbatio p pecuniã aut aliud corruptele gen⁹ coegit ĩmemorẽ ac ĩprouidũ eſſe ſui.Quobrem & chriſtiana ſapiẽtiſſima fuere verba:Maius peccatũ habet qui me tradidit tibi.Q̄ ſi ab amico poſtulat̃ aliquid: ea Ciceronis eſt amicitiæ lex habẽda ſemp añ oculos: vt ab amicis nõ niſi iuſta petant̃:amicoꝝ cauſa dũtaxat honeſta fiant. Si a pĩcipe vero ſupplicat̃ aliquid: debet illud obſeruari Ageſilai q dicere ſolebat:Eadẽ a dijs & pĩcipib⁹ orãda:ſi qui cõſtit viſſent exorare vt nulla cẽſendũ eſt nos duplicitate : nulla fraude poſſe nos circũuenire deũ:Ita nihil debem⁹ a regib⁹ quærere q̄d nõ oĩ ex parte p̄clarũ ſit atq̧ iuſtũ:Sũt(vt ĩquit Herodot⁹)ĩpĩ pĩcipes naturæ ĩ terris ſimulacra:tantũq̧ ceteris exiſtimãdũ eſt eos p̄ſtare virtutis oĩ genere:ſed ĩprimis iuſticia:vt nihil duri⁹ auditu ſit ĩpſis:q̄ ſi quid accipiũt ĩiuſti queq̄ appetere.Vt mulier pudiciſſia fert piniqua mẽte quicq̄ audire q̄d turpe ſit: ruboreq̧ p pudorẽ cõficitur:Ita pĩceps bon⁹ nequit nõ excãdeſcere ſi quid ĩiquum ab ſe poſci audit . Vt luxurioſo ĩquit Auguſtin⁹ caſtitatis verbũ eſt offenſio:ĩiquo viro recta via:ſic optim⁹ rex turpitudinis mẽtionẽ execrat̃:& qui ſupplicat ĩiuſti quippiã: ſũmopere hũc exoſus eſt.Poſcẽda igĩt ſunt honeſtiſſia:cũ ab oĩ hominũ genere: tũ ab ijs ĩ quos tanq̄ ĩ numia ſunt omniũ expectatiões:omniũ conuerſa lumia:vt ipſi admonent̃ a deo:referẽte Pſalmiſta: Diligite iuſticiã qui iudicatis terrã.Ita qui ab huiuſmodi iudicibus quicq̄ appetit:non niſi & quæ deceãt virũ bonũ appetat & quę ducat a bono principe pręſtanda ſibi:ne ſi quid ſupplicet̃ aliud:;vna ſupplicatiõe labor fruſtra tempus triuerit. Supplicãſq̧ tum nihil ĩpetret:tum & iratum ſibi principem reddat. Hæc ego quotiens mecũ animo volutaui clariſſime princeps : totiens abs te quicq̄ poſcere ſum deterritus:ne forte mea cauſa michi nimis indulgerem:nec ſatis intelligerem:eſſent ne quę ſupplicaturus accedebam ĩpetranda.Nam vt Ariſtoteles docet:Omnis mal⁹ ignorãs Apparentis enim opinione boni decipiunt̃ q̄plurimi : qui cum væhementius errant:ſibi honeſtiſſimam eſſe cauſam opinantur Nunc autem Vbi manifeſto cognoui rem meam tale eſſe :vt audenter ſit mihi tuum ſperandum auxilium: nec ambigo te mihi

Plato. Seneca Cicero Ageſila⁹ Herodotus. Auguſtinus Paſmiſta Ariſtoteles.

fauturum in re clariſſima:nec mihi ſubuerandũ eſſe arbitror. Cũ fratri meo lis eſſet ampliſſima Romæ: videreturq̧ ſũma quadã a neſcio quo ſacerdote laſſecitus iniuria: decurrit ad põtificem maximũ:eiuſq̧ obſecrauit ſanctitatẽ:ne quid iniquitatis pateretur a ſuis patrari præſidibus. Acta tranſactaq̧ ſunt plurima: in idq̧ tandem eſt deuentum vt fratris aduerſari⁹ ad te cauſam eã omnem deferri tulerit non iniqua mente: ſed ea(vt dixit clanculum cum amico) ſententia:vt exiſtimaret te facile plurimorum litteris Inducturum ſe fore:in id iudicandum quod cupi. Vide q̃ iniquus ſit vt nõ modo rem malam ab eo ſperet qui princeps eſt & optimus & omniũ innocentiſſimus: ſed etiã famam de te iam turpem audeat diſpergere ac diſſeminare. At mihi cui notiſſimum atq̧ apertiſſimum eſt:q̃ vel in ipſis promiſſis:Agin te illum præſtes qui cuidã in ſtãtius dicẽt:at promiſiſti:Promiſi quidem ait:ſi iſtud iuſtũ eſt: ſin iniuſtum locutus ſum non promiſi nihil vel nunc vel alias videtur abs te quærandum accurati: q̃ quod æquum nõ videatur ſolũ:ſed etiam ſit. Supplico te igitur vnice:& quid ille ſuę temeritati confiſus ractabundus de me audeat per iniquitatem ſuperato ſe iactare. Nõ qui petam in eum quicq̃ iniuria parari ſed vt pętori cęteriſque tuis magiſtratibus iubeas nihil hac in cauſa per cuiuſq̃ preces atq̧ cõmendationes fieri: vt ſola ſit honeſtate ſatis:nec tabularum ſtetur figmentis: nec cauſidicorum maleficiis:nec impiorum vel minis vel pollicitationibus. Hoc autem ipſum non orarẽ:ſi tu tibi iudicandi locum ſeruaſſes. At cum in alteri⁹ ex pro dominis tuis cauſã hãc traduxeris manus:vereor ne quid non dixerim minus innocenter minus fiat modeſte ſed ſit aliquis Pericles:qui & manus habuerit & oculos abſtinates:Supplicandum eſſe duxi:præcipias ſic rem meam prouideri:vt queri nõ poſſim. Bene vale. Ex:Mediolano octauo Idus decẽbris.

Agis.

Pericles.

Synonyma ſupplicatoria.

Supplico ſis mihi adiumento.
Expecto auxilium tuum.
Cupio te fauere mę cauſæ.
Nihil eſt ꝙ plus appe tam q̃ auxilium tuum.
Mea cauſa tua ſolo cupit adiuuari conſilio.
Cum tu⁹ in me conueniret fauor:nihil eſt mihi defuturũ.
Habeam te modo ꝓpitium:poſtulabo hac in re nihil aliud
Ex oib⁹ q̃ ſũt vſui futura i hac re mihi te ꝑcipiũ aduocatũ oro.
Supplicatio mea omnis in te conuerſa eſt.

Mea omnis ſalus a tua ſalute pendet:quã aſſidue in me aduoco.

Pluris te ſolum facio q̃ cęteros omnes:& in meum fauorem obſecro.

Poſco diligentius:vt mihi ſuccurras.

Vnum eſt quod cõtinue ſuperos pręcor:vt mihi ſis adminiculo.

Nulla eſt oratio mea vęhementior:q̃ vt in meam te rem conferas adiutorem.

Si fuiſti cuiq̃ aliquando moriger ac obſequioſus : eſto in meam hanc cauſam officioſiſſimus.

Officium hac in cauſa tuum experiri conſtitui.

Cum habeas me tibi deditiſſimum:tu quoq; meis auſculta precibus.

Supplicationem hanc omnẽ in meam admitte controuerſiam.

## Titulus octauus.

### Suaſoria familiaritatis.

An ſit pe grinãdũ.

Cupis ab me ſcire:de tua profectiõe ad exteras natiões quid cẽſeam. Ego vt ſũmatim rem ampliſſimã perſtringã tibi ſuadeo ne diuertas a proficiſcendi tuæ nobiliſſimæ inſtituto mẽtis: nec ea dubites adire tolerareq; quibus iſti liuiduli:q̃q̃ propinqui: te terrent. Nam qđ aiũt te molliſſime domi viuere:parataq; iſtic advoluptatem oĩa tibi foris defutura:iſtuc ipſum te ad iſtud iter accingat ne torpeſcas inter ſirenes:neu coruorũ illecebris contabeſcas. Non enim ad ſommũ/gulam/ venerẽq; nati ſumus : ſed ad labores atq; ſudores : vt gloriam immortalẽ conſequamur. Delitiæ quas illi dicunt:illorum ſint proprie : qui bæluarum inſtar:vt Cicero pulcherrime complexus eſt:quantũ adeſt quantũ præſens eſt:probant/Paululum admodũ præterita conſiderantes aut futura. Verum qui videt ante ceſſiones temporum rationeq; metiť oĩa:Vlyxem imitať:de quo dixit Homerus. Calentem dic muſa virum:qui mœnia Troiæ poſt euerſa ſuę. Et mores hominum multorũ vidit & vrbes:vt Horatius retulit. Quid animo nobili ac magno dignius eſt ducendũ :q̃ vt vniuerſum mundum vnam eſſe ciuitatem exiſtimet:vt Socrates ait: At ĩ ciuitate quis viuit:qui nolit ſingulas eius partes ſciſcitari:Facis humaniſſime ſi viſurus orbis terras atq; nationis in diuerſas vrbes terra matiq; proficiſcaris. Nec te deterreat vlla rerum locorumve difficultas:cum multa te magis captura ſit rerum aſſidue videndarum delectatio. Q; lętus eris deinceps domum rediens:cum ea quę videris diuerſa parentibus ſociiſq; ſerię quadam/vt hiſtori/

Cicero.

Homerꝰ de vlyxe

Horatiꝰ.

Socrates

cus enarrabis. Idemtidem Ptholomeus factitauit: qui rerũ plurimarum vſũ didicit atq; docuit/ & aſtrorum motus: & regionũ diuerticula. Bene vale. Ex Mediolano ſeptimo Idus Decembris.

Pax ſeruanda cõ fr̃ibus.

Suaſoria familiariſſima.

Vt Pacem cũ fratribus firmes: ais eſſe qui tibi diſſuadeãt. Nec te quidem amant illi: nec ſemetipſos. Vt nihil vtilius corpori: q̃ ſi cuncta membra ſingulari pace bona cõueniant: Ita concordia vt Saluſtius inquit: minime res creſcunt: diſcordia maxie dilabuntur: Imitemini O diſcordes animi: chriſtũ pacis largitorẽ inquiẽtem: Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis. Q; ſi pietas genus ipſum ad beniuolentiam cogit: omnis eſt impietas exagitanda. quæ vos vobis rebelles reddit. Non poſſunt igitur eſſe viri boni qui te diſtrahunt a pace tibiq; diſſuadent officium paſcis. Ego nedũ ſuadeo vt pace cum fratribus viuas: verũetiã oro atq; obſecro malis cũ pace decem: q̃ diſcordia mille cum illa quiete tueri queas: Hæc nec inquietus tibi comparare: nec cõparare: nec comparata ſeruare. Bene vale. Ex mediolano ſexto Idus Decembris.

Saluſtius

Chriſtus

Suaſoria grauis

Omnis ſuadendi ac diſſuadẽdi ratio & argumentatio inde naſcatur opus eſt: vt & vtile & honeſtum quod eligitur cæteriſq; præfertur intelligendum ſit. Omnem enim incommoditatẽ atq; turpitudinem euitandam quis non eſſe ducit: niſi mẽtis egenus ac ab omni humanitate vehementer abhorrens: Quãobrem cum Plato rogaretur: quid nam ſibi videretur ipſum turpe cum vtilitate coniunctum: Poteſt ne inquit cum morte vita cõiũgi: aut vnda cum flãmis: Cicero vero & ſi voluit poſſe illã vtilitatẽ appellari quæ ab honeſtate diſiũcta foret: cum Panætio tamen ſẽtiẽs aliquid dici vtile vocari quod turpiſſimum foret: vt lucri gratia turpẽ aut ſordidum ſequi quæſtum. At vt Theophraſt⁹ expreſſe complexus eſt: Honeſtas omnis ea eſt: quam priam ſequi debet qui verſatur in conſulando: mox eã vtilitatem quę ab honeſtate naſcitur. Nam Ariſtoteles triplicia ĩquit pręmia virtuti cõparata/ diuitias/ honorem & gloriam. Nunc quęrim⁹ hæc ne tibi comparanda ſit: qui religionem es ĩgreſſus: Diſſuadentes iſti negant te quicq̃ eſſe lucratum: amiſiſſe vero plurima: qui cum diues ĩ mundo fores: diuitijs ceſſeris: cum honoratus apud principes: quaſi nõ notus ĩ religione verſeris cũ glĩæ ppetue dites: nũc ei⁹ nõ paup ſolũ ſed egen⁹: ſed medicus. Audi q̃ ego ab iſtis diſſentiã tibiq; quib⁹ ratiõib⁹ vt puerſeucres ĩ delecta tibi ſctiſſia

Plato.

Cicero

Leophraſtus

Ariſtoteles.

De ĩgreſſu religionis.

via ſuadeā Hæ vita vt Auguſtinꝰ īquit:vere conſiderantibꝰ non Auguſti-
eſt vita:ī q̄ duæ nos aſſidue torquēt ęgritudines Platonis ille/ti= nus.
mor & dolor:vt quādo bene ſit timeamus:cū male autē dolea= Plsto.
mus diuitias aūt haſce ī argēto/auro/gēmiſq; conſtitutas doce=
Tullius non optandas:neq; bonas exiſtimandas quarū augēda Tullius
rū non modo nos cupiditas aſſidue præmit ſed etiā metꝰ amit=
tendarū.Q; ſi vita non eſt:cur ī mūdo viuēdum:Si diuitiæ non
ſūt cur optandæ:An vt Harpyias quas rapaſciſſias dicūt obſcœ
naſq; volucres īuidu amus:At cū mali ſumꝰ:expurgandū nobis Harpyiaſ
vetus fermentum:Apl̄s nos admonuit:vt fiat ī nobis noua con Apl̄us.
perſio:reijciendam inq̄ veteram illā ſpumoſam mucidamq; vo
luptatis libidinem:ieundāq; veritatis viam p quam nobis bonę
veræq; diuitiæ comparantur.Non dixeri:vt cū Aurelio loquar:
īprobandum argentum atq; aurū quæ creauit deus:nulla eſt dei Aurelius
creatura damnenda :ſed inuęhendum in hoiem:qui dimiſſo cre=
atore cōuerſus eſt ad creaturā:vt illud Dauidicū extat : Simula= Dauid.
cra gētiū argētū & aurū . Nā & diuitię & reliqua fortunę bona p=
īnde ſunt:qd Terētius īquit:ac eiꝰ animꝰ:qui iſs vtit̄ iure ab Ari= Terentiꝰ
ſtotele iſtrumēta ſūt ad exercēdas virtutes exiſtimata.Quāobrē Ariſtote
&philoſophiā facilē ſine rebꝰ ad viuendū neceſſarijs Pythago= les.
ras &Anaxagoras dixiſſe phibēt:& Iuuenal' ait : aut facile emer= pythago
gūt.quoꝝ virtutibus obſtat res āguſta domi. Sed cū ī mūdo nō ras.
niſi ad pfruendas voluptates his vtant̄ diuitijs:vt Titiū illū p̄ ſe anaxago
ferāt.Aut ab ābitionē vt Ixionis Siſyphiq; nō ſint diſſimiles:aut Iuuenaliſ
ad exaggerandū coaceruādūq; pecuniariū cumulū:vt Tātali vi= Titius
deant̄ & Phiani.Certe Diogenis eſt adhibēda ratio: vt pecunias Ixiō Siſy
malimus pdere:q̄ ab ipſis pdi.At cū iſta religio: quā tibi delegi= phus.
ſti:veras īquirat diuitias.a falſis migret:vt Ambroſius monet. Tātalus.
Ditior iſti eris multo:q̄ vnq̄ ātea futurus eſſes.Nūc tanq̄ nichil Phinaus
habēs & oia poſſidēs Chriſtiano documēto / cū nichil habeas/ Ambro=
nihil tibi deerit:vt ille ſe iactabat Terētiꝰ.Nihilo egebis.Nichil ſius
appetes:& pecuniæ vſus cupiditas/ & voluptas inſtar erit Cice= Chriſtia=
roniani pręcepit.vt nichil tibi ſit magnificentius :q̄ pecuniā ne= nū docu=
gligere cum non habeas ad amicitias liberalitatemq; conferre. mentum
Ditiſſimus es ergo factus iſta tua procelloſiſſimi nauigatio= Terentiꝰ
ne pelagi : & adeo quidem diues : vt pauper eſſe non poſſis. Cicero.
poſſides enim ea quę nequeant naufragio/incendo/rapina: vllo
ue tibi deficere calamitatis genere. De quibus quidem illud Bi= Bies.
antis vnius ex ſeptem Gręcię ſapientibus recitatur.Omnia mea

Seneca.
Ouidi⁹.i. meta-mor.
Tullius.
Apoſtolus.
Iuuenal':
Danaides
Ariſtoteles.
Chriſtus
Auguſtinus

mecum porto. Ditiſſimi ſunt quorũ deus cuſtodit theſauros: cũ non niſi vbi theſauri ſunt: theſauricantium corda firment. Q̃ ſi in deo gacophylaciũ eſt: cor quoq; ad deũ directiſſimũ procuratorem ac tutorẽ ſibi cõparauit: qualẽ nemo deceptur⁹: nemo ſuperaturus ſit. Honores autẽ quos eras habiturus in mũdo: quos in hac religioſa viuendi lege ac vita es habiturus. Poteras ne illic aliud quicq̃ aſſequi q̃ magiſtratus: q̃ clientelas: q̃ ad ſummum aliquem principatum: At q̃to hæc in religione conſequi clariora poſſis. ea multo quidẽ præſtantiora in mũdo non niſi per inuidiem: p corruptelas / p ſimultates: ambiẽdo donẽdo / mẽtiendo quiſq̃ dignitates aſſequit̃: Nam ars prima regni eſt: vt ĩquit Tragicus Seneca: poſſe inuidiã pati. Hinc gladij iugulãt / venena interimunt / ꝓditiones delatiões q; oriuntur: atq; omne flagitij genus. Et vt eruditiſſime dixit Ouidius: Filius ante diẽ patrios inquirit in annos. Pudorq; omnis atq; fides ac pietas penitus fugãtur. His honoribus qui deniq; potit̃: aſſidue cruciatur: venenũq; in auro bibit: cuius mens nunq̃ conquieſcit: & peccatorum afflicta conſcientia: vt inquit Tullius: & augendæ dignitatis cupiditate. Hi ſunt ait Ap̃lus: quos habui in deriſum: Hi ſunt ait Iuuenalis: qui metuũt & ad omnia fulmina pallent. Hi ſunt Danaidũ illarum ſimilimi: quas perhibent vrceolis perforatis haurire lympham apud inferos: fruſtraq; aſſiduo labore defatigari. Sunt ne honores illi virtutis inq̃ præmia teſtimoniaq; fœlicitatis Ariſtotelis ſententia: quibus acceptis miſerior eſt homo q̃ antea: Honores & veri quidem & optandi ſunt: quos ex religione conſeq̃ris: Si religioſus non haberi modo volueris: ſed etiã eſſe: Præfuiſſes illic iudicandis corporibus: iſtic animorum arbiter fies. Vide quantũ inter corpora & animos interſit. Partem mundani principatus illic fuiſſes adeptus: partẽ iſtic cæleſtis regni nãciſcere. Ad reges illic tibi aditus patuiſſet: iſtic deũ optimum maximumq; ſemper cum voles alloquere: Nunq̃ ad eũ tibi acceſſus intercludetur. Quid ſi ad iiſdem regibus petiiſſes multa: quę nõ impetraſſes: a deo nihil fruſtra poſtulabis. Quid ſi duras: quas ĩquiunt fores: calcibus interdũ centies pulſaſſes priuſq̃ ſemel apte forent: Quid ſi quæſiuiſſes plurima inueniſſes vero nulla: Iſtic autẽ verba ſaluatoris tibi fidẽ faciunt: Petite & dabit̃ vobis: pulſate & aperietur vobis: quærite & inuenietis. At gloriam quam eras in mundo habiturus: an eam quæ inanis eſt: quam definiuit Auguſtinus eſſe velle vincere: vbi meritũ non eſt: Poſſes ne pa-

nis nomine:aut ſaxo panis loco paſci:Quid potes igitur eā exi
ſtimare gloriam quæ vera non eſt : Dices veram diffiniri ab eo=
dem gloriam:bonam de alicuius virtute:vt Plato etiam voluit:
cum fama noticiam:aut teſtimoniū aliquorum de noſtra virtute
bene ſentiendum:Quid id eſt:non nequod & prius : Poſſunt enī
& falli homines & fallere. Poſſunt id opinari de aliquo:id ſenti= Vera glīa
re: id dicere ac laudare quod non eſt.Vagatur ea fama : iactatur: fcđm pla
perreptat orbem: Radices certe nullas propagabit . Vera eſt ea tonem.
gloria:quam beatorum iūcti numero cōſequentur:quæ per ope
ra fidei ad charitatem ꝑducta nihil fucati ſibi componit . Nihil
ficti præ ſe fert.Nihil palliati ſuæ præponit laudi.Gloriari lice=
re in domino docent ſācti: & infirmitatibus ac erumnis :vt Apo
ſtolus docet.Ea eſt vera gloria :quā quærunt ſibi qui patientia: Apl̄us.
tolerantia:menſuetudine:conſtātia: pietate innocentia:īmundi=
ciæ debellatione diſcriminum mundanorum ſuperatione:cæ=
lum aliquando conſcendunt.Hanc tu tibi compoſuiſti: viamq;
ſanctiſſimā per quā īmaculatus incedas:monēte Pſalmiſta:Bea=
ti immaculati in via. De qua pro ſeipſo locutus eſt Chriſtus in=
quiēs:Ego ſum via:veritas & vita. Vitam igitur viuētiū delegi= Dauid.
ſti:ea prætermiſſa:quę morientium erat:in quā aitGregorius.In
hac vita continue morimur:& ſicut aqua labimur. Nequit enim Gregori
aliud eſſe q̄ mors cū ſit infernus :dicēte propheta . Deſcendit in us.
infernum viuētium Et rurſus: Dilataui: infernꝰ os ſuum.Illic in Dauid.
aſſiduis verſabere periculis: ſiquidem nō imperite ſcripſit Ma= Vir.
ro:Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Et iterū:Facilis deſcē vi.æne.
ſus auerni:Et Diogenes:vndiq; dixit iter ad inferos.Iſtic autem
quies tibi cūparabitur:fcadeo tibi ergo ne ab īſtitnto cuiuſq̄ diſ Dioge=
ſuaſione diuertas :nec arbittreris nullum te viuendi genus ſa= nes.
lubriꝰ æternitati quęrere potuiſſe.Bene vale:Ex Mediolano.v.
Idus Decembris.

Synonyma ſuaſoria.

Suadeo tibi vt diſcas.
Ne quod iter agreſſus es deſeras:te hortor.
Abs te peto diligenter:vt ab inſtituto non diſcedas.
Nihil arbitror quęrendum tibi magis q̄ vt iſta in via perſeueres
Te vnice obſecro:ne deſiſtas ab incœptis.
Fac ſi te amas:vt quę agreſſus es diligenter proſequare.
Tolera(te rogo)ſingula:quę quidē reliqui difficilia videanturvt
perſiſtas in propoſitor:
Ne leuitatis ſimul accuſere:tibiq; rectam adimas rationē.

eſto in inſtituto conſtans.

Imprimis tam hoc tibi ſuadeo:q̄ quod maxime.

Q̄ acriter firmeq; tibi hanc rem ſuadendam arbitrer:haud poſ ſem per litteras declarare.

Id apprime tibi conſulo:vt non reuoces quod propoſueras.

Et ſi multi diſſuadeant hoc tibi:ego tuæ laudi hoc tamen video maxime profuturum.

Crede ſuaſioni huic meæ quæ tui nominis eſt capaciſſima.

Mea omnis exhortatio eſt : vt ne diſcedas ab hoc animi tui ce creto.

Vnum hoc præcipue te rogo:vt perſeuerantia nullam hoc in ne gocio virtutem eſſe tibi neceſſariam magis opinere.

Hæc eſt ſuaſio in te mea:vt firmus ſis in propoſito. Cupio te plurimum in hoc quod es agreſſus aſſidue perſeuerare.

## Nonus titulus.

## Diſſuaſoria familiaris.

Et ſi ꝑdifficile videt̄ eſſe factu cū ſuaſus eſt aliquis ei diſſuadere: cū tamē ratiōe gubernent̄ hoīes:nō ſolo ſenſu nihil arbitror fa ctu facilius q̄ ſi quid argumētis veritateq; probet̄:illud diſſuade re poſſe quo fuerat ꝑſuaſum. Eſt enī & ſuadēdi & diſſuadēdi lex eadē:vt declaret̄ qđ vtile ac honeſtū:quid cōtra dānoſum & tur pe ſit. Tibi ſuaſum eſt:vt bellū aggrediare cū poſſis pace viuere At ego bellū tibi diſſuadeo:a quo magis abhorrere debēt hoīes q̄ ab eo qđ eſt ab hominū natura diſiunctiſſimū. Quid ab homīe diſiunctius:humani ſanguinis ꝓfuſiōe Quid ei cōueniēti⁹ atq; cō munius vita:Nā vt Homer⁹ declarat : bella nō niſi coactis inui tiſq; viris ītercipiunt̄ vt viuat̄ in pace: teſtimonio Tullij. Quāo brem & apud latinos a bæluis dicuntur bella:quia bæluarum di micatio periculoſa ſit. Bella dixit Arta xerxes ineunda:vt vinca tur:victoria quærenda.vt triumphet̄:triumph⁹ expectandus vt ocietur. At quis prohibet ſine bellis ociari:dixit Horontes: aut dimicatur ꝑpter gloriā:aut ob imperiū. Neutro tibi nunc eſt cō tendendū. Inglorius hoc adires bellum aduerſus longe te inferi orem:& cū eum tuo ſubdidiſſes imperio: plura multo prælian do conſumpſiſſes:q̄ vincendo quæſiuiſſes. Ergo id tibi non vti le ſed detrimētum fieret:non honori cederet:ſed dedecori. Poſ ſet enim Ouidianum illud aduerſarius iſte de ſe dicere : Non tā turpe fuit vinci:q̄ contendiſſe decornm. Magnus es & dux præ ſtans atq; prudentiſſimus:Verū illius memineris : quod Alexā

Bellū diſ ſuadet

Homer⁹. Tullius

Arta xer xes.

Horōtes

Ouidius. alexāder

der Philippi regis fili⁹ inuitatus ad curſum pedeſtrem in olympiadem non eſſe ſibi currendũ reſpondit: niſi cũ regibus. Diſſuadeo tibi væhementius bellũ iſtud: & vt tuæ dignitatis amplificãdæ cupidiſſim⁹: ita tuã omnẽ execror turpitudinem. Crede michi: qui tibi deditiſſimus ſum: nõ decere te opus tam abiectum. Bene Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Decembris.

Diſſuaſoria familiariſſima.

Nihil eſt quod tibi diſſuadeã magis: ꝙ quod incœpiſti. Audiui ei te minime litteris ob quas obſequendas iſtuc profectus es: operam adhibere: neq religioni rurſus vt debes incumbere: ſed per vrbem aſſidue vagari comitibus illis ſocius qui & impudici ſũt & inſolentes. Id ꝙ te deceat: non te latet: modo te audias/ & te tibi vendices: vt Lucillum admonet Seneca. Quid enim eſt fœdi⁹ ꝙ aliud de ſe polliceri atq profiteri: aliud ſequi: Tu religionẽ ꝓfeſſus: tu doctrinam pollicitus ſpem maximam de te parentib⁹ dediſti. Harum rerum peſſima iecisti fundamenta: Vbi promiſſa deo caſtitas: vbi contemptus muudi: vbi libidinum deteſtatio: In his omnibus conſequendis omnem conſtituis curam. Diſſuadeo id tibi væhementius ni te malis famoſum: ꝙ laude dignum. Q̃r ſi me audies: & ſi te nunc nequicia cogit flectitq in ſcelera: itelliges aliquando: cum mente fies pacatiore: fuiſſe meam hanc omnem diſſuaſionem tibi quidem oportunam/ ac vnice vtilem. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Decembris. Seneca.

Diſſuaſoria grauis.

Factus ſum amicorũ litteris certior: eam te in ſententiam neſcio quorũ nebulorum adhortationibus ſuaſum deueniſſo: vt venationi vacaturus: in vrbem ire nõ conſtitueris. Id ego diſſuaſurus de ſyluis non nihil eoq viuendi genere cõtendam prius: ꝙ ad vrbanas deſcendam voluptates. Quid inter ſyluas inueniunt iiſ: ꝙ eis delectantur quod laudare poſſint: Num apparatum rerũ: aut vrbium ſplẽdorem: aut virorũ cõſuetudinem: Si quæris apparatum habitandi: En tibi foueas & latebras fetidas/ marcentes/ fimo putridiſſimo plenas vt Heſiodus inquit. Syluestrem feritatẽ olentiſſimam. Si reliquum: vide ſub arboribus hyeme lutum cœnoſiſſimum: aut niuoſam glaciẽ quam vel ipſe ferę non ſecus ac peſtem euitant. At æſtate puluerem peregrinos ſuffocantẽ: muſcas & earum omne genus moleſtiſſimũ omibus: iis præſertim qui verſant in venãdo. At ſplendor qualis: lucorũ quæris: an nemorum: Vtrũq ſyluæ nomẽ eſt. Luci a nõ lucẽdo dicti ſũt. In his

Vt nõ vacet venationi.

Heſiod⁹.

dicunt Poetę animas heroum habitare: credo hanc fuiſſe cauſã quoniam propter aſperitatem loci raro quiſq̃ illo perueniat. Incultus eſt lucus: ſpinoſis arbutis denſus: dumis creber: vt qui eo deuenit aut in leporem vertatur: aut quam teneat ad inde regrediandam viam. non intelligat. Nemora vero a paſcendo: dicta: quæ cultiora tenet: ad paſtores attinent: aut ſepta paſtorum aut ea quidem ferarum ſigna: quibus per veſtigia canes diſcant earum proceſſum. Vis in memoribus quieſcere: tecũ ſcenam affer: vel ad vmbram captandam in ardoribus ſolis libyci vel ad hyadas ſub Arctoo tempore vitandas. Inquire in ijs fontes. Parata eſt tibi Dirce/ parat⁹ Pegaſus/ parate Hippocrine. Vndas habebis ac a biblis bobusarmẽtis cæteris: necnõ ipis varijs ferarũ gñibus tam ornatas: vt fęcem te bibere poſſe videas: ſi tandem ſitieris: vt in illud Erminij peruenias: Mori malo q̃ fœdari. Ad eſum autem in tempore/ mora/ fraga/ pomaq3 duriſſima: quibus nedum defatigere mordendis: a guſtu vero ſtupeſcas: verũetiã ita ſtupeſcas dentibus: vt nequeas tuæ fami ſatiſfacere. Ac virorum conſuetudo quæ imprimis eſt inquirenda viro: cum ſit vt Plato dixit: Animal ſociabile: qualis illic eſt ac quanta: Magna ꝑfecto numero vt numerari non valeat excellentia vt recitari nõ poſſit. Numerus ing̃ nullus: aut ſi quem videris: vt Iuuenalis inquit: eſt rara auis in terris: nigroq3 ſimillima cygno. Paſtor tamẽ is ipſe rariſſimus erit: aut tui ſimillimus qui venetur atq3 fruſtra tempus terat. Poteris ne aut nullius: aut paſtoris delectari conſuetudine: In nullo deſiderabis aſſidue quemq̃. In venatore cupies nullum: cum Seneca ipſo Ciceroneq3 teſtibus: animalia eodẽ viuentia cibo ſeſe mutuo oderint. Cum quibus de actione vitę aut rerum plurimarum doctrina: aut de contemplandis loquere numinibus: Aliud enim horum: aut oĩa ſimul eos ſequi aut de eis commentari debent inter ſeſe illi: qui virorum appellatione ſe velint exhibere dignos. Adhibebis tecum commententes de manſuetudine ac facilitate vrſos: de caſtitate ac pudicitia quidem apro: de prupentia damas: de ſimplitate vulpes: de animi magnitudine ceruos: de fortitudine lepores: de ſciẽtijs robora ipſa: quæ poſſit adhuc Dryides & Semnotheos Gallorũ: & primos hoĩes duro de robore natos: & forte colũbas afferre Iouis quæ reſpõſa dabant. Quid ſi tecũ illic Actæon ſuam miſerjã fabuletur: Aut Arcas ſuã calamitatẽ cum matre Lycaonica narret aut Calydonius aper: aut Herculei⁹ ille/ Iouiſue dictęus Taurus:

Dirce. Pegaſus hyppocrine. Ermins. Seneca. Iuuenal. Seneca. Cicero. Iuuenal. Hi ſyluiſ & venationibus. operã dederunt.

Quid ſi Diadanā offenderis: & cū ea tot nymphas compareris. Quid ſi occurreris Hippolyto: ac Parthenopæo: Cambyſæq; ac Meleagro: Credes ne illos tibi fauturos: qui tuæ ſimilimam artem exercuerunt: At contra q̄ iucūdius eſt in ciuitate verſari: nec velle tibi ſapere ſoli. Qui ſunt in vrbibus: quid habent apparat⁹ Quid ornatus: regias nō ſolum domos lucullinas illas quarū in Appolline tot milibus cum cæſare parabatur: vbi aulea ſunt: & attalica ſingua vaſaq; cœlara ex. Corintibijs opificibus huc aduecta vt abaccum eſſe putes ex Aſię regibus collatum ad Pompeium. Nihil hic immūdi: omnia ſplendidiſſima. Famuli Ganimedes Aſię inq̄ flores: Ancillę formoſiſſimę Veneram ipſam redolentes: de quibus illud a Iunone dictū exiſtimes: Sūt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphę Quicquid gula poſſit appetere moderata quidē & icōtinens hic repetit. Quicquid vslęgrotis iucūdum eē ſolet: vel multomagis bene habentibus. At cæteraprętereo: quęvel ad hominis ex omni generevitę neceſſaria ſunt/ vel ad voluptatem comparata. Quid illud eſt qd̄ verſaris īter homines: cū quibus valeas omne transigere viuendi ac bene quidem viuendi munus: Aut enim res eſt quę conſiliū poſtulat. In vrbibusverſantur labeōtes virginij/ Sęuolę/ aut quę commentationem poſcat familiarem: hic affines/ aut domeſticam: hic parentes/ aut/ leuē: hic ſocij apud quos nec obſcœna quidē ſint nec turpia/ aut grauē hicviri cōſulares: Catōes/ Fabricij/ Curij. Quid q; homines in vrbe vides: non bęluas: Quid cum omnia videas vt optas: & ambis quietus es: nec corpus defatigas nec mētem Iſtic vel iuga Cynthi vel Cynthæronis adeas vel oſſę: nunc moloſſis laxan diſcanibus: nūc Cręteis huc illucq; curſitas: nunq̄ loco ſtas illucq; inter diſcrimina uerſatus ea cuncta que morietibus in ſolitutudie ſūt parata. Quid quod vbi te fulmine⁹ oppreſſerit aper: vel īmanis cōpreſſerit yrſus: ſi diē obieris: vrna cares cęlo illo virgiliano tegeris: Q̄ꝫ ſi ꝑ id tēporis facilis vt ille īquit erat iactura ſepulchri: nunc tamen eſt ꝑdifficilis cū ſacra ſint oīa dicata ſepulturę. Quid q; viuus etiam ſi redierit: qui cū feris pugnat in teſtem non admittitur: Eam enim cōditionem ſubit quā gladiator: quē quantum veteres improbarent: docet improbata Neronis atq; Domiciani vita qui gladiatoribus delectati propoſuiſſēt munera. Quāobrē & Iuuenalis Gracchum illum haud minus turpem ducit: qui illuſtrauit mediam gladiator harenam: q̄ qui cornicini nupſerat: ꝑ mōſtroq; pariter ſcribit: qd̄ mœnia tuſ

Quę magnificētia ī vrbibus

vir. ij. ęne

Iuuenalis ij. Satyra

Pria ſatyra.

cũfigat aprũ. Veteres illi venationi vacãtes bellis preludebant: vt et draconi libyco: Atlantidũ cuſtodiebat: peruigil mala: preluſit Hercules cũ. Hydriam expugnauit vt Cyrus Alexãderq́ futuris preludebat prelijs. At tibi nõ eſt propoſita Martialis viuendi via: Potiꝰ es Appollineus: at Appollo dices Phytonẽ interemit: ſagitariuſq́ vocat̃ ad Orpheos: cur nõ eũ imiteris: quẽ ſequeris: verũ ille ſeł venator: tu vero ſemper. Eũ decuit: te dedecet. Eſt dãdũ: vt Seneca ait ſapiẽtiſſimꝰ aliq̃d iteruallũ aĩo. Et vt inq̃t Cicero ſunt adhibẽdæ ſtudijs intermiſſiões: & rurſꝰ ad ea reditus. Si bellaria vtereris venatiõe aut olеribꝰ: non diſſuaderem vt exercitatione corporis mens ipſa recrearet̃. Sed cũ væhemẽtiſſime cuiq́ viro graui placere poſſit ac debeat Terentianũ illd̃: Id arbitror appr^ic ĩ vita vtile: vt neq̃d nimis Diſſuadeo tibi ſupra modum ſyluas / & vt ab vrbibus abſis: quibꝰ præferas ſolitudinem. Bene vale. Ex Mediolano pridie Idus Decembris.

Draco liby. Morciał Phythõ. Orpheuſ Seneca Cicero Terentiꝰ.

Synonyma diſſuaſoria.

Diſſuadeo tibi vehementius: ne id aſſequaris te hortor.
In hanc rem adeundam te dehortor maximopere:
Ego te plurimum rogo vt ab hoc abſtineas.
Cupio te mirum ab eo te abhorrere negocio.
Quod minime tibi faciendum exiſtimem: hoc vnum eſt.
Caue ſupra modum id facias.
Id ſi feceris quod es aggreſſus. pœnitebit te tandem.
Videbis te deniq́ ſenſiſſe peſſime: ſi hoc proſequeris.
Nihil eſt quod ſis maiore odio cõmemoraturus: ſi mihi nõ credis diſſuadenti: q̃ quod nunc temptas.
Fac vt animo rem iſtam e mente deleas.
Hoc quod propoſuiſti væhementius tibi diſſuadeo.
Diſſuaſionem meam ſi negligas: pœnitebit te negligentiæ.
Ne credas hoc ab me tibi per inuidiam diſſuaderi: ſed pro maxima erga te mea beniuolentia.
Crede amori in te meo: diſſuaſionem in hac cauſa fieri tibi ab me maximam.
Nihilo plus aliquãdo lætus eris: q̃ ſi q̃d te dehortor nõ ꝓſeq̃ris
Cum intelligã quid te dedeceat: hoc opus ne ſuſcipias hortor.
Dehortatio mea oĩs iccirco fit: vt ab his abſtineas quæ tibi ſunt plurimum aliquando: ni abſtineas: obfutura.
Nulla me cõpulit ad hoc tuo inſtituto diſſuadendum: niſi quod expreſſe cognoui: magne tibi fore turpitudini.

## Titulus decimus.

### Domeſtica de proprio ſtatu familiaris.

Si velim de meo ſtatu reddere te certioré neq; poſſem id breuiter ſcribens efficere: nec ſi poſſem: omnia tuto me cẽſerem litteris commendare. Nam in hac mea nauigatiõe quo vitam hanc alio vocem: q̄ nauigandi nomine: tam ſum acriter ad nauſeã vſq; perturbatus: vt quid me continuerit: haud ſatis intelligam. Deniq; ſereniore ſumus cęlo melioreq; aura in portũ perducti. Cũ primũ in vrbem venimus: in inuidias incidim⁹/ vndiq; vexabamur/ vndiq; mordebant nos atq; torquebant aculeorũ multa genera. Tunc ego factus ſum mihi ſapiẽtior atq; tolerãtior. Poſui mihi ante oculos Scipionẽ: qui poſt deletã Carthaginẽ in iudicium repetundarũ acercit⁹ eſt. Poſui multo prius Camillũ qui exul factus eſt. poſui multo antea Romulum qui cæſus eſt. Et inter tot viros ſumma laude dignos exiſtimaui mihi feredam æquiore animo inuidiã: quæ tanta laude inſignes viros fatigarit & oppreſſerit. Demũ Fabiũ illũ q̄q̄ in re ſatis diſſimili: imitatus cũctãdo mihi recõciliaui maliuolos/ inuidos & ſuſurrones: tãtaq; & apud pontificẽ maximũ/ & apud purpuratũ hũc chorũ & auctoritate valeo & gr̃a: vt deeſſe mihi poſſit nihil. Domi meæ bñ habent ex familia ſingl'i: hocq; dũtaxat macerãtur: qđ te nõ videt. Si hic eſſes oẽs præ læticia geſtirem⁹. Quid ſupereſt niſi vt huc eas: Sed tu ad nos humiles: vir tãtus haud ires: niſi magnũ te aliquod mun⁹ cõſecuturũ exiſtimares. Id noſtra in facultate nõ eſt. Vale. Ex Mediolano Idibus Decembris.

Scipio. Camill⁹. Romul⁹. Fabius.

### Domeſtica de proprio ſtatu familiariſſima.

Cupis ab me ſcire: quo in ſtatu res mea ſit hæc paucis accipito. Valeo vt virgilius inquit. Vitãq; extremã p oĩa duco. Nã vt Claudianus inquit: pauperies me ſæua donat: diruſq; cupido: ſed tolerandus amor: nõ tolerãda fames. Hinc me præmit: hinc cruciat egeſtas. Quo me vertã haud ſatis accipio. In amore parũ mihi ſpei cõſtituẽdum. Nam marmor & adamantẽ amo: ſed cogor amare fatiſq; traducor. Ditari non expecto. At vtrũq; cupio careo. Q₃ mala ſit mea viuendi cõditio: nunc tenes. Non poſtulo: vt me adiuues: cũ aliud nequire etiã te ſciam: aliud nolle. Vt es mulieribus hoſtis: ita quidem perauarus: verũ hoc poſco quod negaturum te mihi nõ opinor: vt quotiens oras ſuperos roges me proſpiciãt: mihiq; ꝓuideãt vt nõ amen nec egeã. Id ſi faciunt me cum ipſis affinitatẽ contraxiſſe cenſebo. Bene vale. Ex Me-

Vir. ʒ. ene Claudianus

diolano.xix.Kalendas Ianuarij.

Domeſtica de proprio ſtatu grauis.

Quæ ſunt negocia mea: quocꝫ in loco ſit domeſticus mihi ſtat⁹ cupis ab me ſcire: id & ſi nō vno: vt ait Plautus: verbo perſtringere poſſum quo breuius tamē potero atcꝫ ſuccinctius complectar. Scis me diſceſſiſſe Mediolano maiorem michi gratiā apud exteros quæſiturū q̄ domi cōſequi poſſem. Nam cū iſtic iam cœpiſſent illius inſidiæ inter noſtros ſacerdotes & monachos cōflare ſeditiones: q grauiſſimus eſt hominū inimicus: Alijcꝫ cœpiſſent albis: ac alij vacare nigris ſimultatis hoſtijs: malui eorū cedere litibus/ q̄ inter vndas igneſcꝫ verſari. Nam vt eſt ibi de⁹: vbi pace in eius nomine viuit: Ita cenſendum eſt illic eſſe dæmonem malum: vbi diſcordiæ pullulant delationibuſcꝫ ac murmuribus fraudibus ſtudetur atcꝫ dolis. Quid eſt enim iniquius inquit Socrates qđ Plato refert: q̄ cui peregrini ſumus in hoc orbe neſciam⁹ quiete frui Diſcedēs iſtinc igit̄ ſum huc miſſus huic monaſterio præfuturus: Curaui primum omni diligentia: quod Lycurgus Lacedæmonios admonuit: exemplo morum/ ac vitæ declarare: quæ vellē a reliquis obſeruari: vt Chriſtiano documēto: quēadmodum ego faciebā: ſimiliter & hi religioſi: quos mea hæc mea prælatio meæ commēdauit fidei facerent. At quoniā in his erat quædam ferina potius q̄ humana libertas: qua cœperant omnino fieri inſolentes: ac equi min⁹ optēpantes freno me primū domitorē. Magnatē aliquē præſtiti: mox oīa cumulatiſſime cogitās: alia ſumvia ꝑgreſſus: vt Baſili⁹ nobis præcipit. Nō eē feras quæ dirę ſūt ſtati exaſpandas ſed leniēdas aliquātulū: vt pedetētim māſuefacte ſuccūbāt. Ita quos vidi ab obediētia hūilitatecꝫ penit⁹ diſtractos: & in quos pręceptū Ariſtotelis de plantis nō poſſet obſeruari: vt ad oppoſitā curuaturā traherent: hūaniter leniterc ꝫ allexi. Factū eſt autē vt cū eſſent exoſi me: meācꝫ noſtrę legis obſeruantiā a qua iā abhorrebāt: vt nō ſolū interminati ſunt mihi necem: ſed aliquādo procurarint. At ego & minas nō metui/ & ꝑſeuerare in bene conſideratis nō dubitaui. Siquidē Apoſtolus & erumnas pati & calamitates / & omne crucis gen⁹ nos docet propter omnē domini. Et ſaluator ipſe beatos inquit qui ꝑſecutionē ferūt propter nomē ſuum. Si glorię verę cupidi fortiter dimicamus: eſt nobis in cęlo parata copioſa merces. Ad hęc autē debemus exiſtimare nos promiſſione dominica beatos: ſi ꝑſecutionem ꝑpter iuſticiā patimur. Quid aūt iuſti⁹ eſt q̄

Socrates platonē.

Lycurg⁹.

Chriſtus

Baſiliue.

Ariſtoteles.

Apl̄us.

Chriſtus

ꝓuidere quę publicā afferāt cōmoditatē atq; dignitatē : Nā ſi vt Ariſtoteles docuit:bonū q̄to cōmunius eſt: tanto prȩſtabilius eſſe conſtat eiuſdē inſtituto:quo ſicut omne propoſitū eſt in ꝓpoſito:ſic om̄e oppoſitū eſt in oppoſito:malū id etiā qđ eſt cōmunius maiorē afferre criminationē: maius deferre detrimentum: Curabā igitur pro mea virili:ne quid monaſterio meis humeris de mādato deeſſet vel ad vtilitatē:vel ad dignitatē: vel ad obſernationem officij noſtri.Eo min⁹ prȩualebā in malā illorū diſſuetudinem:quibus eram ꝓpter opera innocentię non odio modo ſed lapidandus.At videbat inuictiſſim⁹ hic dux:videbat enī frater optimus/humaniſſim⁹atq; doctiſſimus Octauianus:qua procederem via:curq; reliqui eſſent michi infenſi:Placebā principibus:placebā curię:placebam ciuibus cunctis:pręter eos fortaſſe quos cum primū cognoui pręeſſe cuſtodes eccleſiaſticos redditibus atq; cauſis ęque ac ſolent oues lupis cōmēdari: ex officio mali miniſterij reieci atq; repuli.Demū cura mea factū eſt: vt hic locus monaſterij poſſit iā religioſorū cōuentus appellari : cum antea neſcio quid ei minus cōueniret: q̄ qđ apud pſalmiſtā legit̄: conciliam impiorū.Q̄ ſi nondū ad id eſt ꝑuentū: vt viuat̄ q̄ obſeruantiſſime at ſaltē eo ꝑuentū eſt vt min⁹ ſtudeat̄ libidinibus: Ac vacetur diuinis officijs:& aut ſponte/ aut inuiti omnes ieiunijs incumbant atq; vigilijs.Nō me amplius terrēt: ſed a me terrentur:qui dicebant me inſtar paſſeris quolibet exanimari nutu. Probant hi principes mirifice caſtigationē hanc meā:admirant̄q; vt qui vel in ſeipſos fierēt aliquādo intempantes:nunc vni frater culo tam obtēperent timide atq; verecnude. Sed non ſine ſūma diligentia/maximiſq; ſum hęc laborib⁹ aſſecut⁹ atq; aſſidue proſequor.Fuit interdū michi de vita dubitandū . At ego ꝓpoſuerā mihi platonici illud:generoſum decere: aut pulchre viuere/aut pulchre mori . Quid ſumus in hoc orbe corpuſcula:quibus vndiq; diſcrimina parata ſunt.Nec vt vult Seneca:Tantum ſe quiſq̄ tuet̄ in facie:ne tergo mors immieat.Ap̄ſ vero periculorum mnltitudinem : magnitadinē atq; varietatē non eſt auſus deſcribere.Quare ſi ex ijs ꝑiculis in illud inciderā:quod ipſe nominat in falſis fratribus:malebam interire:q̄inter pſeudo ꝓphetas numerari:Aut ferre vt in hūc conuentū illi cōueniſſent:a quibus ſaluator adminuit cauendū:qui cū vterentur ouiū veſtimentis:intrincecus eſſent lupi rapaces.Hinc ſpero me laudē apđ homies & deū cōſecuturū:vt mea vigilātia & gaſtigatiōis aſſiduita-

Ariſtoteles.

Pſalmiſta

Plato.

Seneca

Apoſtol⁹

Saluator

te intrepidaq; mēte medicinā huic morbo tam ſalubrē cōparari Nunc habes quid hactenus egerim atq; quid agam ; vt tempus foris nō teram perperā:nec ocia cōſumā neq̄: Nūc video qetiorē eſſe Mariæ vitā:quā dn̄s ꝓbauit optimā ptem ſibi delegiſſe:q̄ nō auferet ab ea:Marthe vero cōſuetudinē ſollitiorē ac moleſtiorem eſſe. Sed certe in agendo verſati minus quieti ſunt : pluribuſq; periculis ſubditi:ſed quibus vt opinor : ſit maior merces expectanda:ſi durant nec franguntᷣ nec mutantᷣ:nec loco mouētur. Ne dū enim ſibi proſunt:ſed multis . Hoc mihi cōſtitui vitæ gen⁹ vt nedū in cōtemplando verſer vtilis mihi: verum in actione vitæ pluribus alijs futurus nō iutilis. Labores erūt propenſiores:ac & præmia ſunt exiſtimāda fore digniora. Iuſtus eſt enim de⁹ diſtribuitq; pro ea promiſſione : qua p ora prophetarūq; locutus inquit: Iuſtus vt palma florebit. Et alibi : Vincenti dabo edere de ligno vitæ:quod eſt in paradiſo. Et deinceps: Qui vicerit hunc conſtituam quaſi columnam in paradiſo. Bene vale. Ex Mediolano. xviij. Kalendas Ianuarij.

Vita ſpeculatiua & actiua.

Synonyma domeſtica de proprio ſtatu.

Ego cum meis bene valeo.
Res hic meæ meliuſcule habent.
In hac vrbe nihil deffici tmihi quod appetam.
Vt illud eſt Terentij:cum hic abeam:nihil mihi deeſt.
Si quæris quid agam / ocioſe viuo.
Hic ego laboro ad laudem.
Nullum in hac vrbe ocium mihi fruſtra teritur.
Aſſidue defatigor ad laudem conſequendam.
Omnes vigiliæ meæ ſunt in laboribus conſtitutę.
Quęro mihi omni diligentia immortalem gloriam.
Valeo vt aiunt & corpore & mente.
Nequit ſuis acerbiſſimis ictibus me fortuna proſternere.
Sunt qui me perterrefaciant vt deſiſtam ab inſtituto.
Non commoueor:perturborue cuiuſq̄ minis.
Sum animo ad omne decus conſtantiſſimo:
Sunt anguſtiæ mihi maxime:ſed ſpes optima.
Faciunt ac fingunt ne me inuidi multa nihilo tamen obſunt.
In mea mihi tolerantia fides eſt talis conſtituta : vt facturus ſim quę decreui.
Ego iam:vt illud eſt comicum:in portu nauigo.
Res mea eſt omnis tuta.

Principes hic habeo meæ laudis peramicos.

Titulus Vndecimus.

Commotiua ad pacem familiaris.

Eo fungar officio: quod Saluator nos docuit: inquiens: In quam cunque domum intraueritis dicite: Pax huic domui Quãobrem & Romani templum cõſtituere pacis: vt apud Iuuenalem eſt: vt colitur pax atq; fides. Quinetiam Plato quod vſurpauit Tulli⁹: Pacem atq; concordiam duo dixit rerum publicarum fundamẽta. Vos igitur humaniſſimi principes hortor ad pacẽ. Satis pugnatum eſt. Satis cruoris effuſum. Satis admiſſum iniuriarum. Cedãt (Tullio ſuadẽte) arma togæ. Quid bello terribilius: Quid pace manſuetius: Quid armis horribilius: Quid quiete iucundius: Quid hominum interitu peius & naturæ magis inimicum Quid conſeruatione humanę vitæ naturalius: ac in ciuitate magis expetendum: Pacem inſtituit deus pro tutela humani generis. Bellum immiſit in mentes hominum dæmon malus: vt perſequeretur omni aſtu mortalium animas: non vt quibus dominetur: inquirat (Auguſtini teſtimonio) ſed cum quibus in æternum damnetur. Diligite pacem viri boni: diligite pacem per deũ immortalem: vos oro: inuicemq; chriſtianum præceptum inſecuti vos diligite: ſicut & patrem ſuum vos dilexiſſe inquit dominus Bene vale. Ex Mediolano. xvii. Kalendas Ianuarij.

Saluator

Iuuenalis i vmbricio.

Plato vt ẽ apd̃ tullium.

Tulli⁹ in epi.

Auguſtinus.

Commotiua ad pacem familiariſſima.

Q̃ꝫ egre feram bellum hoc veſtrũ: haud poſſim breuibus expedire. Pacem vobis colendam opinor: quæ ſemper eſt dimicationibus prefereda. Quid prælia vobis afferũt: laudem ne: At nulla eſt pugnãdi laus: niſi cum in pace ſtari nequit. At vos quis negat pace viuere: Aut dignitatis amplitudinẽ: cõmodioreſq; diuitias Cõſumitis æs aſſidue nihiloq; proficitis magis q̃ nix rhiphea i Vulcani Siculi rogo euaneſceret. Irridẽt vos omnes finitimi: dicuntq; ferocitatẽ veſtratũ mẽtium hoc vobis inieciſſe ſtimuli: vt quieſcere neſciatis. Hoc ſi bellũ apud exteros gereretis: itolerabile videretur. Quale cenſetis exiſtimari: cum geratur inter vos propĩquitatis ſtrictiſſimo genere cõiunctiſſimos: Accuſant hoc conſilium veſtrum tam iniquum omnes boni. Rogo vos vt paci conſulatis vt decet. Bene valete. Ex Mediolano. xvi Kalendas Ianuarij.

Rhiphea nix.

Commotiua ad pacem grauis.

Si queruntur antiquiora quidem ſęcula: vetuſtior longe pax eſt

Cicero i offi. q̄ bellum. Si ratio inquiritur: nihil eſt formidoloſius prȩlijs : ni=
chil amabilius pace. Paci dixit Cicero: quȩ nihil ſit inſidiarū ha=
bitura: mea ſententia ſemper conſuletur. Et rurſus intercipien=
Plato. da ſunt bella: vt viuat̄ in pace. At Plato nihil ſe bellorū a deo na=
Ouidiꝰ .i. meta. turaq; conſtitui vidiſſe dixit: pacem autem vtriq; conſtitutam.
Ouidius vero Naſo poſteaq̄ chaos poeticum aſcripſit illud : vt
vnita declaret eſſe quȩ & conſeruant̄ : ait : Diſſociata locis con=
Heſiodꝰ. cordi pace ligauit. Pacem Heſiodus docet a dijs procreatam:
belllum autem a gigantibꝰ. Quāobrem & humanū genus nulla
Vir.i.ȩne inuenit natura prȩliandi arma : ſed vſu gentium ſibi tela in dies
ingenioſe cōparauit : Cui vt eſt apud Maronem furor arma mi=
niſtrauit: faces & ſaxa: & interdum ſudes prȩuſtas. At bellum q̄d
ex inferis prodijt inuidiȩ auariciȩq; coniunctū a deo viris bonis
eſt inimicum : vt vel ipſis auctoribus noceat. Nam ſi pugnare
Plegæa pugna primi cum ſuperis auſi ſunt vel apud Siculos illi: q̄d pulcherri=
me poetȩ fabulant̄: vel in Phlegȩa valle: quibꝰ Hercules ſuccur=
Plutar=chus. rit cū palladȩ: ſuperati ſunt cōtinuo / ſubditi interempti. Anceps
eſt ſemper exitꝰ belli: cū in eo plurimū Plutarcho & Vegetio te=
Vegetius ſtibus fortuna domineť. Bello ſordeſcūt omia: Inculti ſunt agri:
Sylueſcunt vineta: Sanguine ſudāt campi: Nullis in rebus ruris
vrbiſue remanet ſuū decus. Omnia corruūt: omnia delabuntur.
At pacem rident coloni: Creſcunt iumenta : vniuerſa inſuper &
Pſalmiſta pecora campi: Vide q̄ ſit pace delectatus Pſalmiſta inquiens de
homine: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues & boues: vni=
uerſa inſuper & pecora campi. Minuiſti eum palominus ab an=
gelis: gloria & honore coronaſti eū. Non inquit : ſubieciſti tela:
enſes ſcorpiones: balliſtas: nec in his eum voluit coronari: ſed ī
Demo=ſthenee. ijs quæ pacis ſunt & concordiæ quibus coaleſcuut omnia : quæ
ſunt vſui noſtro neceſſaria. Partim animalia bruta Demoſthenes
ait: ad arandum homini tradit a: partim ad veſcendum : partim
ad veſtiendum: omnia ad hominum vſum : nulla vero declara=
uit ad pugnandum: q̄q̄ hodie multi volūt armenta dici ab armā
do: vt tergoribus boum'equorumq; fiebant apud veteres arma
Ego vero ab arando dicta puto. Quo tendo patres conſcripti:
vt intelligatis: q̄nti rear pacem concordiamq; faciendam eſſe.
Orpheu= Pax a priſcis præſertim Orpheo proſopopœia facta: fide comi
tata deſcribitur: læta quidem annꝰ: diutiꝰ ſcilicet obſeruata: quæ
lætos reddat populos: in q̄ fiat q̄d ꝑmittit atq; dicit̄: Bellū mō=
ſtrū eſt in forme igni gladijq; circūuentū: mœſtū & iuuenile. q̄d&

nuper ſit inuentū iuuentū furoribꝰ:& nihil obſeruet fidei:omnia
violet:omnia cædat:cogatqꝫ mœrore omnes informes fieri. Pa Phœbus
ci Phœbꝰ præeſt comoſus:formoſus:vates:ſanctꝰ. Bello Mars Paci.
terrificus:galeatꝰ.haſtatꝰ:deformis:impius. Siquidem recte Lu Mars be
canus inquit.Nulla fides pietaſqꝫ viris:qui caſtra ſequūtur:quæ lo.
quidem caſtra illic eſſe duco:vbi caſtrorum ſunt effectus: rapina Lucanus
violentiæ:prædæ:ruinæ:calamitates:depopulationes: deuaſta=
tiones:ærunnæ.Proh deum atqꝫ hominum fidem: pn̄t ne homi
nes adeo eſſe immites & vt efferi ſint magis q̄ implacabiles feræ
Inter eas vt ſententiam complectar Thucydidæ: quam Iuuena= Thucydi
lis in ſe traduxit:quæ ſuo generi obſit:Quis leo leonem iugulat Iuuenalis
Quis vrſus vrſinos interimat fœtus:Quæ tigris īterimit tigres:
At hominibus hoc iam eſt vitæ genus:hic laudis vſus: hæc glo
riæ quærendæ gratia:vt ſeſe dilanient prælijs: ſuumqꝫ cruorem
præmant muſti loco.A prælijs & pudor fugit & religio: quibus
ſublatis quid homini ſuperſit:aut virtutis:aut ſpei:non intelligi
tur. Quot enim pudore continentur: qui ratione contineri non
poſſunt:Quot deum colentes eundem metuunt:iubente Dauidi Dauid.
co verſu:Initium ſapientiæ timor domini: qui mali hoc ſublato
metu fierent: A vobis O patres: quis ingeſſit diſcordiæ faces:
Quis cogit hoc tabo fœdari:Qui docetis præcepta pacis:eſtis
belligeri:Qui admonetis populos & ad pacem ac concordiam
adhortamini:eam profugitis:Qui debetis exemplo cedere cun
ctis innocentiæ:humilitatis:paupertatis voluntariæ: ac cuiuſqꝫ
virtutis:allicitis vſu veſtro cæteros ad vitia:Videte ne deus hoc
ferat:ne iraſcatur:ne vos in furore arguat.Conſulite paucitati di
erum:quibus nichil eſt firmius obitu. Conſiderate quid auctor
pacis a vobis petat:q̄qꝫ ſitis in eum auari pacis:qui ſuo cum in=
teritu conſuluit paci noſtræ:cum iam cœpiſſemus acriter expu=
gnari.Ad pacem concurrite patres:ad pacem optimam:frugiſe
ram:hominumqꝫ in omni genere altricem ſedulamqꝫ tutricem
Pax hæc ea eſt virgo:quam Muſæus ille non doctus minus q̄ an Muſęus.
tiquus deſcribit eſſe nudam: albam & oliua manu ferentem.
Quippe quæ nuda ſimplexqꝫ nichil habeat ſimultatis:nichil ſe=
ditionis admixtum.Alba vero pura ſit & immaculata.Ferat au=
tem oliuam abundantiæ ſignum: qua fouentur omnia vitæ no=
ſtræ neceſſaria:cum & īuentrix oliuę Pallas Athenas ſtatuiſſe di Pallas in
catur:vrbem non ſolum ad viuendum optimam: ſed ad omne uētrixol
ſtudiorum genus pręſtantiſſimam. In bellis diſcunt homīes ſę= uæ.

vire:furere :inſanire. In pace vero docētur bonos mores:rectas diſciplinas:beneq́ ac beate viuendi rationē. Quid ex bello non iniquū:Vbi Phœniſſis verſibus Ceſar vſus perhibetur:Si violādum ius eſt:regnandi cauſa violādum eſt:At in pace illud habetur Homericū:q̄d ſic intepretor.Pace homines viuūt: peperitq́ ſola quietem.Bella fremunt : ſi vero aīæ ſternuntur & oſſa incipiunt albere ſolo.Sed pace iuuantur in ſtudijs pp̄ri.Nihil eſt in pace malignū.in bellis ſine fraude nihil.Pax optīa leges īſtituit moreſq́ bonos.At bella nefanda decreuere dolos:quib⁹ eſt violentia parta.Hiſce verbis ſatis eſſe duco: vt vos a diſcordia contineatis:& ego vos ad pacem cōcordiamq́ cōmoueā.Quæ vobis tum vſui cedet : tum āplitudini . Bene valete . Ex Mediolano.xv.Kalendas Ianuarij.

Synonyma commotiua ad pacem.

Ego tibi ſuadeo pacem.
Tibi plurimum diſſuadeo bellum.
Cupio te ad pacem commouere.
Vt pace viuas te hortor væhementius.
Nihil abs te plus appeto q̄ vt a bellis abhorreas.
Fac ſi me amas:vt pace quieſcas.
Conſule ſi ſapis:togæ potius q̄ armis.
Si vis habere per q̄ optime præficias tibi pacem.
Nulla res tibi conſtituenda eſt accuratius q̄ vt in toga verſeris.
Sit tibi pax præferenda bellis.
Fuge prælia:occurreq́ quieti.
Tam eſt Pax tenenda:q̄ bellum execrandum.
Dilige pacis ociū:ne ſubeas bellorum aufractus:
Pace adhibe tibi contubernalem potius q̄ bellum conuiuam.
Phebum tibi præpone ducem quietis auctorem.
Martemprofuge:rerum tuarum imperatorem.
Miueruam tibi magis coniūge q̄ Bellionā.
Quære ſemper pacem quæ facit omnia floreſcere q̄ prælia quibus omnia ſordent.
Omni cura pacis incūbe ſtudijs:quibus omnia læta ſunt.
Attentiſſime tela pelle ac militiam:cuius vi omnia lugent.
Eſto virorum ſocius:quos ad pacem īuitāt ſingulavite cōmoda
Moli beluarum veſtigia ſequi:quæ ſemper dimicant.
Totiens euitābis belli curas: quotiēs tuæ tuorumq́ ſaluti ac incolumitati conſules.

## Titulus duodecimus.

### Commotiua ad bellum familiaris.

Et ſi videtur q̄ plurimis bellum ab humanitate alienum: ego nō arbitror omne bellandi genus idem eſſe. Si tueri enim ſeipſum natura duce licet: ac vim vi repellere: docent populorum omniū leges ac iura. Si rurſus: cum neminem lędere iubemur: cōtinuo ſubdit Cicero: niſi laceſſiti ſimus iniuria: illud certe bellum iuſtū eſt quod vt nos immunes tueamur ſuſcipimus. Id enim vel aīmā tia muta ſequuntur vi naturę: vt vel ea quæ ad præliandum non ſunt idonea: dimicare cogantur: defendendi ſui corporis cauſa: quod ſi non defendunt interdū robur tamen omne vimq; in ſui tutelam exercent. Nam vel ipſe leo quem Ariſtoteles: Albertus Pliniuſq; natura deſcribunt non omnino ferina: ſi poteſt hominum inſidias & tela vitare fugiens: vitæ potius incolūmitati fugiens conſulit: q̄ eius bellans in dubio furori. Non ego te commoneo ad bellum: quia vel ipſis te velim imitiorem eſſe feris: ſed vt indemnitati ſeruias vrbis tuæ: tuorumq; clientium: Quis eſt qui non intelligat te nihil humanitatis officijq; prætermiſiſſe vt pace viueres cum hiſce tuis fratribus: Maluiſti de tuo condonare q̄ de te illorum quicq̄ diminuere: Fuere aſſidue bellatiores q̄ ocij quietiſq; cupidiores. Neq; dediſti bellādi cauſas: neq; eos inuitaſti quidem ad pugnam: Ipſi ſūt impetuoſius adorſi. Commonuiſti rogaſtiq;: & es demum interminatus: ſi te prouocarēt ad arma. Irriſerūt: neglexerunt ac te penitus duxere nullius eſſe precij: Hoīes habes atq; deos tuæ benignitatis teſtes & vt inuit⁹ in hoc prodeas bellum: ſed qui aut cedas fratribus: remq; amittas omnē aut pugna te defendas. Itaq; te para: in idq; caſtrorum accīge: quæ fauore terrarum cæliq; ſint futura fauſtiſſima: Bene vale. Ex Mediolano: xiiii. Kalendas. Ianuarij.

Cicero

Ariſtoteles

Albert⁹.

Plinius.

### Commotiua ad bellum familiariſſima.

Audio tibi littem intercipiendā eſſe cum tuis tutoribus illis qui debebāt eſſe patres. Lis ipſa priuatum eſſe bellum a Scæuola iuriſconſulto diffinitur: Bellandum eſt igitur tibi: hoc agendæ: daterminādeq; genus cauſæ: qui velint: improbent ego te laude dignū duco. Hinc & iniuriā: qđ honeſtos decet omnis atq; honos propulſabis: & patrimoniū tibi obliguri non ſinas ꝑperā. Fac vt homo ſis aīo nec cuiuſq; preces audi: nec minas expaueſcas: niſi vel iiſdem precibus alliciantur hoſtes tui: vel minis pri⁹ deterreātur: & pace malit rē tuā tibi reſtituere: q̄ raptā armis viq; frau-

Scæuola

dare. Scis quid dicã. Me admitte conſulẽ qui te amo: ſcioq̃ quid te deceat: quidue dedeceat. Bene vale. Ex Mediolano. xiij. Kalẽdas Ianuarias.

## Commotiua ad bellum grauis.

In omni re intercipienda: finem eſſe diligentius animaduertendũ Ariſtoteles docet. Si quidem res ipſę tum a fine denominande ſunt: tum etiam bonũ appetũt: in quod omnia dirigũtur. At hoc pręcipuum voluit eſſe hominis: Plato: vt deligat ratione ſummoq̃ conſilio: quid conſtantiſſime: patientiſſime toleratiſſimeq̃ proſequatur. Nam vt illud eſt Ciceronis: pręſtat non incipere: q̃ ab inceptis turpiter deſiſtere. Bella ſuapte natura dira ſũt: diſcordię difficiles: ſimultates odioſę: factiones abominãdę. Vituperantur inter priuatos rixę: inter amicos diſſidia: vt illud extat Terẽtij: Valeant qui inter nos diſſidiũ quęrunt: inter neceſſarios iurgia: inter oẽs diſſenſiones: contumelię: cõuitia: quę ſunt oĩa diuerſa bellorũ genera. Sed in omni facinore bellico illud deterius minuſ q̃ ferendũ: quo ſimul & res offenditur: & dignitas lędigitur: & vitę finis attẽpatur. Hic neq̃ fides ſeruat̃ nec fœdus: nec pietas. Q̃obrem Romani fuere minus aliq̃n mãſueti in pœnos fœdifragos: in Numantinos: in Epirotas: q̃ vel in Aſiaticos: vel in latinos: vel in ipſos deniq̃ Scythas quibus primi bellum intulerunt: coegerũtq̃ ſeſe ab illata quidem iniuria tueri. Nam vbi bellum infertur: & id omnia acerbitate pręliandi: quis arguet̃ de ſcelere qui propulſet: non inferat iniuriam: Quis autem accuſet exceſſus: qui multo reddiderit etiã peiora q̃ acceperit: ſi quidem nonnumero pñt inferri vulnera neq̃ menſura: Reddendum eſſe par pari docet Terentius in Thaidem: q̃d eam mordeat. Reponere ſe velle dicit Iuuenalis inquiẽs: Nunquã ne reponam: Identidem ſibi factitandũ declarat Tullius dicens: Tibi Romę cũ veneris: reponam. At centũ prouno inter dum reddũt Chriſtiana monitione: qui volunt Theophraſti diſciplina: agros fertiles imitari. At q̃ iuſte te commoneã: vt a bellis hiſce aduerſus hos fratres detractores atq̃ corroſores non deſiſtas: hinc vide: q̃ qui te oppreſſerunt: aſſidue indureſcũt in re tua non reddenda: in tua calamitate coaceruanda: in tibi non parcendo. Sunt iccirco facta iũetaq̃ telorũ diuerſa genera: vt Quintilianus affirmat: ne homĩes cęderentur: ſed ſe defenderent aduerſus craſſatores & iniquos. Quod ſi tuendi ſui corporis defendendęq̃ rei nobis eſt licentia: quis neget omnem iniuriam in aduerſarium reijciendã: At mihi

Ariſtoteles. Plato. Cicero. Terẽcius. Terẽti⁹. Iuuenal. i Satyra. Tullius. Theophraſtus. quĩtilia.

vindictam:& ego retribuā inquit dominus. Et nolite: Apoſtol⁹ ait:æmulari in malignātibus:neutrū ex geminis hiſce pręceptis negligendū opinor.Iniuriarū animus magnitudine perturbatus omnino ſedandus eſt.Nec iſ ſunt audiendi qui nihil habent mā=ſuetudinis :nemini parcunt:nec obſeruant poeticum illud:Parce re ſubiectis:ſed diſſipant & euertunt omnia : diſcuntq; potius a malis eſſe mali cum licet:q̄ a bonis fieri boni:cum decet. Verum vbi aut res ferro defendi poteſt:aut recuperari cum eſſe vtrum=q; faciendum:nemo ſuadet:nullus præcipit. Quod ſi æacidarū aīo digna ſētētia iudicat a priſcis illa Pyrrhi:Nec aurū depoſco nec in precium dederitis:qua tandem in re quæ ad ſe minime p=tinebat vllo iure :aperuit : non cauponantes ſe at belligerantes ſequi velle:quid illos deceant qui tuentes rem ſuam armis vtan tur opus eſt:aut ad ea ſe accingant: vt rem ablatam iniuria : iure recipiant:Arma ſacerdotum rationes:Auguſtino teſte ſint:& o=rationes : Precentur pro incolumitate : pro dignitate : pro ipſa deniq; vita illum qui nullis eſt ſeductus illecebris mundi :nullis pterrefact⁹ pericul nullis:diſtractus oppreſſuſq; vulnerum dolo ribus: puo minus genus ſeruaret hominum in perpetuam mor tem corruentium.Vt autē ille mortem noſtram quod nos docet eccleſia chriſtiana:moriendo deſtruxit. & vitam reſurgendo re=parauit : ſic nos miſericordiæ ſemper opera proſecuti non fer=ro debemus iniuriam propulſare:ſed ſupplicationibus ac om=ni facilitatis genere:vt potius hoſtes in ſententiam noſtram fle=ctamus lachrymis :q̄ inflammemus aduerſus nos acerbiſſimis minis . Arma nr̄a prima præcipuaq; nō diffiteor hęc eſſe vt deū in adiutorium noſtrum feſtinantem aduocemus: vt Dauidicum extat illud:Et vbi deus pro nobis:quis contra nos:Et dominus adiutor meus& ego deſpiciam omnes inimicos meos.At arma ſecūda ſunt rationes:quibus prius nitendū eſt:vt Terentius pre cipit:Omnia prius experiri:q̄ armis contendere.At hic ipſe abs quiuis homine iuſſit vbi opus foret beneficium implorandum. Si ferentur ea vulnera:que maximam populo pararent vtilitatē expedire dicendum arbitrer:vt vnus moreretur pro populo. At cum & res amittitur:& vita ſine cuiuſq̄ alterius vtilitate :q̄ ip ſius oppreſſoris:ſiue vllius detrimento alterius q̄ oppreſſi:eni/tendum eſt omnia via vt occurratur ſuccuraturq; calamitati.Vo lucribus natura dedit roſtra:leuiſſimoſq; interdū aculeos quoſ/dā:a qb⁹ diffugerēt q cuperēt iis obeſſe vt id gn̄eris cōſeruaret

psalmiſta
Ap̄ſus
Virvi.ęne
Pyrrhus apd̄ Cice ronē i of fiis.
Arma ſa=cerdotū
Eccleſia.
Dauid
Terenti⁹

illæſum.Vide q̄ ſit exiſtimandū nobis diligentiꝰ conſuluiſſe qui hoīes ſumꝰ:quorū vita eſt vtiliſſima: mors autē pernicioſa ſingulis.Quod ſi cunctorū eſt natura conſeruatrix hominū. multo magis eorum qui & ſibi ſunt & reliquis adiumento atq; decori. Duco id quidem & ſanctū & religioſum.argumētis diſciplina: icuſando:accuſando:ꝓ omē defenſiōis māſuetæ genus tueri vos decere.Sed cum reliqua ꝑficiāt nihil:ad bellū vos accingite : nō ebriorum Laphibarū atq; Centaurorū more:nō Martialia via furiali:non probris:non cruoris effuſione:ſi aliter fieri pōt : ſed q̄ honeſtiſſime:vt docet Heſiodus feciſſe ſuperos quibus cum minis rōneq; ſatis nō fuit:gigantes illos telis cæleſtium confoſſos reddiderunt.Formicas tamē imitamini quæ mordent ne pereāt Vale.Ex Nediolano.xij.Kl.Ianuarij.

Laphithæ Cētauri. Heſiodꝰ.

Synonyma commotiua ad bellum.

Eſto bellacior q̄ oppreſſior.
Ita te tuere armis:vt non pereas.
Nullum prætereas teli genus:vt ſis immunis.
Ad te conſeruandum illæſum :vel bellum tibi iuſte ſuſcipiendū eſt.
Nihil eſt omittendum:vt non ſis iniuria laceſſitus.
Omnia tibi ſunt armorum genera procuranda:ne pereas.
Adhibe tibi & vires : & vim : & arma potiuſq̄ & re priueris & vita.
Nihil tibi negligatur quod ad tuam poſſit pertinere tutelam.
Fac vt vel rem bellis experiare:ne quicq̄ hoſtes tibi ſurripiant.
Ego te ad bellum cōmoneo:quoniam nequis pace viuere.
Cum quiete ſedere tibi nō liceat domi:ſis in caſtris inquietus.
Sunt iccirco tibi ſubeūda caſtra quia domi te requieſcere negant
Bellis inſta:quod ratione tibi non datur.
Ad arma diffugiendum eſt :cum verba rōneſq; nō ſufficiunt.
Eumenidas ſequere:ſi te phœbus fugit.
Martē adhibe tibi ducem:ſi Minerua te ſpernit.
Non commonerem te ad arma:ſi viderem ſatis eſſe conſilijs.
Tela ſuſcipe auxiliaria:ſi vides rōem tibi fauere non poſſe.
Si legibus nequis:armis pugna.
Cornus tibi iactetur bellax ; ſi laurus pacis muſarumq; fautrix nihil prodeſt.

Titulus tredecimus.

Poſtulatiua rei certæ familiaris.

Equum habes:vt audio:ſingularē robore ac ſpecie: vt iā Bucephalus Alexandri Macedonis ille videatur : aut Geminorum Cyllarus. Eſt talis:vt te multomagis dicatur efficere bello ſtrenuū:q̄ ſis vel natura vel vſu. Quod ego vero delecter equis nobilibus iſtiuſmodi:non ignoras:q̄q̄ ſoleant eſſe mea quæq; tibi cōmuniſſima etiā noſti. Nihil habeo tantū q̄d pro veteri noſtra cōſuetudine tibi nolim eſſe dedicatū. Cuius quidē rei picula nō ſemel abs te facta ſunt:meq; ſemp & tui amātiorē:& erga te liberaliorē inueniſti. Nec ea quidē adduco in mediū verba vt exprobrē tibi quicq̄. Es enim gratiſſimus omniū & beniuolentiæ tenaciſſimus. Verum vt memineris:non arbitrari me poſſe : te quicq̄ eſſe negaturum. Haud te latet in quā inopiā ſim redactus:poſteaq̄ ab hoſtibus ſum ſuperiore anno ſupatus. Nunc aūt iaceo quaſi mānchus:vt Iuuenalis inquit:& extincte corp⁹ non vtile dextre. Nā vt peritiſſime dixit Ouidius : Crede mihi miſeros prudētia prima reliquit. Et ſenſus cū re cōſiliūq; venit. Nunc audēt in me debacchari:qui me pri⁹ verebantur:& inter pedites ſtipendiū:mihi ſtatuendū:dicere:ne pereā:quaſi miſereātur mei. Quod ſi equū ad me tā egregiū dederis:& apud deum & apud hoīcs officium fœnerabere. Non reddā nunc vel precium vel mercedē : ſed ne dubita:fore me vnq̄ imemorē beneficij. Bene vale. Ex mediolano:xi. Kl̄. Ianuarij.

bucephalus. Cyllaruſ Iuuenaliſ Ouidius

Poſtulatiua rei certæ familiariſſima.

Librum accepi te poſſidere:cui par in Italia nullus extat : pliniū inq̄ correctiſſimum : qui eum & rarus & nuſq̄ inueniatur alibi q̄ apud te:potes dominus vnice voluptatis appellari. Nam quantum Plinio debeamus:quis ignorat:Hic vt plurimarum eſt diſciplinarum auctor:ſic nullius artis imperitus : medicinam proſecutus eſt:naturæ arcana rimatus:res pauciſſimis admodum notas proſecutus. Quoq; nobis eſt vtilior: ſua ſic expreſſit tempora. vt neq; Iuuenalē:nec Martialē:nec Quītilianū:nec: Suetoniū: nec corneliū:nec aliū quēq̄ ex ea tēpeſtate : nec mores hiſtoriaſq; rerum illis temporibus geſtarum intelligere valeamus ſine Plinio. At ſine mendoſus eſt: vt a nullis adhuc librarijs emendatus:quid prodeſt ſemiuiri corpus quaſi monſtrum intueri: Quid cum mutuo ſurdoq; loqui : Quid cum eo cauſam agere : qui quidem eſt omnium difficillimus:Quanobrem ſi æque poſtulo: ſi non iniurius tibi ſum:ſi rem non admodum perdifficilem abs te oro : vt exorari hanc ſinas ; te rogo atq; obſecro : Iubeq; de

De Plinio & eius laude.

me tibi ac pollicere q̄d velis.Bene vale.Fx Nediolano.x Kalen
das Ianuarij.

Poſtulatiua rei certæ grauis.

Sētentia. Qui poſtulant res magnas atq; amplas:nō niſi maximos debēt
phīorū. & ampliſſimos adire viros.Ii enim ſolent:vt reliqui ſe digna tra
dere:cum philoſophorū ſentētia ſit: decere quēlibet ſeſe viresq;
Cicero ſuas in officijs metiri.Quamobrem & Cicero inquit Hominem
Alexen= occidat:qui tua opera vti vellit. Et Alexāder ille magn⁹:cū egre
der. gium argenti auriq; pondus Philippo neſcio cui Barbaro dono
dediſſet:incuſareturq; ꝙ magna tradidiſſet Barbaro:quibus eēt
ndign us.At ego Alexandro:reſpondit:mun⁹ dignū dedi.Quo
autem mortalib⁹ reliquis Principes antecellunt q̄vi maieſtateq;
donādi:ꝙ poſſint bonis benefacere.Reliquis enim virtutibus a
Cyru⁹. multis priuatis interdum æquantur nonnunq̄ ſuperantur Cyrus
Ceſar. apud perſas:& Ceſar apud noſtros donādo ſibi gloriam imor=
talem queſierūt:factiq; ſūt apud poſteros clariſſimi.Hac officio
rū exhibendo ℞ gratia ꝑpropinqui ſumus ſuperis. Donat enim
Deus. deus:largitur:concedit quæ poſtulamus ab eo:non ſolum bene
merētes.ſed ab illo qui clemēs eſt: q miſericors eſt:qui pius eſt
Apl̄us. neq; ſecundum ea quæ facimus:vt:Apoſtolus inquit: ſed ſcd̄m
miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.At vel ipſe deus nōne vo
tis hominū:oblationibus:decimis:primitiſq; placeatur:non qui
egeat ſed qui hominum velit mentes in donano cognoſere.Itaq;
Exodiȝ tum illud ſacrum exodicum extat:Non apparebis in conſpectu
Ouidius. domini vacu⁹.Et illud Naſonis:Munera crede michi placāt ho
mineſq; deoſq; Placat dōis Iupiter ipe ſuis.Quāobrem & in ipos
Perſarum principes idem ſolebat obſerua ri:vt occurrerent po=
puli tam publice q̄ priuatum:ſingulis ſuis regibus afferētes pro
ſuis facultatibus munera.Hoc autam inter magnos inter eſt atq;
paruos ꝙ regum ac dei exemplis ītuemur eſſe factitatum. Nam
Artaxer= Artaxerxes non minus læta fronte iucundaq; mente ꝓhibetur
xes. aquā ſibi a vilico oblatam in agro ſitienti accepiſſe: qui nihil ha
beret aliud quod donaret:q̄ quicquid præclarius atq; rarius p=
Cſtriſtus ſæ cæteri ditiſſimi quidem illi tribuiſſent . Chriſtus vero in ma=
gorum muneribus non admiſit ſerius offerentes thus atq; myr
rham:q̄ qui aurum traderet.At reges in ſubditos ſunt ea muniſi
centia liber ales:quæ poſſit ac debeat vel regia dici:vel regalis iu
dicari.Deus vero nihil donat quod non maximum ſit cenſendū:
quippe non ignorat quibus egeant homines: quod nos ignora=

mus. Itaqꝫ non iniuria Socrates admonebat non eſſe a dijs illud Socrates
poſtulandum aut hoc:ſed quæ nobis ſcirent profutura. Quam
ſententiam complexus Iuuenalis:ſi quid tandem certi ſupplicar̄ Iuuenalis
poſtulandum conſuluit mentem ſanam in corpore ſano. Hero= Herodo=
dotus vero Halicarnaſeus pro Cleobi ac Bitone matrem tus.
pientiſſimam religioſiſſime docet ſupplicaſſe vt ijs deus largi=
retur:quæ videret eis magis eſſe conductura: quæ de⁹ ſciret:ge
nitrix ignoraret. Itaqꝫ dei filius Saluator noſter hūanam indut⁹ Saluator
carnem:cum oraſſet patrem vt amaritudinem auferret ſibi cru=
cis:ſi poſſibile eſſet:ſubdidit homo:vt hanc facultatem ac diffi=
cultatem omnem diuino conſilio iudicioqꝫ ſubmitteret: Verūta
men non quemadmodum ego volo:ſed quomodo tu. Qua qui=
dem & chriſtiana & gentili admonitione diſtractus: & ſi non de=
beo petere certū aliquid cum tamen hodie vita ſibi nobis aliter
comparata:aliter & aperti⁹ ſupplicandum: & certius aliquid po
ſtulandū eſſe duco. Nam licet tu pontifex maxīe deus ſis nobis
id terris:geraſqꝫ chriſti officiū:es tamen homo: qui vt Tullius ī Tullius
quit:vel prudentiſſim⁹: vel ſapientiſſimus in mentib⁹ hominum
atqꝫ multorū neceſſitatibus:potes falli atqꝫ errare. Quare mea
quidem eſt detegenda valitudo:vt Boeti⁹ docet: ſi medicantis
operam expecto:vuln⁹ eſt detegendū. Ego iam dudū & litteris Boetius.
adhibui omnē operam:& vitæ curam habui modeſtiſſime: im=
primis & vt doctus aliquando: & bonus: & adhiberi poſſem &
eſſe:tum vero vt quæſita fortunaꝝ vi atqꝫ fauore: commodius
quirem atqꝫ liberius incūberę ſtudijs. Videt̃ enim viuēdi acerbi=
tas atqꝫ difficultas plurimū obeſſe bonæ hominū in ſtudēdo agē
doqꝫ voluntati. Quamobrem illud Terentianū hactenus me ꝓ= Terenti⁹
hibuit mihi deſperare:Cum non poteſt id fieri quod vis: id ve=
lis quod poſſis. Illudqꝫ ſpem conſtituit optimam: qđ apud Ma= Vir.i.enę
ronem:O paſſi grauiora dabit deus his quoqꝫ finem. Nūc vbi &
laboraui iamdudū invita:& familia meis humeris a patre grauis
eſt relicta: & patrimoniū eſt debiliſſimum: & eo pacto a ſtudijs
diſtrahor per familiaria negocia:& a negocijs per ſtudia: ita vt
neutris ſatiſfaciens nihil efficiam:ad tuam decurro ſanctitatem:
quę me adiuuet michi meiſqꝫ viuandi viam aperiat. Quid certi
poſtulo:de re quæris:vel de genere: vt ſis in me officioſus: vt
quoniam religioni ſum aſcriptus: tantū in me conferas benefi=
cij quantum non mea quidem merita:quæ aut nulla ſunt: aut mi
nima exigunt:ſed tua munificētiſſima ſolitaqꝫ largitio imp̄tur.

Vacat hic diui Ambroſij abbatia: vacanalia quædam eccleſiaſtica: De lige qđ malis: m eq; tua exorna gratia. Eo pacto & meos ex orco iã ſemineces in lucẽ reuocabis: & me procurabis inter viros nõ ignaros aliquãdo munerari: qui me tuæ beatitudini totum dedico. Vale. Ex Mediolano. ix. Kalendas Ianuarias.

Synonyma poſtulatiua rei certæ.

Rogo librum hunc mihi commodes.

Ne rem hanc mihi neges: te obſecro.

Cupio væhentius id mihi tradi.

Plurimum appeto: tuum equum abs te conſequi.

Laboro ſolum: vt hoc mihi dono des.

Omnis mea cura in hac re conſequanda ſita eſt.

Fac ſi me amas: vt rem poſtulatam ad me mittas.

Si meus es: vt oſtendis: nihil excipies: quo minus hoc me omnes munere.

Credo abs te amari: vt dicis: ſi rem petitam mihi das.

Afficies me voluptate incredibili: cum in hoc mihi donando nihil omiſeris.

Quod abs te cupio: ne producas in ſpem vanam.

Eſto erga me tam in hac re liberalis q̃ ego erga te forem

Obſerua in re parua: quam poſtulo: talem in me diligentia: qualem in te multo in maioribus obſeruarem.

Cura vt intelligam te in hac re poſtulata uon minus liberalem: q̃ in reliquis ante hac ſemper fueris.

Peterem hoc abs te verbis prolixioribus: niſi te munificum natura cognoſcerem.

Tã es ſolit⁹ eſſe liberalis: vt i hac re certa poſtulata nihil dubitẽ

Quoniam a te pendet mea ſalus omnis: hoc quod oro fac exorem facillime.

Titulus decimuſquartus.

Communis amicitiæ cauſa familiaris.

Plutar. Ea debem⁹ amicis ſingula: vt Plutarchus docet: quæ nobiſipſis Leges Propterea voluerunt Lycurgi leges: ab amicis vel ditiſſimis in Lycurg. amicorũ caueri cauſis: niſi cum iiſdem diuitibus eæ cauſę proprie crederẽtur. Agit iſtic Curius cauſam: qui mihi ſupremo eſt amicitiæ genere coniunctiſſimus. Ago cauſam hanc egoipſe: cũ nullo ſit a me diuiſus ille. Afficitur is iniuria. Ad me pertinet. Iure in eius agitur cauſa. At me attinet. Quid nam ſuum ille ſcit eẽ quod mihi commune vel ipſe diffiteatur: vel ego nõ affirmem:

Te igitur rogo væhementius vt amicitiæ communem hanc eſſe cauſam ducas: nec a Scipiōe Lęlium ſeparari poſſe: nec a Curio Lodouicum. Sumus animis ita coniuncti: vt animus ab ariſtotele coniunctus dicitur eſſe corpori: vt lætanti collæretur: & dolēti cōdoleat. Communem mihi vitam cum eo comparaui: communē viuo fatum: communem quoqꝫ ſubire in mortem. Tu me amas: hunc ama. Tu me foues: hunc foue. Tu me vides: hunc vide. Nihilo differimus alio q̄ facie. Vultus eſt idem quem a volēdo definiunt Tullius: dictum eſſe ſignum apparens in facie: ſecū dum aīmi motum: Vnde illud extat Naſonis: Heu q̄ difficile eſt crimen non prodere vultu Mente non diſſimili: pari: ſtudio: p aribus officijs etiā cupimus fungi: nec alius cuiuſq̄ eſt muneris particeps cuius alter poſſit expers appellari. Supereſt vt in eo me totum eſſe ducas. Bene vale. Ex Mediolano octauo Kalendas Ianurias.

Ariſtoteles.

Vultus ſecūdum Tullium.

Ouidiꝰ.i. meta.

Communis amicitię cauſa familiariſſima.

Iniuria laceſſiſus eſt a conciue tuo Marcātonius amiciſſimꝰ meꝰ Communis amicitiæ cauſa fecit hanc iniuriam non ad me minꝰ attinere q̄ ad illum. In illo enim ego ſum: facitqꝫ firmiſſimū hoc & veriſſimum amandi genus: vt neqꝫ ab me abſit ille: nec ego ab illo abeſſe poſſim. Debet qui eſt iniurius vindictam dubitare. Is iniquus certam habet: quā expectet propediem: putetqꝫ nō eſſe nos mente tam abiecta: vt vlciſci hanc nequitiam neſciamus. Faciemus id quidem: & maiore multo menſura. Cōmune ſibi odium ſuiſqꝫ comparauit omnibus & meum & amici: hoc eſt duorum ingenia: vno ſpiritu: duorum tela: vno ictu: quod vt eum admoneas te plurimū oro: vt intelligat quid egerit. Bene vale. Ex Mediolano. vij. Kalendas Ianuarias.

Communis amicitiæ cauſa grauis.

Trito illud Grecorum verbo a nobis vſurpatum eſt: vt amicorū omnia ſint communia. Quamobrem inter eos interdum contēdi viſum eſt de morte quam vterqꝫ ſibi mallet: vt amici ſuccurreret vitæ qui fuere apud veteres communi amicitia coniunctiſſimi. Nā cū Phythias & Damō amiciſſi qdē illi ad tyranū Siculū cōueniſſēt: a quo alt eſſet neci deſtinatꝰ peteretqꝫ vt ſe ire domū cineret: teſtamētū ęditurūordinaturūqꝫ negocia domus ſuæ: pro eiꝰ reditu alt canit: eal ege vt ſi nō rediret pro eo cederetur. Miratus paulopoſt tyrannus eius reditum ad paratum interitum:

Cicero i officijs

Phythiaſ Damon.

vt amicus viueret:nec nõ vtriuſq; cõtendentis volũtatem moriẽdi ne piret amicus:nihil magis optauit q̃ vt tertius illis annumeraretur:quorũ omnes erãt cõmunes cauſæ. Eodẽ fere cõtendẽdi genere:amicũ q; ſibi pferẽdi cognit⁹ ẽ apđ Diadã illã Turicã: cui a Theone viro Ephiginie ſolebat alter ex hoſpicibus imolari:cogniti ſunt Oreſtes & Aylades ac ſeruatus vterq;. O iucundiſſimũ amicitiæ gen⁹: qđ neq; lætos deſerit:nec mœſtos:nec magis vitę cedit q̃ morti. Quid ſi poit⁹ in luctu ac rerum acerbitate verum cognoſcitur cõmunis amicitiæ fundamentum ac robur q̃ in exultãdo:Nam vt Sappho:in aduerſis optimi ſunt amici. Nam pſpera ſemp amicos habẽt. At vt Senerinus ait: Qui cecidit:ſtabili non erat ille gradu. Vos in eũ eſtis religionis noſtræ ſacerdotem ac theologum inuecti: omniq; hunc contumelia iniuriaq; inſectati:qui vt vir doctiſſimus eſt:atq; omni probitatis: innocentiæ:integritatiſque genere ſplendidiſſimus : ſic mecum ea coniũctiſſimus amicitia:vt cõmunia mihi ducam huius ſingula. Iniuria nõ eſt hic igitur vnus a vobis laceſſitus:at & ipſe cũ illo mihi propriam illatã iniquitatẽ eſſe duco. At qui deſpexiſtis eum talem ac tantum:cõtemnetis & me pariter: nec a me magis vobis eſſe cenſebitis metuẽdum:q̃ ab ipſo timueritis. At qđ primum eſt:occurrat vobis Virgilianum : At ſperate deos memores fandi atq; nefandi. Nec exiſtimetis: quia nõdum vos plectit: oblitum vos eſſe Chriſtum. Nam vt Valerius ait : Lento gradu ad vĩdictã ſui diuina pcedit ira:Tarditatemq; ſupplicij grauitate cõpẽſat. Veꝝ & hoĩes nos haud cẽſeatis tãeẽ vel ratiõis expertes hũanitatis: vt neſciam⁹:nolimuſq; docere q̃ inique tulerim⁹: & infenſi feramus:vt inulta hæc remaneat iniuria. Communis amicitiæ cauſa:vitã meam & rem omnẽ in hoc vindictę genus debere me conferre:nõ neſcio:at contra ſcio mihi oĩs defatigandas propinquitates : vt eis ſim adiumento qui vel michi profuere vel amico:cuius cõmunem cauſam ſemp ago. Quod ſi id non ſeruaretur:fruſtra pro vlciſcenda Patrocili morte: apud Homerum æacides ſe prælio inſecutioniq; aſciuiſſet Hectori:a qua iureiurãdo iratus in Agamemnona ſe abdicarat. Illorum qui cõmunem amicitiã tam diligenter obſeruarunt:& ego veſtigia imitatus nihil omiſſurus ſum: quo minus hanc in amicum illatam iniuriam æque ac immeipſum vlciſcar. Rem habes qui cõtra ſentis. Ex Mediolano. vi. calendas Ianuarias.

Oreſtes. Pylades. Sappho. Boetius. Vir. i. ęne Valerius Homer⁹.

Synonyma communis amicitiæ cauſa.

Amici mei cauſa mea eſt.
Omnia quæ amicus ſentit:ego ſentio.
Nihil ad amicum attinet quod ad me non pertineat.
Quicquid amicus ſentit:ego experior.
Si quid amico accidit:mihi euenit.
Amico iucunda:mihi ſunt voluptuoſa.
Fac vt amico placeas ſi vis placere mihi
Nichilo mea mens differt ab amico.
Quæuis amara mihi:ſint amico prius.
Cor meum amici corde coniunctum eſt.
Nulla ſunt in amico quæ non ſint in me pariter.
Difficilis æque ſum in amici luctu ac in meo.
Cum de amici commodis & incommodis loquor : de meis me loqui crede.
Nulla cogitatione vel in re minima ſum ab amico diſiunctus.
Nihil eſt tam mihi mecum quod ab amico ſeparatum eſſe veli.
Quod me curare quis velit:faciat vt amicus curet.
Cui meus eſt amicus fautor:is me ſciat ſibi futurum adiutorem
Nulli eſt vel patris tam chara cauſa vel filij : q̄ mihi quæ mei ſit amici.
Nihil inter veros amicos eſt non mutuum.
In amici vita mea quoq; ſtat vita.
Ab amici pendet incolumitate imprimis mea ſalus.

### Titulus.xv.
### Iocoſa de ſe familiaris.

Ego nihil vnq̄ pluris feci:q̄ vt graues & modeſtos honore : ſic leues & petulantes aliquo afficerem incommodo. Sic enim me admonet Heſiodus epigrammate ſuo dicens: Vt grauis atq; bonus titulis iactatur honeſtis : Sic malus aſſiduis cōſtet & ipſe iocis. Eo enim pacto vt plinius docet:boni ad virtutes alliciuntur mala a vitijs deterrētur. Cum hodie noſter ille theologorum ſimia in iocularium patrum incidiſſet: iamq; ſupra modum ſe iactaret:ad meq; conuerſus auderet de theologicis ſubtiliſſimis velle contendere. Quis nam dixi Ocule noſter futurus eſt arbiter:ne diem inglorius teram:Percuntantibus qui aſtrabant:plæriſq; bonis patribus:cur eum cuculum appellaſſem: fabulam ſatis iocoſam dixi. Cuculus auſus eſt cum philomena velle de cātu muſiceq; certare. Coacta illa in certamen deſcendit: Aſinus delectus eſt iudex:quippe qui primus illuc trāſierit: quia prim⁹

Heſiod⁹.

Plinius.

De cuculo & philomena

illac tranſierit:quia primum tranſeũtem iudicem delegerũt. Audiuit hic auriculatus vtrunq; canentem : Philomenam modulis ad æthera volentem :cuculũ ſuo illo inconcinno cuculatu in idẽ ſemper ſe flectentem. Tendem ſic cẽſuit:Ego te philomena tot garritibus vſam non capio:hunc intelligo :qui latine cãtat & apte:Hic meo quidem arbitrio te ſuperat. Hac fabula dimiſſus eſt confuſa ſimia noſtra. Vale. Ex Mediolano.v.Kalẽdas Ianuarias.

Locoſa de ſe familiariſſima.

Si quid agam:queris:dormio. Nam inter aſſiduas hic ſum nebulas:nec lux eſt vlla interdiu :nec cum quibus cõmenter de re vlla inuenio ſocios. Fratres meos a ſomno vix poſſum excitare. Credo mundum ruiturum. Dormio : vt me dormiẽtem mortis dolor minus afficiat. At hæc autem ne mortuorum me inuadãt cadauera ſolum : Nam cum adſint oẽs in cellulia :ego quid ſol⁹ cõtra tot luce functos auderem. Quid quod eo magis mihi dormitandum eſt : quod hic inſurrexit frumenti caritudo maxima : Itaq; ne ſæpius panem quæritem⁹:qui negatur aſſidue:domin⁹. Quod ſi ad me ſcripturus es quippiam:fac vt eam expectes diẽ

Apſ̃us. q̃ nos Apoſtolus vocet:inquiens:Hora eſt iam nos de ſõno ſur-
Chriſtus gere:cum hactenus Chriſtum audiam⁹ dicẽtem: Dormte iam & requieſcire:Nam & vos pariter omnis dormire coniector:nihil ad nos mittẽtes litterarũ. Ex Mediolano:iiij.Kalẽdas Ianuarias.

Locoſa de ſe grauis.

Cum vellem ad te grauiter quicq̃ ſcribere :tum occurrebat iocoſa de me materia. Diſtrahebar a ſcribendo:ſicq; mecum ipſe dicebã:Ad virum grauem iocos ſcribam: At quo pacto grauis eẽ iocando poſſim:Tum redibam in mentẽ: cũ meminiſſem :& Ci-

Cicero ceronem de cauillandi:iocandiq; gratia ſatis eleganter locutum
Demoſthenes & Demoſthenẽ apud Græcos idem factitaſſe: & pleroſq; viros doctiſſimos ſummam laudem iocando cõſecutos. Quid ẽ enim aliud iocus(vnde cauillum & facetiæ prodeũt) q̃ genus quoddã & artificioſumm & vrbanũ :quo vel mores alicuius cum modeſtia accuſantur :vel frænum in ijcitur inſolenti : vel inter amicos & pares aut non multo diſſimiles ridendi materia nõ procaciter exhibetur: Nam quis te fili accinxit enſi dicẽs Tullius:& riſum

Tullii. cõmouit & magnam multorũ cedauit aĩmorum perturbationẽ At quid illud apud Græcos de duplici D. D. in oraculi ſorte inuento:quo volebant aliqui ſcriptum interpretari:Dominaberis

Grecorũ D.D. Dionyſi. At ioco dictum:delyras Dionyſi:omnẽ in Dionyſijvim

ac mẽtem ſettentiã pendentem reuocauit : Prætereo Terẽtianũ Terentiꝰ
illud inurbanum. Tute lepus es:& pulpamẽtum quæris:Ad me
venio:qui cum nuper in corona virorũ eſſem clarorum:allectus
ſum ad iocandum a neſcio quo:quem & ſi vt Virgilius ait: fama Virv.ęne
obſcura recondit.Eſt tamẽ ea & auctoritate apud multos princi
pes & gratia :vt non ſint eius reſponſa:quæq; in eum reſpondẽ-
tur:negligẽda.Is enĩ in noſtros ſacerdotes inuectus:dicebat eos
edaces:voraceſq;:ebrioſos:libidinoſos: & hmõi cõfectos vitijs
Ego reſpondi:quod in Petrũ Apoſtolum dictũ perhibẽt:Loque Euãgeli.
la tua te manifeſtum facit.(Rogãte illo:quid dixiſſem: Idem alijs
complexus ſum verbis dicens: Qui de terra eſt: de terra loquiť Chriſtus
Percuctante rurſus illo ſatis litterarum ignaro: quid dicerẽ mu-
tatis iterũverbis eandemq; ſecutus ſententiã ſubdidi Virgilianũ Virgiliꝰ.
illud:Nauita de ventis. Et rurſus eo moleſtius inſtante quid di-
cerem:in illud Satyricum iudici:Tractant fabrilia fabri. Cum au Horatiꝰ.
tem omnino velletvulgi more latinius ac communius ab me ex
primi:quid demum vellem ſic ego.Conſtituit Gãmarus cũ vul- Fabula
pe de curſu certare :dicẽs ad currendũ ſe paratiſſimũ cum olym de
pionicis poſſe cõtendere. Vulpes irridebat primo gãmarũ beſti Grãma-
olam admirata : mox inſtantẽ audiuit.Sed cũ iam curſus decre- ro &
uiſſent ſpaciũ a quodam riuo in quo erat gãmarus educatus: ad Vulpe
alium vſq; riuum:in quo fines erãt prati:per quod currere cõſti-
tuerant:ſubdidit gãmarus ipſe: currere cũ vulpe nõ velle niſi eã
ſibi tanto præponeret interuallo: quãtũ eius vniuerſũ cõplecte-
retur corpus.Nolẽte vulpe quæ ſatis eſſe dicebat cõtentiõe:vel
ſine hoc pluri. Gãmarus inſtabat hoc velle vt maiorẽ aſſequere
tur victoriã:Tandẽ eius importunitate cõmota vulpes conditio
nẽ accepit.Spaciũ deſignatũ eſt:& extendẽtis caudam vulpis to
tũq; ad bene cõmodiuſq; currendũ corpꝰ:pilũ accepit caudæ gã
marus ex quo pãderet: qđ illa præ pilorũ multitudine nõ præſẽ
ſit.Mox dato ſigno :a carceribus ad calcẽ(vt aiũt)vulpes gãma-
rũ leuiſſimũ pertulit caudæ pendentẽ: cumq; ſe cõuolueret vt eũ
quẽ exiſtimabat adhuc eſſe in prima linea: irrideret:Is ſeſe ꝓſtra
uit:& ictu caudæ vulpinæ in ꝓximũ finitimũq; reiectus eſt riuũ.
Clamante autem illa:vbi nam es o bælua:reſpondit is:vbi tu o
feras:Conuoluens ad illũ ſe vulpes:illis eſt vſa Pſalmiſtæ : Hoc Pſalmi
eſt mirabile in oculis noſtris. Potes & tu fortaſſe bene ac leuiter ſta
currere : ſed curſoris certe faciem non refers.Hac fabula irriſus
eſt ille mihi:qui vellet alios quaſi vir grauiſſimꝰ accuſare : cũ ni-

hil habeterit in ſe non leuiſſimū. Titubare cœpit ipſe. Alios cœpit riſus non mediocris. Rem habes. Vale. Ex Mediolano. iij. calendas Ianuarias.

Synonyma iocoſa de ſe.

Ego mihi iocando non indulgeo.
Nihil prætereo quod ioci ſit.
Cum deſunt alij: ſum⁹ in meipſum iocoſus.
Habeo quid iocer vel in memet:
Cūctos iocis adeo.
Neminem ſine iocis prætereo.
Tā mihi ſūt facetiæ multæ: vt eas non poſſim obliuiſci.
Nulli⁹ rei facilius q̄ cauillandi memini:
Nō prætermitto cauillandi rationem.
Mordeo multos iocis.
In plæroſq; iocando veritatem exprimo.
Magna mihi eſt de facetijs cura.
Aphibeo præter cæteram maximam facetijs diligentiam.
Et ſi res graues nunq̄ obliuiſcor: iocoſas tamē nō reijcio.
Græcos imitor: qui i cauill' maximā vim eloq̄ntiæ ſtatuerunt.
Habent neſcio quid mordacitatis vrbanæ.
Facetos ego viros plurimi faciundos duco.
Cupio in omnibus iocis vti non indecoris.
Video plurimum prodeſſe facetias ſi nihil habent ſcurrile:
Iocoſos homines maximi facio.
Supra facetos video nullos hodie in precio:
Cauillorū audio legem antiquis vſurpatam
Plurimum iocis oblectari video cunctos
Ad facetias omnes intueor modeſtas inclinari.

Titulus. xvj.

Iocoſa de alio familiaris.

Acceepiſti an nōdū quidē noſtri Curij facetias: At ego tibi hominis omnemvolo laudem notā eſſe. Eſt vt illo vtar Hieronymi: non minus in cauillando q̄ in accuſando pron⁹. Vt Curius eſt ita nomine ſuo digniſſimus: cui nihil probari poteſt ſceleratum. Is vbi neſcio quem intuetur bonos omnis irridentē aſſidue in Curium iam riſum appareſſe: hunc vocauit in hominum coronam: conuentumq; non paruum: atq; ait: Scis ne bonevir: cur canes latrent: illo reſpondente: quonian fament: ſubdidit: male ſentis: at quoniam eorum hoc fert & vſus & natura. Verū intelligis: quare

Hieronymus Curius

infantes a laruis defleant viſis: dicente illo: quia lac debent quod emungatur: addidit: nec id quidem bene: ſed metuunt a beſtijs ſibi formidoloſis. At tenes, cur leone viſo aſinua rudiat: illo referente: quia metuit: nec id quidem bene: ſed quoniã paratũ videt regem: a quo poſſit vorari: natura id facit nõ metus. Quid annuerent hæc problemata: poſtulanti reſpondit: poſſe in eum conferri ſingula: qui conſuetudine naturaqꝫ canis ſẽper latrat: nec quid in quemq̃ loquatur: conſideret: eum vero nõ audere quicq̃ apud laruatum loqui: cum videret beſtiam hunc eſſe: qui laruatum ſe hominem diceret: quaſi ſimiam: irriſorem cœlitũ: ipſi vero poſt hac ſe ſuiqꝫ ſimilibus viſis: quaſi aſino apud leones rudiendum aſſidue: nec prohibendum ei quidem ſua ſententia loquacitatis: fatuitatis ſcurrilitatiſqꝫ precium. Riſere Curij grauiſſima & commodiſſima cũcti. Vale. Ex Mediolano pridie Kalẽdas Ianuarias.

Iocoſa de alio familiariſſima.

Petrum noſtrum ſcis eſſe inuerſum: nolui conuerſũ dicere: vt cauillo vti liceat litterarum mutatione. Factus eſt enim noſter monachus: vouit: vt ait: ſe nunq̃ peccare in ſeipſũ: ea vt apinor mẽte: quod ſuam cupiditatem fraudabit nunq̃. Animi ſe rationem habiturum conſtituit: hoc eſt quantum animus reddat voluptatibus. Bonꝰ eſt totus: nam cognomento dicitur bonus. Quis eo melior: qui ſe non negligit: Teipſum audi: ad Curionem ſcripſit Tullius. Id obſeruat hic noſter: præter ſe neminem audit. Per infamiam (ĩquit Apl'us) & bonam famam id iſtud curat: ſibi parat infamiã: ſuis reliquis viris optimis bonam famã. Totus (vt vno concludã verbo) iocꝰ eſt: qui nedũ alios (vt in ſe iocenter) cõmoueat: verumetiam in ſeipſum ipſe iocari non deſinat. Vale. Ex Mediolano. Kalendas Ianuarij. Tullius. Apoſtolus.

Iocoſa de alio grauis.

Omnis humanæ vitæ ratio: quæ pro virtutis conſuetudine ſit ĩuenta (vt inquit Lactantius) nõ niſi cum virtute coniuncta cenſẽda eſt. Cauillis autem & facetijs qui vti ſciunt: plurimũqꝫ (vt Plinius de Martiali ait) habet ſaliũ: quaſi condimento ſuauiſſimoqꝫ ad panem obſonio munitus accedit. Cum enim inueniantur qui mordere alios ſuis ineptijs apparati neminem metuunt: ſed & inurbani ſunt in cauillando & ſcurriles: vt mimi ſolent in ſcænis aut ad menſas paraſiti. Iocoſi viri docti ſunt: a quibus illi cogãtur reſipiſcere aut non aſſidue fuere: vt ait polybie. Mutius igitur hic noſter: quem appellamꝰ aliquãdo mutũ: non eſſe tibi nũc Lactãtiꝰ. plinius.

apppllandns mutus:neq; rurſus loquax:ſed eloquens & iocoſ⁹
Nam cũ eſſet in corona curiæ:a qua neq; milites ab eſſent:nec ſa
cerdotes:nec principes:inuaſit eũ ſtultus ille nebuloq; Paſinus:
Iuuenaliſ quẽ palatinũ ſucurram:vt Iuuenalis Paridem Pantomimũ vocat
diogenis merito ſumus vocaturi:petijtq; quid nam eſſet : cur rideret non
& Demo nunq̃:ſæpenumero vero fleret.In pte reſpondit:Democritũ imi=
critu riſu tor & Diogenẽ:qui eiuſmodi fuiſſent.Quare petijt ille:nõ in vni
uerſo at in pte imitaris:Quia illi ſubdidit:aut hoim ineptias om
niũ ridebant:aut inanis opationes:voluptateſq; quib⁹ merguntur
lachrymabãt.At mihi nõ omniũ ridendorũ dolendorũve labor
adhibetur:ſed illius dũtaxat cõuentus in quo verſeris . Riſum enĩ
ab ijs non contineo qui tuis oblectentur inſulſiſſimis ſalib⁹: ab ijs
gemitus mihi miniſtratur quicq̃ in te conferũt adiumẽti. Quem
me dixit ille:credis eſſe:Non credo reſpõdit: at ſcio certo te ca=
nis ſimillimũ qui aliquibus adulatur vt edat.Es enim edaciſſimus
colax:in aliquos latrat:qui eum verberibus ab ſe pellunt : vt tu
in eos ſoles mordendos eſſe diligenttiſſimus qui te quidẽ indi=
gnũ appellant:in quẽ vel munera perdantur vel cœnæ. Eſto canis
ſim ait.Quid deinde:Simia dixit.Qnare me ſimiã: Quia cũ neq;
hũanitatis habeas quicq̃:nec officij:nec loquare:nec audias:qua
lẽ Albertus eam eſſe deſcripſit: faciẽ tamẽ hominis præ te fers:
Albertuſ denteſq;:at nut⁹ beſtiolæ:& vt Iuuenalis ait : Es fraterculus ille
Iuuenaliſ giganti.Hiſce iocoſiſſimis : ſed veriſſimis quidẽ verbis obmu=
i criſpio. tuit ille:tamdiuq; ſiluit q̃diu riſimus oẽs.Mox ad aſtantes con=
uerſus:minime pudebit me inquit cœnare ꝓpterea. Vide qualis
eſt vterq;.Bene vale.Ex Mediolano.iiij.Nonas Ianuarias.

Synonyma Iocoſa de alio.

Eſt hic vir iocoſiſſimus.
Dici: hic omnia facetoſiſſime.
Nihil hic loquitur iniucunde.
Eſt in hoc homine plurimum ſalium.
Ex huius verbis aſſidue ioci pullulant.
Nullum eſt huius ſine cauillo verbum.
Abundat hic in omnibus verbis iocandi condimento.
Vt hic eſt facetoſiſſimus:ſic & vrbaniſſimus.
Quo pacto nihil immodeſte hic profert : ſic iocis ad rem vtitur
& perſonas commodiſſime.
Ex hoc homine loquente inter amicos:plus hauris ſalium q̃ ex
alio ineptiarum.

Nunq̄ hic facetus eſſe ſolet inurbanus.
Quid eſt quod hic ſine ſumma ratione cauilletur:
Qui hunc mordet inſipide:ab hoc mordetur ſapidiſſime.
Ad huius virtutes reliquas accedit quod eſt vnice facetus.
Eam hic habet in iocando gratiam:vt nullius accuſatione caſtigari debeat.
Tanta eſt huic in cauillis modeſtia vt nihilo excedat.
Quis hunc dicat mordacem:
Omnibus bonis huius facetię placent.

Titulus.xvij.

Seria de ſe familiaris.

Niſi laudē veteri accepiſſem Romanoq; verbo: in proprio ſordeſcere ore:ſeriū neſcio quid atq; graue de me ſcriberē. Acceſſit hunc noſter cōmilito:qui regentis hic titulo conduct⁹ ad docendū eſſet. Arbitrat⁹ eſt ſe Pythahorā philoſophando cenſeri. Pythagoras. Scotū ipſum ſapientię nodis enucleādis. Sępenumero in illud p uenit Ciceronis:vt & ſuperbū ſe declararęt:qui nihil reſpōderet Scotus. & cōtumelioſū:qui male reſpōderet:velle plus ſapere q̄ oporteret:aduerſus Ap̄li pręcepta. Vbi plurimū hęſitatū eſt vtrinq; : & Cicero Ap̄lus apud hūc qualē ſeſe in nos patefaceret:et apud nos qualē exiſtimaremus:tandē cœpit iactare : neminēq; ſibi philoſophum aut theologū dicere parē in vniuerſo terrarū orbe:nos vero iudicamus hūc malos educaſſe clientes a quib⁹ non laudatus ſeipſum iactaret. Interea et in me fremebat qui ei nō deferrē quātū vellet. Ego tum palā cum honorabā:tum priuatim: vt ſeſe ipſe vinceret: fruſtrareturq; ſpe ſua. Cupijſſet enim ab me contemni vt diſſidij cauſam inueniret. Tandem ſeſe leniſſimum apuit:hinc abijt aſſidue ſibi arrogans multa :me paratum inuenit : ſuperbus humilem:loquax elinguem:ebrioſus modeſtum:guloſus continētem. In ieiunijs:in vigilijs:in canonicis horis eſt cognitus:qualis eſſet. Hęc grauitas mea. Bene vale. Ex Mediolano.iiij. Nonas Ianuarias.

Seria de ſe familiariſſima.

Iam dudū egi cū lucio litē:ſed ita q̄dē vt nō litigaſſe at poti⁹ diſputaſſe videar. Egi eni vnā cauſam nec ꝑbris vnq̄ cōtēdi : nec iiuriarū vllo genere. Si quid excādeſcebat:nihil ad cōtumelias reſpōdebā:nihil ad minas:hoc dūtaxat:cū reſipiſces:hāc exues mētē: nūc tui nō es cōpos:tibi nō obtemperas:perturbata loqueris ratione. Rabies eum aliquādo furorq; videbatur inuadere:linguā

nutu:oculis:geſtuq; totius corporis loquebatur.Eo eram in pe=
tulantem minus exſperatus.Riſu cogitabam hunc opprimi Cū
pacatiore cerebro quieſcebas:tunc argumentis a me vincebatur
Vale.Ex Mediolano pridie Nonas Ianuarij.

Seria de ſe Grauis.

Saluſtiuſ Nihil arbitror in via dignius : q̄ in ſerijs aſſidue grauibuſq; ver=
ſari cauſis:quę(Saluſtio teſte)vt homines p ſe laudāt:ita ſemper
Baſilius. ad virtutē inclinant.Quis enim in re leui verſat⁹ aſſidue (vt Baſi
lius inquit)poteſt eſſe haberiq; non leuis: Nā qui de terra eſt (vt
Chriſtus Chriſtianū eſt illud)de terra loquitur:tritoq; apud Heſiodū grę=
Heſiod⁹. carū dicit̄ verbo:auē garritu noſci . Grauitatem iccirco veteres
in Catone laudāt:leuitatēq; in pleriſq; ſermonis vitupant. Mihi
nup id contigit:qđ neq; ſperabā: nec expectabā vt quidā me hy=
pocrita nō temptauerit ſolū ſermone immodeſto : ſed coegerit
q̄ ſit ſerius ſermo meus:aperire.Cum prędicaret enim : & ad eū
conuenirent pleriq; viri boni & ſimplices: & fortaſſe fame cupi=
di:ego vero minime:publica me cœpit inſectari prędicatione:il
la ſolita hypocritarum ſeruata clauſula:ſe mei miſereri: quē vi=
deret hoſtem eſſe verborum dei qui nunq̄ ad audienda pręcepta
Saluatoris accederē.Ad huius eo die auditoriū accedens:priuſq̄
Thomas e pulpito deſcendiſſe: hęc ſum pcunctatus:vt diui Thomę reme
dio vſus publicū hunc accuſatorē:publice docerem accuſandū:
Quęro bone vir dixi:Num deus ipſe ſis:Eo ſe deū negāte : ſub=
didi:Quę nā igitur lex docet:qui ad te nō audiendū accedit hę=
reticum eſſe:Quoniā ait: Ego hic ſum qui loco domini loquor.
Vbi mandatū dixit:Quiſte procuratorē inſtituit:Ego ne tibi cre
dam:quē contra ſunt omnia dicta:Te mulēto ſobrietas : Ignauo
ſollertia.Furenti prudētia:Imperito doctrina eſt contraria.Quis
Iuuenaliſ te ĭ his virtutibus credat recte loqui qđ neſcias: Veniteq; in men=
ĭ ſcda ſa= tem Iuuenalis carmen:Loripedē rectus derideat: ęthiopē albus
tyra Et rurſus. Quis ferat Gracchos de ſeditione querentes : Dębet
Chryſo= vt Chryſoſtomus docet a nemine poſſe incuſari : qui accuſat a=
ſtomus. lios.At ille obmutuit:nec quidem auſus eſt ad ea reſpondere :q̄
addidi ad eius vitia.Seria fuere omnia hęc a doctiſſimis iudica=
ta.Bene vale.Ex Mediolano Nonis Ianuarij.

Synonyma ſeria de ſe.

Nihil eſt mihi ſeria oratione charius.
Grauis ſermo cunctos decorat.
Qui ſapit ſermonis dignitatem : in ſententiarum crebritate ſitā

iudicet.
Orationis laus omnis in ſerijs eſſe debet compoſita.
Si vis loquens omnibus eſſe iucundus:grauis eſto.
Nemo ſe cuiq̃ grauitate verborum ingratum exiſtimet.
Abhorret ab omnibus oro non grauis:at ſeria cunctos delectat.
Quis eſt tam alienus ab omni doctrinę genere:cui grauitas pondusq́ verborum non placeat.
Nemo tam rudis eſt quem non delectet plurimum oratio ſeria.
Iocoſa nutriunt aures:at grauia mentes.
Animis hominum ſermo ſerius eſca quędam eſt: omne viuaciſſimum afferens nutrimentum.
Oratione graui maximopere lętor.
Tam eſt mihi voluptuoſa oratio ſeria:q̃ quod maxime.
Cum inverba peruenio grauitatem prę ſe ferentia:nihil inde me facile detrahit.
Sum rebus verbiſq́ ſerijs deditiſſimus.
Seria quęq́ in epiſtolis me ſibi aſcripticium aſciſcunt.

Titulus.xviij:

Seria de alio familiaris.

Quam ſit noſter Curius grauis in omni re ſua: vel ei⁹ ſermo manifeſto docet eſt ei totus ſerius. Diſceptauit nũc de diuinis publice in clariſſima theologorũ corona. Quis poſſit (vel ſi centũ habeat Homeri:quas Perſius replicat linguas) deſcribere q̃ omnia dixit ſerie. Credidit aduerſarius hũc cauillis mordere:nũc Mercuriũ ęgyptiacũ vocans:nũc Coloſſum rhodium:nunc circulum ad tabernam. Hic tulit iniurias: verbis reſponſa reddidit q̃ grauiſſima:eo illi turpius eſſe qđ loquatior ab elinguibus ſuperaret. Tandẽ in id deuentũ eſt: vt interminatus fuerit aduerſarius. At Curius q̃ grauiſſime dixerit:nõ iniuria cõſtituiſſe iuſciuile: opus eſſe facto vbi verba nõ ſufficerẽt. Propterea ſibi cedendum duello:nõ cõtentioni. Dic ille inquit:ſi nõ cedis: Immo nichil hic ait: cedendo taceo: ne te cogam: vt Terentius voluit: Ex ſtulto inſanũ reddi. Cognouerũt Curij grauitatem omnes:illiuſq́ leuitatem. Bene vale. Ex Mediolano.viij:Idus Ianuarij.

Perſius

Mercurius ęgyptiacus.

Coloſſus

Terenti⁹

Seria de alio familiariſſima.

Voluiſſẽ:affuiſſes cũ hic noſter Curius cõpulit nos ſuã grauitatẽ ſupra modũ admirari aduerſus petulẽtiã Marcantonij: cu⁹ cõtumelijs afficiebat aſſidue ſua in lite: fuit ea verborũ modeſtia vt nil graui⁹ dici q̃at. Ille maledicebat:hoc ſemp bñdicente. Ille hũc

ſtultum vocabat:hic eum ſapientem.Sic tandem:Si tua iſtæc ſer mo cinatio ſapientis eſt:mea ſtulti:quæ contraria tuæ.Vale. Ex Mediolano.viij.Idus Ianuarij.

Seria de alio grauis.

Curius noſter vir grauiſſim⁹ : & ſi nunq̄ aut fecit quicq̄ non per modeſte:aut cogitauit nō prudentiſſime: aut locutus eſt non ſerio quibus virtutum generibus reliquos huius ætatis ſuperauit omnis:nūc tamē ea & cogitauit:& dixit:& fecit :quibus ſeipſum ſuperauit :vt illo vtar Iſocratis. Nam cum in hac vrbe delectus fuerit prouinciæ monachorū noſtrorum præſes : aduocauit primum in conſilium ex omni ordine miniſtros atq; cuſtodes : habuitq; orationē & copioſam & elucubratā diligenter de ijs omnibus quæ deceat illos obſeruare qui vitā religioſam delegerūt Hac autem paucis comblexus eſt : quibus ordo noſter teneatur votis.tantaſq; tū caſtitatis:tū volūtariæ paupertatis ac obedientiæ laudes protulit:vt incredibile dictu ſit. Nam & ab Ari&otele declarauit has eſſe inſtitutas leges vitiorū fugandorū: qui virtutem diſtinxit in cōtinentiam virtutē & heroicam: & chriſtiano exemplo id apertum eſt:cum non permiſit ſe ſaluator temptat⁹ a ſpiritu in incontinentiam delabi per panis oblationem in ſumma fame:nec in ſuperbiam p hortationem vt ſe deijciens expinnaculo ſperaret ab angelis in manibus ſuſcipi: nec in auariciam per regnorum omnium promiſſionem ſi cadens adoraſſet eum Addidit & illud Iohannis:Quicquid eſſet in hoc orbe : aut in caſtitatem eſſe carnis:aut vitæ ſuperbiam : aut oculorum incontinētiam. Proptereaq; religioſum aduerſus ea mūdi pericula debere ſeſe aſcribere caſtitati:obedientiæ:paupertati.Mox in hæc explicanda deſcendit:execratus libidinem ſupra modum : quæ cæcum ſequeret ducem:cū qua eſſet omnis immunditia :omnis turpitudo.Superbiam vero illam fuiſſe docens: quæ coegit primos ſpiritusin abyſſum cadere.Auariciam pari modo illinc originem duxiſſe a qua fiunt homines immanes in pecunia optanda:quā vt inquit Cicero:nemo ſapiens cōcupiuit : & Sophocles dicit:Auri cupiditatem abiectione mentiū gigni. Deinceps vbi conſulto cū patribus multa commentatus eſt ad religionem ptinentia:cunctos adiuit conuentus:alios puniuit peccātes: alios caſtigauit errantes: alios advirtutes(Propoſitis etiam præmijs) inuitauit : ea verborū grauitate vt admirati ſint omnes:maluerintq; huic obtemperare:vel acriter verberanti : q̄ alteri vel hu-

Iſocrates

Criſtus tēptatus ad dyabolo.

Iohānes ī ſua canonica.

Supbia Auaricia.

Cicero Sophocles.

manius mitiuſq; cogenti. Vide quantum inter hominem hunc huiuſq; cuncta ſeria:& alios aliquando acerbiores(ſed leuiores) interſit. Bene vale. Ex Mediolano.vi.Idus Ianuarij.

Synonyma Seria de alio.

Certe hic vir eſt grauiſſimus.

Hoc vno quis magis ſerijs delectatur:

Eſt in hoc tanta grauitas vt nihil non loquatur ſerio.

Tanta eſt in Curio verborum ac ſententiarum copia:vt admirabile ſit.

Verborum ac factorum hic pondere hac mẽſura cunctos ſupat.

Nihil ab hoc profertur inſipide:nihil immodeſte.

A nulla grauitate abhorret hic noſter.

Eſt huic oīm in ſerijs & cogitandis & dicendis haud inferior.

Vt cogitat hic omnia mature:ſic facit conſulto.

Temeritas & inſolentia dicendi agendiq; Curio eſt protinus inimica.

Prudentiſſime Curius cuncta rimatur:& conſultiſſime perficit.

A Curio tam abeſt leuitas q̄ ab inſanis grauitas.

Cum Curio nulli ſtulto quicq̄ eſt commercij.

Tanta eſt huic cum ſapientia familiaritas:vt ab ea nullis vitę ſuę partibus poſſit diſſiungi.

Curius cum eſt in agendo prudentiſſimus: tum in dicemdo grauiſſimus.

Vtinam omnes qui ſerijs delectantur:Curij ſimiles fierent.

Si res publice Curij ſimilibus manderentur gubernandę: fœliciſſime ſemper eſſent.

Titulus.xix.

Imperatoria familiaris.

Et ſi non dubito:vos milites huic ædicto continuo fore obtemperaturos:nec multis arbitror opus eſſe ad eos adhortandos: q fuere ſemp mihi obſequentiſſimi: vt adijciam tamẽ calcar equo ſponte currenti (vt Euripides dicit) vobis impero : vt ad diem conſtitutam in caſtris cum impedimentis iam ſitis. Dies autem erit.xii.Kalendas Aprilis.Martis eni fauore fræti:,qđ veteres factitarunt:bonis procedamus auſpicijs.De victoria nobis ac hoſtilium fortunatum præda nobis eſt nihil dubitandnm : cum infirmi ſint illi : nobis autem nihil ex his deſit:quæ inquit : Cæſar ad oppugnandos hoſtes neceſſaria.Nam & militum numero ac præſtantia illis antecellimus : & glorie cupiditate quæ in omni

Erupides

Cæſar.

adeundo diſcrimine plurimum valet. Facit enim vltra cætera q̃ qꜭ militum præmia hæc nobis propoſita immortalitatis merces: nos ad omne facimus magnum & memorabile pronos. Venite igitur iuſſu imperatorio: nec niſi velitis meam indignationem in vos experiri: vllo pacto deſiſtatis. Valete. Ex Mediolano. v. Idus Ianuarij.

Imperatoria famili ariſſima.

Non ignoratis vbi caſtramentari conſtituerim: & ad quæ nos oporteat accinctos eſſe. xij. calendas Aprilis dies eſt deſignata: qua prodeatis in caſtra. Quã vos deceat obtemperare imperio: non neſcitis. Ad hæc & paratiſſimos vos eſſe duco: & vnice prõptos. Itaqꜭ nichil opꝰ eſt pluribꝰ hic certe. Fierem in dicẽdo longior: ſi crederẽ vos eſſe ad obediendum difficiles. At vt ſeruet̃ militaris ordo: vobis impero: ne quid excipiatis cauſæ cur non veniatis ad deſignatã diem. Itaqꜭ vobis gratiam meã ad veniendum dico. Valete. Ex mediolano. iiij. Idus Ianuarij.

Imperatoria Grauis.

Multę ſunt in impatore cauſę: quas nequeũt ij cognoſcere quos obtemperare decet: nec oĩa ſciſcitari. Nam vt ait Alcibiades: q̃ videt impator: ipſe tenet. Xenophon autem ille philoſophus & impator. alia eſſe dixit in impatoribus: alia in militia. Qꜭobrem & Ageſilaus fœlices ait eſſe milites: quibus imperator ediceret agẽda: cõſilia vero nõ niſi detegerat in tpe. Scio quid michi cum hoc hoſte deſignato ſit agendũ: & q̃ facile poſſim hũc ſupare. Nã quæ quattuor debeãt in impatore inueniri: q̃ egregie poſſideam non ignoratis. Nec me iacto: ſed vos mea laude in hanc & alias expeditiones animandos eſſe reor: cum non abeſſe ab me rei militaris ſcientiam videatis: nec virtutem in præliando: nec auctoritatem in rebus gerendis: nec fœlicitatem in proſequendis: quibus perfectum imperatorem Tullius extulit. Contra vero his fere omnibus carere noſtros hoſtes: vos non latet. Habent neſcio quid plus diuitiarum. At nos animos eo maiores: corpora eo fortiora. Sunt locis munitiſſimis. Omnia vincit dies: Obſidebimus ſi ij fortes habent muros. Quid non domat obſeſſio vt inquit Cornelius: Obſidioni ſuccumbunt omnia: vt plinius eſt arbitratus. Venite vos modo ad diem conſtitutam: nec ſi a me acerrime non vultis mulctari: quicquid inueniatis cauſæ: quo minus veniatis. Laborabimus fortaſſe non nichil. At vt illud eſt Ageſilai: Laboris difficultatem ſpes victoriæ con-

Alcibiades
Xenophon
Ageſilaꝰ
Tullius
Corneliꝰ
Pliniꝰ.
Ageſilaꝰ

ſolabitur atq; recreabit :ex qua ꝓcedet & merces & gloria. Vos me tenetis:Venire continuo.Ex Mediolano.iij.Idus Ianuarij.

Synonyma imperatoria.

Impero vt continuo huc eatis.

Ite in caſtra imperio meo.

Ne deſitis imperatoris verbis.

Audite hac in re me imperantem.

Hæc eſt res quam vobis imperator edico.

Præfigo vobis imperatoris gratiam.

Imperatorio vobis hoc præcipio iure.

Facite vt non deficiatis imperijs meis.

Si non exequimini quæ imperaui:pœnitebit vos errati.

Vbi non parueritis imperio meo:ſubibitis pœnam.

Præſtate vos in obediendo difficiles:ſi vultis imperatorem iratum experiri.

Quando nichil ex imperatoris præceptis omiſeritis: conducet vobis ſummopere.

Deerit vobis apud me nichil:ſi nihil ex imperijs meis neglexeritis.

Si cupitis a me conſequi plurima : difficiles vos nuſq̃ imperijs meis exhibete

Eſtote in ijs quæ vobis impero paratiſſimi.

Ex præceptis meis deſpicite(ſi ſapis)nullum.

Adhibete diligentiam omnem in proſequendis:quæ impero.

Sola obedientia vos in omnem euentum imperatori q̃ commẽdatiſſimos faciet.

Titulus viceſimus.

Minatoria turpis familiaris.

Cum non ſoleant ratione feræ coerceri:ſed minis: vt Alchmæõ inquit poeta:qui ferina ſunt natura:eodem videntur eſſe cohibẽdi caſtigationis genere.Q. ſis ab humanitate diſtractus O belua tum non leo ſolus:ſed elephas:cum ignores ipſe:cæteri nõ ignorant:auſus es O temerarie in me debacchari : nihil ex ijs omiſiſti quæ ad meum dedecus attinerent . Scis eſſe me ijs & clienteslis:vt nihil effugere diſcriminis valeas:quod te ſubire conſtituã Caue igitur quantum potes : & tibi commilitones iſtos tuos lenones:ac reliquum nebulonum genus tuo adiunge lateri . Tuebitur te nullus ordo:ne tandem in meos concidas laqueos.Curabo te aſinum bipedem ad necem vſq; deuerberari . Porcum Alchmæon.

aūt in cryptis aſſidue cænoniſſimū: in cloacis abdine in lucē hominū ꝓdeas ꝑpetuū& patriꝯ dedec⁹& paratū.lādudū tumuiſtivētre iſto abdñe ſuffarciato: nec min⁹ temulētiſſimis verbis:ꝗ ebrioſiſſio ſenſu in oīe ſcelus ꝑapſ⁹:neq; hoīes metuiſti:nec deū eſverit⁹.Oīefacin⁹ licere tibi attēptare duxiſti:quia nemo te furētem correxit:nemo te impudentem caſtigauit.Poſthac aut obibis:aut fies mea caſtigatione minus petulans:minus inſolēs:minus beſtia.Quid quod te audes mecum velle conferre:Quid qđ neq; te meritis nec tua ꝗ vilis es officio:ꝗ turpis fama:ꝗ i omnium oculis ignobilis atq; degener.Huic audaciꝯ opus eſt me correctore:vt ꝓ illo .Hieronymi:Qui loqui neſcis:diſcas aliquādo contiſcere:cum tibi ſit lingua in fruſta cꝯdenda vita vero & ſpurca & in tolerabilis.Ex mediolano pridie Idus Ianuarij.

Hierony.

Minatoria turpis familiariſſima.

Fac vt intelligas beſtia:qui diſpare certem⁹ voto.Tu nulli⁹ eſtimationis:ego aliquis in eorum numero qui habentur in precio Tu vir neq̄ qui rem ſemper agis perperam:ego ſine conſilio nihil.Habebis meo iuſſu mercedem & dictorū meorū ſimul & factorum.Nā dignus es mercennarius tuo precio:qui nihil dicas veri:nihil non iniqui.Debacharis in bonos omnis:idq; tibi euenit:vſuqđ Simijs:quæ quo magis in altū prouehūtur:eo pudibūda magis detegunt.Dicis oſtēſurum te medium:vt Iuuenalis ait mihi reliquiſq; digitū:qui tibi comminant̄. Potes id & ſoles efficere:Quid& nates detectas oñdes:At feras meritū ob ſtulticiā. Qđ ſi te non piget errati:pœnitebit acceptæ pœnæ tibi debitæ. Ex Mediolano.Idibus Ianuarij.

Simia.
Iuuenal̄.

Minatoria turpis grauis.

Q̃ꝗ clarorum hominum minæ turpes eſſe non poſſunt : cum a celebri viro:vt Cleobolus Lyndius inquit nihil vel dici vel fieri turpe quæat:non poſſum non tamen obſcœnitate verborū vti i te inuadando.Quid autem eſt aliud inter minari:vt placuit. Maroni:ꝗverbis iuader:Tu nihil vl̄ omiſiſti:vl̄ ꝑmiſiſti qđ ad meā t̄pitudinē attieret:ꝗuis ea quoq; turpitudo dici non valeat:quæ bonum virum quicq̄ falſo diſſeminat:vt Auguſtinus docuit dicens.De bono turpe quicq̄ fictum non durat.Nec turpe quidem eſt:quod non niſi turpibus fidem facit: niſi omne quod a turpibus prodierit:turpe vocetur.Sed niſi reſpiſcis:ex capro aſinus fies.Caper eſt enim hyrcus ſine teſtibus:cuius coniunx eſt multorum vſuraria.At aſini ſolent ſyluis onuſti ſæpe domum duci

Clebol⁹.
Maro
Auguſtinus

Vehere tu quidem hac ſarcina militari prǣditus: in quam me vi diſti cloacā: in quem tam impudice locutus ſis: Num me tibi vi deor dignus: in quem inſanias: At ego tibi pharmacum curatori um ſanitatis procurabo: aut illam cædi tibi ſtudeo venam: de qua Iuuenalis: O medici mediam pertundite venam: Et de qua Perſius: Nec enim mihi cornea fibra eſt. Caue tibi neq̄ beſtia: vt ſatyrico vtar verbo. Dicent aliqui: non eſſe te murem leonis ira dignum aut cyricem aquilę furore puniendum. At ego nullnm excipio plectandum qui me lędat Nunq̄ enim caſtigarentur inſa ni: ſi viuerent hodie qui Periclis atq; Socratis patientiam aduer ſus maledicos maleficoſq; laudabāt. Irridētur nūc qui nō vlciſcū tur iniurias: iniuſtiq; ducuntur qui eo tolerantię genere alios ad idam inuitent criminis. Ego te cogem in Syllę pedicularem in= cidere morbum: & in inſomnie eius in inſomnietatemq; Marii: de qua errant qui cenſent Iuuenalem ſenſiſſe cum inquit: Exul ab octaua Marius bibit. Ego tibi vitam eſſe tedio ſtudebo: vt miſer rimns omnium tiipſi ſis odio. nec a tuis quidem adiuuari vale= as. Ex Medlolano. xix. Kalendas Februarias.

Iuuenal. Perſius. Pericles. Socrates Sylla. Marius. Iuuenalis

Synonyma minatoria turpia.

Diminuetur tibi lingua noſtra opera.
Curabo vt nequeas eſſe loquax.
Afficiam iniuria te non diſſimili.
Ab me non inferiorem accipias pœnam: q̄ feceris iniuriam.
Cuſtodi diligenter tibi teſtes: ne caſtoris fias ſimilis.
A mea vigilantia tibi ſummopere cauendum eſt. (feras.
Nihil debes ſtudioſius animaduertere: q̄ ne pœnam ſtulticiæ.
Aequiſſimus cenſebor: cum te pro tua in me malignitate ple= ctam.
In te vnum omni odio inſectandum ero ſollertiſſimus ac vnice intentus.
Omni opera tuum interitum: aut ſummam aliquam turpitudinē examinabo.
Ero in te puniendum curioſiſſimus.
Nunq̄ in te ſumma quadam iniuria conficiendum conquieſcam
Adhibebo in tuam perniciem omnem pro ingenio diligentiam
Nulla me cognoſces in re die noctuq; acutiorem: q̄ in exitio tuo ſumma quærendo cura:
Tunc me tuis defuturum incommodis inſectatorem crede: cum

ignis coire cum vnda ſciet.

Cupio vt intelligas dum viuam: deeſſe mihi acrimoniam vireſq; in te odio perſequendum non poſſe.

Fac vt immemor tui ſim prius q̃ tuas obliuiſcar iiurias: & te nō plectam.

### Titulus viceſimuſprimus.

### Laudatoria familiaris.

Terenti⁹. Curius noſter omni laude cumulatus illud famæ genus cōſequi poteſt: de quo Terentius inquit: Homo perpaucorum hominū: immo nullorum: digniſſimus eſt Curij nomine. Is enim de quo tantam omnis hiſtoria mentionē facit: Plutarchi teſtimonio vir fuit: vt frugaliſſimus (& ea quidē frugalitate: quam Cicero vult omnem complecti virtutem) ſic æquiſſimus fuit: ſi eius reponſa & Sannitibus & alijs facta diligentius conſiderentur. Quid ſi a diligenti per omniū rerum ſibi agendarū curam Curius cœpit appellari: Tu vero tali tātoq; patre natus ne degeneres: cura nō in hoc minus ſis: q̃ in omni probitate: innocentia: prudentia fuerit ille Curius. Video ingenij tui acrimoniam: memoriæ præſtātiam: doctrinā iam pene paternam: aliaq; tum naturæ: tum induſtriæ munera: quibus genitorem ſi non ſuperas: æquas certe.

Plutarchus.

Cicero

Quibus ſi non reſpondes augenda laude quæ nuper in tuo nomine iecit fundamēta: certe delaberis: nec quo pacto reſurgas inuenies. Grauis eſt in te commota hoſtium omniū expectatio: quibus ſis viribus: vt de Curione dicit Tullius: qua via ſis patri futurus nō diſſimilis: Sed quid ego ea in re dubito quicq̃: Generoſa ſemina in hortis creſcūt ſuis. Pater tibi fuit vnicus in Italia ſcientiæ ſplēdor. Tu quidem ab ineūtibus annis bonis litteris deditiſſimus. Cenſendū eſt tibi deeſſe nihil poſſe: quo ſis apud poſteros immortalis. Quod vt cōmodius cōſequaris: me nō habes inferiorē cæteris: qui tuis laudibus æternitatem ſcridēdo patrē: quod aſſidue facturus ſum. Bene vale. Ex Mediolano. xviij. Kalendas Februarias.

Tullius.

### Laudatoria familiariſſima.

Non ero in dicēdo longior. Vidi quæ ſcripſiſti ſingula. Sum tuum acumen admiratus. Eloquentiam vero tuarum epiſtolarum tanti feci vt nullius poſſim efficere pluris: vel veteris vel noui. Admiſces tot in ſcribendo ſentētias: tot cū ſentētijs teſtimonia: tot cum teſtibus argumēta: vt legendo alliciar ad exiſtimandum ex te flumen profluere verborum. Quid autem minus ſcabrum:

minus perplexum: minus vile: Omnia in tuo ſtilo videntur antiquitatem redolere. Adde ꝙ es humaniſſimus: non ſuperbis tua laude: non tumeſcis. Quo tibi maior eſt gloria: eo tu minus (vt multi ſolent) inſolens: minus elatus: minus iactabundus. Dij tibi fortunent nomen quo digniſſimus es. Me habes cui quod tantꝰ ſis & habearis: es ſtupori vere incerdibili. Bene vale. Ex Mediolan p. xvj. Kalendas Februarias.

Laudatoria grauis.

Atriplicibus fortunæ corporis atq; animi benis: voluere Peripatetici laudandos eſſe viros: quos hac in pte Cicero ſecutus eſt: cum cæteris ſit omnibus Platonem imitatus: qui duplicibus dũtaxat contentus erat: internis ac externis vt fortunæ: nec in animo: nec extra animum diceret: ſed ab vtriſq; aliena. Quam hæc omnia ſint in hoc noſtro patre: attēdite per deum immortalem O fratres viri erudiſſimi ac religioſiſſimi: vt cognoſcatis manifeſto: q̃ nobis in huius diligendi cura conſilioq; ſit gaudēdum. Eſt primum (vt a leuioribus ad grauiora quæramus progreſſum) ea generis nobilitate: quæ in Italia poſſit iter primas nũcupari. Nã ſi florem huius hodiernæ Italiæ debemus exiſtimare inſubriam & agrorum vbertate: & vrbium amplitudine: & ſoli dexteritate: & virorum præſtantia. In inſubria vero Mediolanum ciuitas ea eſt cui ſimilis in toto non inuenitur orbe[illegible]rũ: vel populi multitudine: quam Suidas ſcripſit populoſiſſimam: vel rerum ad vitam hominis dignitatemq; neceſſariarum: certe hic eo nobilior eſt: quod Mõdella familia cretus: & generoſa eſt & antiqua in ea vrbe domo: parentibus cretus optimis: clariſſimis: Inſubriumq; principibus ſemper iucũdiſſimis: de quibus (ne ĩ illud incidã Senecæ) Aliena iactam: qui genus ſuum laudant: hoc proſequar qđ apud Iuuenalem eſt: Cuncta licet veteres exornent vndiq; cæræ atria: nobilitas ſola eſt: atq; vnica virtus. Nam & ſi eſt generoſiſſima ſtirpe ſatus: ſi natura in huius vniuerſum corpus fuit liberaliſſima: ſi neutrimentum & educatio huic plurimum profuit: multo plus tamen laudēdus eſt ab animi bonis modeſtia in adoleſcentia: diligentia bonarum artium in iuuentute: prudētia in ſenectute hac viridi: vt illud eſt Virgilij: Sed cruda deo viridiſq; ſenectus: ceteriſq; in omni ætate virtutibus: quibus aut ſuperauit maiores ſuos: aut illorum attigit laudes. Prius cœpit laudari cõtinentiæ: q̃ ſcire poſſet quid foret continentia: vt de Epaminunda & de Hageſilao a Grecis ſcriptum perhibetur: aſſidue religioni tam vacans & caſtitati: vt inſenſatior: vt dicit Ariſtoteles: nuſq̃

Peripatetici. Cicero Plato. Inſubria. Mediolanum Saidas Mondela Seneca Iuuenplis vir. vi. æ. Epaminũdas. Hageſilaꝰ Aruto.

uacantes voluptati: q̄ mūdior aut abſtinentior ſoleret apud ſoci os adpellari Mox in mūdi cōtenptū ſe ſe induebat eo quo nunc panno. tumqa cōſtituiſſet Franciſcaſter eſſe: tum quia iam elegā= tiæ hoſtis eſſet. Pluribus hunc argumētis omnes propinqui ab ea diſtrahere vitæ via nitebantur. Hic aſſidue vt ſūme ſolent cau tes annoſiſſimæq; arbores: inconcuſſus ac illabefactus loco mo ueri non poterat: ſe ſibi natum imprimis inquiens: ſibi velle ſa= tiſfacere: Si quis illud adducebat Academicum: non ſolis nobis uos natos eſſe at patriæ: parētibus: & eiuſmodi reliquis: hāc eo= rum eſſe vitam dicebat: qui in agendo verſantur: non amiciendo non inpoliendo. Intriſeca hæc ſuo poſſe quemlibet ingenio de= bereq; curare diligenter quæ ad animum fœlicitatemq; compa= randam pertinent: vt Theophraſtus inquit: Extrinſeca vero nul lis a ſapientibus pendi: noſtro ne an alieno fiāt admonitu. Quid quod neminem audiuerit: nulli auſcultauerit: nemini obtempe= rauerit vt religionē non ſit ingreſſus: Ouidianum illud ad dehor tantes vſurpans: Nitimur in vetitum: Quamobrem iam admo= dum adoleſcens præfectus eſt Thauriſco monaſterio: vt de Sci pione: cui iuniori longe ante ſenatorios annos demādata eſt re= ſpublica: & de Alexandro Macedone: qui tā natu minor tot res geſſiſſe perhibetur. Eam autem adminiſtrationem cum pleriſq; alijs: quibus deincep[illegible]ſidue prælatus eſt: tam exercuit perhu= mane ac per benigne: vt admirati ſint omnes. Nō multo poſt a= pud pōtifices multos egit maxima: nec in patrię ſuæ: nec in ami corum negocijs vnq̄ defatigatus eſt: nunq̄ laboribus ceſſit: vt iā alter Clearchus vocari poſſet: qui cauſas & amicorum & patriæ præferebat ſuis. Ea tamen fuit ſemper demiſſione ſuæ laudis: vt cum vel fiducia ſui quiret: vel vt ſe notum redderet apud ico gnitos: nūq̄ ſe voluerit vel laudare vel in faciem laudari: ne quis poſſet in hunc aſſentator exiſtimari. Quinimo ſecum ipſe ſi q̄d laudabatur in eo: memoria illud in Apollinis templo ſcriptum quod ab Homero vſurpatū eſt: & Pittaco Mityleneo repetebat: Noſce teipſum: ſeq; non tanti iudicans: arbitrabatur a Socrate diſcere poſſe: qui ſe diceret vnum ſcire ſolum: quod nihil ſciret: illudq; Ciceronis non obliuiſcebatur: nec natura nouū nec ſcię= tia vetus reperit. Tandem in hanc eſt profectus ſedem vt nō ſo= lum ſua ſingulari virtute peperit amplitudinem: ſed ſuis omni= bus: hoc eſt nobis: noſtræq; religioni: ſuę patrię: ſuis agnatis: co= gnatis: neceſſarijſq; ac propinquis reliquis laudem atq; gloriam immortalem. Non enim in hanc præfecturam ſorte coniect⁹ eſt

Academia

Theophraſtus

Ouidius.

Scipio

Alexāder

Clearch⁹

Homer⁹.

pittacus.

Socrates

Bicero

ſed vna omnium eorum ſententia: quibus huius delectionis bonus imminebat. Non hoc loci corruptelis tẽptata res eſt: vt ſæpe: non amicorum ſtudijs: vt aſſidue: non principum litteris cõmendaticijs: vt ſemper at ſola virtute: probitate: doctrina ſapiẽtia huius Lodouici: huius theologi clariſſimi: huius viri animo maximi: hui⁹ ſuo cognomẽto digniſſimi: qui eſt iccirco de Mondello dictus: quoniam mundum vincens: paruus ſit mundus virtutum quaſi theſaurus effectus quem microcoſmon Bernadus ſilueſter appellauit. Huius nunc regimur & gubernamur claritudine: p̃ceptis ac inſtitutis. Habemus quem imitamur: virum pręſtantiſſimum philoſophum & doctrina & moribus: Theologũ optimum: patrem innocentiſſimum: pientiſſimũ: religioſiſſimũ cuius quotiens per veſtigia procedemus: totiens non errabim⁹. Qđ ego per me decreui vos hortor: non recuſetis: cunctis vnice conducturum. Ex Mediolano: xvi. Kalendas. Februarias.

Synonyma laudatoria.

Hic vir eſt dignus viri nomine.

Summa eſt huius virtus.

Nullam virtutem hic minus tenet:

Omni laudi æque hic operam adhibet.

Vt modeſtia iuuenis antecellebat cunctos: ſic nunc prudentia præſtat omnibus.

Hic nullius eſt probitatis: præter cæteras particeps: ſed omnes tenet mediocriter.

In omnia virtutum genera Curius eodem habet pacto.

Tantus eſt Curius: vt diuinus poſſit potius q̃ hũanus appellari.

Virtus Curij vt eſt admirabilis. ſic incredibilis.

Ad hunc diuino ſunt munere: omnium delatæ virtutes.

Qui velit huius proſequi laudes laboret infinitum.

Nemo vel diuitius ſcribens calcem attigerit laudum huius enumerandum.

Maxia eſt de hui⁹ virtutib⁹ apud omne humanũ gen⁹ admiratio

Facit curij ſanctimonio: vt in eo laudando viris vel eloquentiſſimis verba deſint.

Qui ſunt in cæteris copioſiſſimi oratores: in laudanda huius virtute obmuteſcunt.

Ampliſſimus eſt proſequendæ tuæ virtutis campus.

Non poſſum non te fœlicem hac virtute iudicare.

Titulus. xxij.

Vituperatoria familiaris.

Cicero. Turpe videri poteſt huius mali atq; pernicioſi hominis vitia inſequi. Sed hoc habet prudentia: Ciceronis definitione: vt rerum bonarum malarumq; ſit ſcientia. Veritas autem Chaldæorũ definitur aſtronomorum verbis: per quam quæ fuerũt: ſunt: aut futura: ſunt immutata dicuntur. Quamobrem & prudentem oportet tã mala ſcire q̃ bona: vt ab ijs caueat: hæc ſequatur: & qui verum ſequitur: remq; vt eſt: ſic explicat: minime peccat. Nõ inuehor: vera ſequor. Eſt ille nebulo tam mentis inops: vt nihil animaduertat: omnia ĩtemperate ſimul & inſolenter efficiat. Vacat libidini pluſq̃ poſſit: violatq; in hoc naturam: vt capulam admittit: huius ampliãdæ gratia. Teſſeræ ac omni tali generi adhibet omnem operam. A virtute vero tam eſt alienus: q̃ a celo refert tellus. Nam eſt: vt paucis agam: puerſiſſimus: ebrioriſſim⁹ mendaciſſimus: ſceleratiſſimus. A deo delectatur decipiens aliquem fraudans: dequoquẽs: vt inde ſummum ſe bonum eſſe conſecuturum exiſtimet. Fur autem eſt diligẽtiſſimus: aut ante rem tibi ſubtraxerit: q̃ tu tibi quicq̃ in hũc potueris ſuſpicari. Quare ſi qd es acturus cum hoc monſtro: ne tibi cẽſeas caueri quere: ſed deũ optimum deprecere: ne hunc ſinat ad te ire. Non recedet abs te ſine tua vel ignominia: vel re perdita. Qui enim alicuius vident cum hoc familiaritatem: quibus quidem ſit cognitus mirantur nec poteſt nõ exiſtimare quicq̃ ĩter eos eſſe flagitij. Quare ſi me amas: hunc abs te abijce: ne aut ĩcommodo te afficiat: aut famã tuã maculet. Bene vale. Ex Mediolano. xv. Kalẽdas. Februarias.

Vituperatoria familiariſſima.

Malus eſt Sulpicius: ſed peior longe huius filius: homo cunctis ſceleribus deditiſſimus. Nihil enim hunc flagicij latet: omnia nouit: ac ſequitur quæ nefaria viderit. Nec gulam excipit: nec venerẽ: nec furta. In homicidijs non iccirco verſat⁹: quia viribus nullis eſt: ocio dumtaxat aſcriptus & inertiæ Puer huic interminat⁹ metũ faceret. Sed vt malus eſt ſic & maledicus. Nemini vel murmuribus cedit vel delationibus. Hinc factum eſt: vt a nobis eiectus monaſterio: ac penitus fugatus deliteat: nec certam habens loci cede vagetur aſſidue poſſitq; illud Virgilianum: licet diſſimili cauſa: de ſe dicere: Ipſe ignotus egẽs: Libyæ deſerta peragro. Europa atq; Aſia pulſus. Rem habes: Vale. Ex Mediolano. xiiii. Kalendas Februarias.

Vir. j. æne

Vituperatoria grauis.

Vereor ne plus mihi laboris aſſumam in vituperando Auguſtio nebulone famoſiſſimo: q̃ ſequi poſſim. Nam vt ſum laudãdi ali-

cuius bonis cupidiſſim⁹: ſic ab inſequētib⁹malis alieniſſim⁹eſſe ſoleo. Nihil enim magis deteſtor: q̄ malos (vt diui Thomæ teſtimonio) eorum contactu: quaſi peſtifera contagitione me peſtilētem morboſumq; fieri poſſe rear. Verum quia nihil eſt tam humanum: vt Terentianus inquit Chremes q̄ exiſtimare humana quæq; ad hominis curam attinere. Nolim hic pernicioſ⁹ belluo te fraudet: in aliquaq; calamitatem perducat. Eſt eni delator aſſiduus: & cum delatione quidem nauiſſimus: non ſolum mendoſiſſimus. Non delectatur niſi vt tigris cruore: cupitq; ſemper alicui mortem procurare: aut hominem cum quo agit vorare penituſq; conſumere: vt de Lycaone fabulantur. Quid Cacū vel Procuſtem: vel Læſtrygones poetæ diſcribunt: Hic eſt illis longe latro maior: & immaior. Verrem Cicero vituperat: Quis hoc vno Verres eſt inuētus ad furta pronior ac īgenioſior: Habet neſcio quid primo ingreſſu: inter incognitos humanitatis ac eloquētie Sed omnis ea facies virtutis eſt ad fallendum ſimulata. Formidoloſus eſt: vt Sinon dicitur extitiſſe. Aliquid admittit in verbis aliquando veritatis vt figmētum maiorem faciet fidem. Accipe ſemper ex ijs que dixerit quicquid ſiniſtri potes accipere. Nam dextera fraudem affert atq; dolos. In nulla re honeſta hūc firmū aut conſtantem eſſe ducito. Vt eſt oculis aſſidue infirmis: nec cuiuſq̄ os reſpicit: ſed quaſi modeſtiſſimus in pedes dirigit aciem ſic huius mentem fallaciſſimam ducito alio: q̄ quo debet tendere: nihil præ ſe ferre ingenui: nihil modeſti: nihil innocētiæ: Poſſem in hoc vno plura ſignificare: ſed ijs ero contentus: quibus tibi notum hominem eſſe quiram ducam. Eſt abiectiſſimo quidē genere: a quo non degenerat Qnali ſemine procreatus: tales fructus affert: Perſica, inq̄ illa præcoqua: quib⁹ exiſtimauit Aſia Romanos cōtaminari ac interire: ſed metatue illis ꝓfuit ager. Huic nulla varietas tēporū: nulla gentiū diuerſitas: nulla caſtigatio ꝓfuit. Nam ſemel admodum adoleſcens virgis eſt cæſus Paulominus eſt nuper q̄ ſuſpenſus. Niſi enim intercedebamus: actum erat de fure peruerſiſſimo: quod ei condonaſſe: non alia de cauſa pœnitet: niſi quod emandari nequit. Aſſidue peior eſt ſemper immanior. Patrem autem habuit: licet abiecto loco natum: ſatis honeſtum & ingenuis moribus. Matrem optimam: a quib⁹ tam eſt alien⁹: q̄ nihil ab ſua origine alicui⁹ ſoleat īueniri. Quid Therſitem apud veteres ignobilē quærunt: Hic ille Therſites Achille cret⁹ eſt: de quo Iuuenalis. Malo pater tibi ſit Therſites: dūmodo tu ſis Aeacidæ ſimilis: Vulcaniaq; arma capeſcas: q̄ te Ther=

Vhomas

Verenti⁹

Lycaon.

Verrem.

Rinon fa⁹lax.

Therſites

Iuuenalis

ſitæ ſimilem producat Achilles. Hic eſt parẽtum ille dolor: quo deſperatione ducti perierunt. Aſſidue huius audiebãt male: perverſe pernicioſeq́ꝫ vel dicta vel facta: manifeſtoq́ꝫ cognoſcebãt hunc euaſurum non eſſe: quin nõ plecteretur digna pœna cupiebantq́ꝫ potius mori: q̃ eouſq́ꝫ viuere. Hoc primũ eſt generis munus: a quo non abhorruit: vt viliſſimis delectetur: & parentum a quibus plurimum refert: vt nihil vnq̃ libentius audiuerit: q̃ eorũ obitum a quibus huius accuſabantur facinora. Hinc autem accipe ſecundum quod ab ineũtibus annis vſq́ꝫ nihil admiſit laudis in cunctis verſatus eſt ſceleribus: ad omne ſe facimus conuertit Libidinem paphiam: cæcum cupidinem ac lyeum ſibi præfecit. numina quæ coleret ac veneraretur. Nullius rei magis eſt exoſ⁹ vim atq́ꝫ maieſtatem. q̃ caſtitatis: innocentiæ: ac fidei. Tunc obſeruat quæ promiſit: cũ aut res turpis eſt: & ſibi periucunda: aut fallere vult væhementius. Audet autem omnia modo ſint praua Nam in bonis: vt Plato inquit: eſt eneruatus. Accipe nunc tertiũ hoc: & credo tibi folium Sibyllæ recitari: nec Apollinis tripodẽ afferre poſſe hac veritate quicq̃ verius quod eſt inimiciſſim⁹ bonorum omniũ: & imprimis tuus [illegible] bonu s es: a quo tibi cauendum eſſe duco maximopere: ne qu[illegible]d tibi patet detrimenti. Bene vale. Ex Mediolano. xiiii.. Kalendas Februarias.

Plato. Sybila Apollinis. Tripodes.

Synonyma vituperatoria.

Hic vir peſſimus eſt omnium.
Abhorret hic ab omni laude.
Nihil huic eſt familiarius ſcelere.
Cum hoc nebulone vitium omne coniunctiſſimum iudica.
Si recte intueberis: nihil inuenies in hac beſtia laudis.
Eſt hic vt malo ingenio: ita plurimis ſceleribus cumulatus.
Habet hic retulantiam admirabilem: inauditamq́ꝫ procacitatem
Quid eſt in hoc homine boni: quid non nefarij.
Paratam hic habet mentem ad omne facinus malum.
Tam eſt hic peſtifer: vt peſtilentia etiam verba conflet.
Neſcio quod tetrius hoc homine dici queat.
In hoc certe vno cuncta ſunt omnium vitia.
Vt virtus eſt in Caruca nulla: ſic omne genus vitiorum.
Quo plura in Caruca vitia conſiderantur: eo plura inueniuntur.
Scelera huius hydrã referũt: vt vno cognito detegantur pluria.
Sic eſt Auguſtinus nefariis deditus facinoribus vt inde ſe vitam quærere cenſeat.

At piſces aqua viuũt: viri virtute nutriũt: ſic Caruca oĩ crimĩe alit.

Titulus viceſimusſtertius.

Paternalis familiaris.

Ego mi fili iucũdiſſime: vt afficior tibi plurimũ: ita cupio te virũ eſſe præſtãtiſſimũ. Sed hoc tibi prædico: nihilo te præſtantiorẽ poſſe fieri: q̃ ſi noctes dieſq; virtutib⁹ incubueris. Virt⁹ enim eſt. Platonis teſtimonio: qđ vſurpauit Cicero: ſola illa quæ viros vita mortales: diuturnitate memoriæ facit ĩmortales Quæ vides in terris: quæ vulg⁹ admirat: pulchritudo formæ: ſinceritas & proceritas corporũ: at Hieronym⁹ dixit: aut aeris intẽperie: aut demũ ætatis rubigine cito corruũt: at fortunæ quæ bona diu ſolẽt: vt apud Baſiliũ legit: alearũ inſtar ludicra nũc in hũc traducunt locũ: nũc in illũ. Pompæ cadũt: iuuẽtutis dec⁹ deflореſcit: Hominũ in reliqs gloria euaneſcit. In virtute ſemp eſt ſolidior atq; ſtabilior: nec vt Homerus ſcripſit: viuos deſerit: necnõ comitat luce functos. Solẽt iuuenib⁹ occurrere multa q̃bus ad libidines inuitant: alliciunt: puocant. Diſtrahunt a ſocijs. Animant ab ijs qui maiores natu mali ſunt: Ab æqualibus ſuadent ad voluptates. Sed ſi ſeſe audiunt: naturãq; ſequuntur ducem: nihil committũt ſcelerit. Non omnes motus impetuſq; iuuenilis improbo: nõ progreſſus adoleſcentiæ ſingulos damno. Ei⁹ eſt ætatis. aliquãdo falli: vt hominis eſſe docet Tullius decipi: errare: nec omnia recta intelligere. Verum poſt culpam ſubeat pœnitentia: ſuccedat pudor: ſeruetur modeſtia. Erubeſcat ętatem ętas: vereatur ſenem adoleſcens: patrem filius. Hęc ego tibi ſeruanda reor: vt & tibi ſis ſuauis: & mihi: & tuis omnibus non iniucundus: & apud omnes ea valeas auctoritate ac gratia: qua & hic lętus vitam agas / & poſteris immortalitatem conſecutem te doceas. Vale. Ex Mediolano xij. Kalendas Februarias.

Plato. Cicero. Hieronymus Baſilius Homer⁹ Tullius

Paternalis familiatiſſima.

Nihil eſt quod plus appetam ſuauiſſime fili / q̃ vt bonus ſis / vt ĩgenio ſic etiam vſu. Nature fundamẽta ſunt in te optima. Ingenium acutiſſimum / memoria tenaciſſima / vis animi optima. Sed niſi hęc exercitatione virtutiſq; conſuetudine coaleſcũt atq; coluntur / facillime fiũt deteriora nichilq; afferunt fructus. Cupio vt aſſidue cb ijs aliquid diſcas & adiſcas / qui te poſſunt non docere ſolũ / ſed diligẽter erudire. Nã vt illud eſt Platonis (qđ Boetius ad nos traduxit) Qui nõ addiſcit / dediſcit. Ad hęc autẽ memineris modeſtię / ne quid ſupra q̃ puerum deceat (& eum

Plato. Boetius.

quidem educatum ingenue)loquaris: aut de te audeas profiteri
Si quid per appetitum & aĩmi perturbationem te ſtimulat:ratio
nis te cohiheas fræno:cenſeaſq; demum id eſſe in te plurimum
laudandum vt ſenior videare q̃ iunior.Hoc pacto illud pulcher=
rime attinges:cuius eſt conſequẽdi gratia profectus in ſtudium:
mihiq; charior aſſidue fies.Vale.Ex Medio.xi.Kl' Februarias.

Vir.j.æne Paternalis grauis.

Cicero. Non iniuria illud Maro complexus eſt:Omnis in Aſcanio chari
ſtat cura parentis:& Cicero docuit:charitatem eſſe patriam.:Nã
ex omni officiorum genere:non conſuetudine ſolum & morib⁹
ſed vel ſola natura duca:debet patri filium pietate: at filio pater
Homer⁹. charitatem.Itaq; apud Homerum Heſiodum:Orpheũq; filij ſẽ=
Hodioſ⁹. per erga parentes dicuntur eſſe pij:patribus autem nati chari:iu
Orpheus cundi:ſuaues appellãtur :ſuis vtriq;:vt intelligitur:epithetis:Vt
Ariſtote= enĩ Ariſtoteles:& omnes declarant philoſophi.ea eſt naturę vis
les vt in ſucceſſoribus augeatur. Nec id quidem iniuria:cum pater
ac auus & proaui ſe ducant in nepotibus poſſa viuere:ſuiq; nois
familiæq; propagationem in eos pendere.Quamobrem & qui=
bus naturales non fuere filij:legitimos ſibi adoptarnnt:vt in eo
rum manibus & ſignis viuerent :familiaſq; conſeruarent.Hinc &
ab Octauia familia in Iuliam tranſlatus Octauij filius:qui poſſeſ=
Octauia= ſiuo a nominatiuo cognominatus eſt Octauianus:vbi . G.Iulius
nus. cæſar nomine acognomineq; adoptantis diceretur: & ex Aemi=
Aemitij. lijs in Cornelios ad optione traductus eſt adoptiuus.P : Scipio
Dornelij. dictus: vbi prius Aemilius eſſet : quod retinẽs cognomento vo
P:Scisio. cabatur Aemilianus.:Tantum patres filijs : quantum natura de=
beat :tantum ijs læti ſunt quantnm eos non forma potius: q̃ vir=
tute præclaros intelligunt: nec viribus magis:omniq; corporis
dexteritate:q̃ modeſtia/ continentia/ omniq; mentis ac animi tẽ=
peramento :Illa enim & leuiſſima bona ſunt vixq; bonorum no=
minibus digna/ interdumq; phetiſq; communia bæluis/ que vel
cito corruant vel minimam vtilitatem afferant. Hec antem quæ
ad animi ſplendorem attinent/ eiuſmodi certe ſunt exiſtimanda
vt cum nulla valeant comparari ornamento/ vt Hieronymus ait
Hyerony Quid enim iſte tibi profuturus eſt color/ quo lilia purpurãq; vin
mus. cis/ & te præſtas Polydorum/ Hiacinthum/ Marciſſum/ Hyppoli
Cslores, tum:Hylam & Ganymedem: Quid iſte decor adiumenti datur⁹
eſt: Quod phœbeus poſſis cupidineuſq; dici . Quid confert ad
ęternitatem: Certe nihil : Cum non mnltopoſtvenuſtas oris:le=
uiſq; cutis ſit apilis deformiq; ſqualore obſidenda:exq; pardo

iam incipias vrſus fieri. Nã(vt baſiliꝰ)plus obeſt longe ſpecies Baſilius
(quæ floſculorum inſtar:a mane ad veſperum concidit)q̄ condu
cat. Accedebat robur: & mẽbrorum internodiorumq; præſtan= Achilles
tia:quæ nobis te dicat Aeacide ſimilem:aut Hectoris:aut Furiũ Hector
referat:aut Camillum:aut eorum aliquem:cuius tantavis fuit in Furius
prelijs: Quid hæ vires afferunt vitæ noſtræ ſubſidij:quod agi= Camillꝰ.
les fuimꝰ iuuenes:Agiliores Simię:Celeriores corui atq; damæ
quod robuſti robuſtiores elephantes: qđ fortes aĩoſi:fortiores
animoſioreſq; leones. At quid tãdẽ vel ſuperemus hiſce laudi=
bus animantia cuncta:Quod homines cædimus:carpimus:vin=
cimus·prædam eorũ res vertimus. Iſtud eſt quod nolim nos me
miniſſe:quod quidem eſt ab omni humanitate alienũ. Diſcimus
hoc pacto Martiales fieri: Laphitas & centauros imitari: gloriã
militarem nobis quærere. Quouſq; tandem hæ vires:hoc ro= Martial
bur:hæc valentia nos comitat̃:q̄diu ſtabilia hæc ſunt:nullã pro=
fecto ſolidam habent ſedem. Nullibi firma dici ſolent. Nunc in= Aurelius
temperies hæc aeris verberat:vt Aurelius inquit:nũc inordina Seneca.
tus cruciat viuendi modus:vt ait Seneca. Nunc nimiꝰ labor:nũc Theo
ocium:nunc cibus ĩmodeſtus:nunc libido intẽperata: vt Theo= phraſtus
phraſtus dicit:eripiunt hæc munera. Deſint ea ĩcõmoda: nõ eſt
ætatis defutura canicies atq; rubigo quæ corrodat: quaſi tinea= Grego=
tas veſtes noſtra corpora:vt verbis vtar Gregorij:membraq; pe rius
nitus cõſumat enaruata: & enodata:vt Ambroſiano vtar ſermo Ambro=
ne. Prudẽtia vero:æquitas: religio:fides: ſanctimonia cæteraq; ſius
huiuſmodi:neq; his nec alijs debilitantur ĩportunitatibus: ſemp
durant aſſidue ſunt meliora:firmiora magis inconcuſſa. Quam=
obrem mi ſuauiſſime fili: ne te proſternas vlli fortunæ impetu
ne te ſubijcias vllis voluptatum blandimentis:ne te abijcias vl=
la rerum mundanarum deſperatione. Cur finxit Homerus poe= Homerꝰ
ta clariſſimus Vlixem in Siculo pelago in ſirenũ cantus incidiſſe
ac ſeſe malo nauis alligaſſe apertis auribus:ceteros autem nau= de vlyxe
tas & vinctos eſſe voluiſſe & obturatis auricl'is:niſi qđ illarum
audiens cantus ſeſe in pontum proijcere nequiret. Erant autem Sirenes.
ſirenes mulieres libidinibus deditæ:quæ ſolebant illac tranſe=
untes ad oblectationes inceſtas tractos perdere. Malum autem
ratio erat:cui ſe vir bonus deuicit:ne ſe proijciat in voluptatum
pelagus:ſed audiat iucunditatem inanem illam:ſciatq; non ſolũ
a ſe propulſare ac execrari: ſed in alijs qui ſuæ ſunt commiſſi vi
gilæ caſtigare tam acriter & oportune:vt ſummergi non poſſint Terẽtius
Omnes(vt Terẽtianum illud declarat)procliue a labore ad libi=

Ariſtoteles. de paſſionibus — dinem corruunt:cum Ariſtotelis arbitrio : paſſio deterreat omnia natura quidem animantia doloreq; fugentur:at voluptas alliciat & in ſuam facillime redigat poteſtatem. Succurrunt inordinatæ menſæ bacchanales illæ. Sardana paleaq; condimenta conuiuiaq;. Neronia: quæ iuuenum : mentes cogunt furere ſuiq; nou eſſe compotes. In vero abſtine mero: Abſtine ab ijs odoribus ſaporibuſq; quos exarabum deuehunt ſyluis : ex Da-

Socrates — maſco:Cypro:Creta:quibus operoſa conſoluit ſaties: & vt Socrates admonuit: paucis minimiſq; naturam eſſe cõtantam :ede vt viuas:nec viuendum eſſe tibi vt comedas arbitrare:ſed vt diſcas:vt ſapias :vt aſſidue te virtutibus exerceas. Nec tibi py-

pythagoras. — thagoricũ illud excidat:iuuenibus tam diu tacendum eſſe :q̃diu didicerint loqui bene:ſilẽdo ac audiẽdo. Tua vero modeſte qui-

Plato — dem exercendo :quæ audiuntur:at demum docendo quæ audita

Ageſilaꝰ — fuere ſimul & exercitata. Quid inſolentius:vt Plato voluit:q̃ loqui velle vbi ſermonis non eſt ratio: Succurrat autem illud Ageſilai :non eſſe tam indecoram in adoleſcente vultus turpitudinẽ q̃ alicuius motus aut geſtus incontinentia. Mendaciorum cõſue-

Tullius. — tudinem ex qua vanitas oritur:quam voluit Tullius oblectationem eſſe mentiendi:prohibet omnis philoſophorũ ſchola. His nihil addi poſſe pręceptis duco paternis:quibꝰ mea in te admonendo charitas exprimatur :niſi;vt ſis religionis amiciſſimus:ſi dei obſeruantiſſimus : vt & dei poſſis & hominum amiciſſimus

Chriſoſtomi. — exiſtimari. Quis enim qui deum non coluerit:non omnia opera induſtriaq; ſit veneratus quicq̃ poterit in vita conſequi:vnde vir magnus appelletur:In quo religio non eſt:vt Chryſoſtomus inquit.in eo nihil eſſe poteſt laude dignum. At fides :qua continet̃ quędam promiſſorum obſeruatio :niſi conſtantiſſime reguli ſeruetur more : cogit hominẽ euaneſcere:nec inter homines quicq̃ exiſtimari. Fac igit̃ mi fili:ne quicq̃ ex his prætermittas :neu magis haberi velis q̃ eſſe bonꝰ. Fugatus enim color & diſſimulata queq; delabuntur: Vera ſemper bona permanent:& viuos exornant: & mortuis vitam parant. Chariſſimus nobis es:at multo-

Tullius. — vt ait Tullius:eris charior ſi meos nõ aſpernabere monitus: Bene vale. Ex Mediolano.x. Kalenpas. Februarias.

Synonyma paternalia.

Ego te ad virtutem hortor.
Cupio te fieri meliorem.
Amplectare ſi me audias virtutem omnem.
Nihilo mihi magis gratificabẽ:q̃ ſi laudi oẽm operã adhibebis.

Tunc mihi multo iucundior fies: cum videbo te nulli plus q̄ gloriæ vacare ſtudio.

Nihil magis deſidero: q̄ tuæ virtutis famam.

Fac vt ingenij tui viuacitatem: cum omni coniungas laude.

Nil decet te magis mi fili: q̄ vt tuis te maiorib⁹ reddas nō īferiorē

Cum oēs debeant ſe modeſtiſſimos exhibere: tum multo tu magis in quem omnium ſunt oculi conuerſi.

Peto abs te imprimis hoc: vt te ſtudioſiſſimum lrārum efficias.

Si bonis te moribus dedicaris: tam incredibili nos amicies voluptate: vt ad cumulum addi queat nihil.

Viuum me diutius optatis: vbi te virtutibus totum dedideris.

Vt ſis excellenti laude præditus: omnem exerceo curam.

Tunc me fœlicem exiſtimabo: cum ea te gratia videbo præſtantem: quæ te numeret inter claros.

## Titulus xxiiii.

### Maternalis familiaris.

Cupio te mi fili ad nos reddire in columen. Sed vt id cito fiat: te væhemēti⁹ oro: vt viuā. Nā ſine te vita mihi fit iniucūda. Debes tu quoq; labores mihi meos cōpenſare quib⁹ ſum diutus in te pariēdo: educādo: nutriēdoq; defatigata. Quę autē eſt cōpēſatio mihi vel charior: vel optatior q̄ vt te videā: audiā āplectar: Pater tu⁹ vir eſt: nec eo te aluit dolore ac cura: quibus ego ſēper anxia tuę valitudinis. Proptęrea is te deſtinat ſtudiorum laborib⁹. Ego te malim viuū bn̄q; valētē apud nos eſſe q̄ iſtic litteratiſſimū in periculoq; valitudinis. Scio. qd̄ deſit apud exteros filio meo. Vbi mollia: quæ hic tibi parare ſum ſolita: Vbi ciborū iucūditas: vbi ociū: Iſtic laboras: vt aiūt ſemp. Quid tibi queris mi fili: Nū Herculis Theſeiue labores: Quid tū: vt moriaris: velut illi iuuenes obierūt. Redi ad nos te rogo: nec patrē ſeuetū audias & crudelē Ita fac & cito. Bene vale. Ex Mediolano. ix. Kalēdas. Eebruarias

### Maternalis familiariſſima.

Audio te mi fili: aliq̄ diu aduerſa valitudine laboraſſe: nūc aūt cōuoluiſſe Me miſerā in hūc vſq; diē ea de re nihil mihi ſignificatū eſt: cura p deū imortalē tuā valitudinē diligenter: ſi mea non tibi min⁹ eſt ſeruādavita q̄ tua. Tu⁹ eñ interit⁹ ſine meo nō procederet: Scis q̄ te amē aīe mi: q̄ cupiā te mihi ſupſtitē ac tuis oībus. Si nocet ſtudium tibi: deſere quicquid obeſt & te mihi ſerua ſanū & fac vt te cito videam. Vale. Ex Mediolano. viij. Kl̄. Februarias.

### Maternalis grauis.

Scio te mi dulciſſime fili non latere nihil vſq̄ te matri tuæ cha-

Ceres quare p̄ſerpinā quæſiuit
Ariſtoteles.

tius eſſe poſſe. Non enim ab re fictum a poetis perhibent Cererem tam curioſe Perſephonem filiam inquirere ſolitam: cum per vniuerſam Siciliam clamaret in triuijs. Quod ſi de filia tam fuit diligens mater: quid eſt cēſendum de filio matrem cogitare Docet enī Ariſtoteles: cur filio magis afficiatur q̄ filiæ genitrix quoniam cum inualida ſit mulier ſeſe adiuuare: plus eū diligat: a quo plus ſperet adiuuari. Cum autem natum: non ſciat patris hæredem fore: qui domum tegat: quādo quidem vir (qui iunior vxore ſolet eſſe: moriturus etiam cenſetur ocius) in eo ſe totam cōponit: & ab eo ſic pendet: vt cum eius incolumitate ſuā quoq̧ incolumitatem videt eſſe coniunctam. Ad hæc autem: vt Plato voluit non minus ad procreandum maternum concurrit ſemen q̄ patrium: vt Deucalionem & Pyrrham cōiuges admonuiſſe dicitur Themis: lapides: hoc eſt matris oſſa poſt ſe iacerent: vt Iuuenalis poſt diluuiū proſecutus eſt inquiens: Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas. Quid quod plus ſibi ex matre ſumunt pignora q̄ ex patre: Nam ab eo prodeunt ſola ſeminaria: ab hac autem non originem habent modo: ſed fouentur: ſed ſanguine: carne ſpiritu: neruiſq̧ conglobantur: ſed educātur in laboribus & erumnis interdū plurimis: vt Bernardus inquit. Amat eos igitur mater plurimum: vt vel in minimis cognoſci beſtiolis poteſt & angitur eorum cauſa væhementius: vt & illud eſt Lini: vt gallina ſuos pullos fouet anxia: milu⁹ ne premat acrius: & animo abſentibus filijs nūq̄ quieſcit: quare comica ſententia ſcriptum eſt: preſtare: vt eueniant hominibus que coniuges ſuſpicātur: q̄ quę matres: cum coniuges de illarum voluptate ſint zelotypæ: ne cū alijs gaudeant fœminis: matres vero de diſcrinibus meticuloſe ne filijs vlla inciderint aduerſa. Nunc me præmunt de te inſonnia mi fili: vt illud Virgilianum de Didone mihi accidat: Anna ſoror quæ me ſuſpenſam inſōnia terrent: Nunc ne incideris in itinere in latrones: aut in vrbe factioſa in inimicitias: aut inter diſceptandum in rixas: & a contumelijs & conuitijs ad vulnera cōueneris: dubito: vereor: timeo diſcrutior. Scio q̄ magno ſis animo: q̄ alta mente: q̄q̧ per ætatem forte prouoceris: Ne quem lædas neu lædaris ab vllo: aſſidue agito. Væ matri omnium infœliciſſimę quid eſſet prius optandum: aut quid potius non optandum periculo ægrotationis atq̧ mortis: q̄ vt tibi quicq̄ ſiniſtri (quod auertat ſummus Iupiter) accideret: Viue ſic igitur apud exteros mi fili: vt te memineris iſtic ſolum ſine parentibus: ſine agnatis & cognatis: ſine propinquis eſſe vllis: vt te māchum iudices: vt

Plato
Deucaliō & pyrha
Themis
Iuuenalis

Bernad⁹
Linus.

Vir. iiii. ænę.

tibi ſemper metuas:vt poſſis saluus ad me reddire. Cura dumtaxat ſtudia quorum te cauſa iſtuc ſeuer⁹ pater miſit. Cura ſi potes ſine periculo vitæ:ſim id nequis:vitæ imprimis conſule: litteras vr̃e. Satis erit patrionij Satis materne dotis. Nõ audis quotidie dei ſeruos improbare in multis multas litteras: Viue ſimpliciter ac religioſe: deo te quotidie cõmenda. Vtere dei ſuorũ familiaritate. A conuentib⁹ & ſcholariũ cœtu abſis. Valitudinẽ ſemp cura. Bene vale. Ex Mediolano. vii. Kł. Februarias.

Synonyma maternalia.

Caue tuæ vitæ mi fili.
Fac per deum ne tuam valitudinem negligas.
Eſto de te fili curioſus.
Succurre anxietati meæ:quam de te capio.
Sum de tua valitudine ſemper ſuſpecta.
Nihil plus appeto:q̃ ſemper de te quicq̃ audire.
Te mihi ſerua mi fili diligenter.
Euitatio rixas:contumelias & conuitia.
Si ſanus ad me redis:ſatis te litterarum hauſiſſe ducam.
Sum aſſidue de te in ambiguo:ne quid tibi accidat.
Si me viuam eſſe vis:fac vt tibi omnia pro arbitrio ſint meo.
Qđ a ſupis die noctuq; opto:ꝓuide ſẽper:vt oĩa tibi bñ ſuccedãt
In omni re tua deum aduoca tutorem atq; defenſorem.
Inter omnes curas tuas diuinis incumbe monitis.
Audi me fili:& cum valitudine cito ad me regredere.
Tam te doctum non expecto:q̃ pater:modo bene valeas & oci⁹ huc reuertaris.
Queris quid primum abs te velim:vt a periculis caueas:quid ſecundum vt valeas:quid tertium:vt recedas.

Titulus.xxv.

Filia lis familiaris.

Et ſi ſcio pater optime:nihil te mihi cõſuluiſſe quod nõ ſit oraculo Apollinis verius duxi tamẽ mearũ eſſe partium ad ea quæ ſcripſiſti:nõ nihil reſpondere. Accepi oĩs tuas admonitiones eã in ſentẽtiam:in quam prolatæ ſunt. Quid enim cenſere poſſum de me patrem non intelligere longe melius:q̃ mihi per ætatem liceat:Nõ ab re inquit Ariſtoteles:non eſſe iuuenem moralis diſciplinæ auditorem idoneum cũ viderit iuuẽtuti rationẽ ab degendã vitã:aut nullã:aut paruã eſſe:Sed tua preceptio nõ ſolum paratiſſima ſit mihi via:vt a vitijs abſtineã: ſed ad capeſſendam apollinis oraculũ Ariſtote.

virtutē aſſidu⁹ ſtimul⁹. Audiā: vt iudes: litterarū doctores: nec curabo min⁹: vt Hageſila⁹ īſtituit: eſſe philoſoph⁹: ꝙ ſcire philoſophiā. Aſſequor ei cōiectura ſine morib⁹ litteras ꝓdeſſe parū: plurimū aūt vł ſine litteris bonos mores. Si quid īterdū erraui tu familiaritatib⁹ ſcribe peſſimis. Nā vt apđ Hieronymū illđ apoſtoli reperit: qđ eſt a poeta vſurpatū Græco: Deprauāt bonos mores colloquia mala. Vale. Ex Mediolano. vi. Kalēdas Februarias

Hageſilaus.

Hieronymus.

Filialis familiariſſima.

Non neſcio ꝙ te cruciet mater pientiſſima qđ iſtinc abſim in vrbeq; verſer factioſa. Vereris aſſidue ne quid quod nolis accidat: Laborare aūt me mirꝫ doles ſed ne te macera mater: Nullo ſum in diſcrimine. At neq; labor eſt vllus inter cōmilitones ſtudiorū eſſe: vbi nulla fit niſi de virtute diſceptatio: ſed nec ea cōcertationis inſtar. Cōmentamur de rebus honeſtiſſimis: quiq; doctius loquit: palmā refert: hoc eſt gloriā apud eos qui nō audiūt. Spero aūt ad vos me ꝙprimū redituꝝ: & ea laude cōfirmatū: quā pater optat Interea tu non negliges: ad me ſæpe de tuo patriiq; ſtatu: deq; veſtrorū valitudine quicꝙ ad me ſcribere. Vale. Ex Mediolano. v. Kalendas Februarias.

Filialis grauis.

Multa paucis es complex⁹ pater opime: nec pauciora mater eſt pientiſſima proſecuta: quib⁹ ſi nō obtemperarē ferreus ſim: & vt apud Virgiliū illud eſt: Aut duris de cautibus ortus: aut īter hyrcanas tigres enutritus. Ad matris conſilia (quæ omīa in mea curanda valitudine ſita ſunt) non multa reſpondi: ne magis in corporis valitudine ꝙ in mentis ſanitate quærēda videar attentus eſſe: Ne tamen hanc vllo conficiā dolore: poſt ingenij ſtudia: doctrinæq; præcepta: vis mea omīs in valitudine ſinceritateq; mēbrorum conſtituetur. Ad ea vero quæ cumulatiſſime ſunt abs te ſcripta: quid reſpondeam aliud niſi ꝙ ea ſum voluntate: vt nihil negligam: qđ tu mihi ſeruandū decreuiſti: Erraui quandoq;: fateor: patetq; qđ apud Tērentium legit: pro peccato maximo paululū ſupplicij ſatis fuit. Sed neq; nimia indulgētia: vt Hieronym⁹ inqt: me tibi perditū eſſe ducas: nec ꝓpterea qđ aliquando pepceris virgæ filiū odiſti. Nam ijs ſum parentibus ortus vt ab ijs nequeam eſſe degener. Habui te genitorē: cuius ſeminaria ſint ī me cōiecta naturę. Habeo te pręceptorē: cuius aſſidue inſtitutionē non poſſim vſꝙ errare. Te ducem ſequar: Te vexilliferum audiam: tuis hęrebo veſtigijs: vt voluptates pretermittam cupis: an eas admiſi vt deſeram libidines iubes: an eę mecum habitāt:

Virgi. iiii ęnei

Terētius

Hieronymus.

Mirantur certe hic multi vt in tam teneris annis ſim a laſciuia: impudicia omniqꝫ alienus immunditia. Sed nihil mihi eiuſmo= Criſp⁹ ſa di mirabile fit. Nam vt illud Criſpus recte iquit: vbi intēderis in luſtius geniū valet: nec quicq̃ tam difficile factū eſt: vt Terētius ait: quod Terētius volēdo facile nō fiat. Decere dici (cū errare fit huius ætatis) eru= Cato: beſcere viros grauis: pœnitereqꝫ peccati: quod Cato laudabat. Verū multo præclarius duco: nullam ſubeſſe cauſam erubeſcē= Plato. di: ſi non peccatur. Nihil facilius: ait Plato: q̃ ſecūdū virtutem vi Plutar uere. Teneo memoria quod apud Plutarchū legi: periandrū di= chus. xiſſe Corinthium: inueni qui ſecundū naturam viuat: vitium fie= Periādes ri difficillimum. Id ego ſum aliquādo in multis: vel meorum ſtu diorum familiariſſimis expertus: qui cum in pluteo ſolerent bo nis artib⁹ vacare quietiſſime: Puellarū amoribus: Inter mille di= ſcrimina diei noctiſqꝫ iactabant: nec tam erant primi ſedati dolo res: q̃ concurrebant continuo plures. Horū cū bene rurſus iterū qꝫ rimabar vitam ac mores: comperiebam plus eſſe difficultatis in voluptate: q̃ curarū laboriſqꝫ fuerint in Anquam in litteris con ſecuti. Ab his didici: vel in maximis negocijs ocioſiſſime viuere vel in meis (quas deligo) curris liberrime. Nimirū (vt Scipio di= Scipio cere ſolebat) nūq̃ min⁹ vel ſolus ſum: vel ocioſus: q̃ cū ſolus: aut ocioſus. Alloquor eos a quibus tu pater cæteriqꝫ didicerūt om= nes boni. Cum his deuita mihi tenenda commentor. Hi mihi an te oculos & illos ponūt: quos vt peſtiferā euitē luem qui a claris maioribus degenerarūt Cicerone ac Hortenſio: & illos qui cla= Cicero. riores atauis virtute facti ſunt: quos imitor. Inter hos præcepto Hortē ſi⁹ res philoſophos & pietiſſimos tu quoqꝫ multa diſſeris elegan= tiſſime pater: quibus pro vita virili ſtudioſius parebo. Vale. Ex Mediolano. iiij Kalendas. Februarias.

Synonyma filia.

Parebo tibi pater quantum in me erit.

Nihil ex ijs negligam quæ iuſſiſti mater.

Quod vos mihi parētes præcepiſtis: omni exequa niſu.

præcepta tua tam michi ſunt O pater iucunda charaqꝫ: q̃ quod maxime.

Iubete vos modo patentes: ero ergo vos obſequioſiſſimus.

Ea parebo tibi pater mente: vt cognoſcas q̃ te amen.

Quid poteris edicere mihi pater: quod non teneam:

Pluris tuam admonitionem facio pater: q̃ quicquid muneris in me quiſq̃ vel maximus princeps conferret.

Es mihi genitor alter in terris deus.

In mente ſemper habeo fidiſſima quæ mihi præcipis.
Tãvnq̃ a tuis de me diuertã īſtitutiſ:q̃ a deo diuerters pōt pietas
Non philoſophũ te ſolum in hiſce monitionibus video audire
mi pater ſed numen quaſi quoddã cælitus ad me miſſum.
Cumulatiſſie dixiſti mľta mi pr̃:ex media qdẽ ablata phľophia
Tantum me ſatiſfacere mihi poſſe rear:quãtum præceptis inſti-
tutiſq; de metuis o pater ſatiſfecero.

Titulus·xxvi.

Seruilis familiaris.

Meum officium omne in obtẽperendo ſeruiẽdoq; ſitum eſſe de-
bere:ſatis iamdudũ intellexi. Ne iccirco tuas imperatorias ex-
pectaui litteras:vt non fuerim vltro litteris occurſurus: ſi prçue
demoſte. nire fas fuiſſet. At cũ tuum ſit iubere ſcireq; quid iubeas:vt De-
moſthenes dixit:meũ autem arcana pricipis non inquirere:at cũ
iuberet:nuſq̃ refragari:tacui:expectauiq; diem deſignãdã: iterq;
tenendum. Nunc præcepiſti:ad diem conſtitutã eſſem⁹ in caſtris
diẽq; conſtituiſti: prædam eſt pollicitus:animãdo q; ad arma(vt
ita dixerim)allexiſti mentes noſtras. Pro me duxi reſpondendũ
me tam eſſe tuum: vt ſi vitam centies in rebus amiſerim tuis ni-
hil me cenſeam meũ amiſiſſe. Nam ſi me ſeruum habes:ſi me a-
les : ſi me tueris:in ſtatuq; auges:quid eſt meũ illud quod abs te
nõ habeam:tibi nõ debeã:Satis eſt mihi prædæ:ſatis muneris:ſa-
tis glorię:ſi rẽ egero tibi nõ ingratã:qui ſe ſemp̃ in nos oẽs tam
gratũ bñficũq; præſtitiſti. Bene vale. Ex Me·iii. Kľ Februarias.

Seruilis familiariſſima.

Quod meã laudes fidẽ ac taciturnitatẽ mi hᵉre tuam humanita-
Terẽtius tẽ decet:non quærit mea ſeruitus:quę(vt Terentianum illud eſt)
mihi apud te ſemper fuit & iuſta & clemens. Accepi ſemper abs
te plura q̃ ſim meritus:quod tuæ munificentiæ fuit officiũ :non
officij mei donum. At quod pręcipias ac iubeas vt ſim tuis in re
bus:quæ hic aguntur q̃ cautiſſimus atq; vnice diligens:fiet:nihil
ab me omittetur quod mearum ſit viriũ. Tu modo vide vt iſtinc
omnia huc concurrant ad rem efficiendã :vt pro filio non deſint
libri:nec amict⁹. Prediijs adhibe curam :redituſq; fructuum ad te
referam. Vale. Ex Mediolano pridie Kalendas. Februarias.

Seruilis grauis.

In omni mea viuendi cupiditate præcipuum a ſuperis mihi mu
nus hoc ſemper ſupplicaui: vt ſcirẽ poſſemq; ſine fraude ac do
lis hero ſic obedire: vt fidelem me poſſet ſeruum illum appel
re:cui gratulatur verbis chriſtianis dominus :quod ſuper pau

fuerit fidelis:promittitq; ſuper multa ſe illum conſtituturũ: nec
eius vnq̃ ſimilem dicere ad quem ſerue nequam inquit Saluator Chriſtus.
quoniam eum conſeruorum miſertum nõ eſſet:& quem iuſſit in
tenebras vinctum conij ci.Quid enim ſunt in hoc homines orbe Horetiũ.
niſi quiſq; ſuam norit teneatq; mẽſuram: Et vt apud Horacium
legitur: ſorte ſu a contẽtus quiſq; viuat:nec ephippia bos nec iu
gum caballus optet: Terentius ipſe fuiſſe legitur Lucani Teren
tij ſeruus:a quo quia & fidelis foret & ingenio non tardiore:prę
ceptoribus litterarijs cõmendatus :heri diligentia liberalitateq;
magnum euaſit in virum atq; clarum. At Aeſopus pariter ſeruꝰ Aeſopus
fuit . Quid de Ciceronis Scipionũq; ſeruis:qui quidem omnes Atrienſis
liberaliter educati non vernarum:non Atrienſium locis educati
ſunt:ſed pro filijs :Hanc ego munificentiã abs te conſecutꝰ ſum
here mi optime:vt iam æque ac libertus poſſim agere :negocia
ri ꝓprias habere fortunas :nec iuris ſeueritati ſubiectus tibi quę
tam:quæ laboribus nanciſcor meis:quid poſſim tuo iuſſu effice
re:quod nõ debeam: Sunt qui putant indignum : ſibi a dominis
officia cõmemorari: vt Soſias ĩquit ille:Hæc cõmemoratio qua Terẽtius
ſi exprobratio eſt ĩmemoris erga me beneficij :malum certe ho
minum genus:cum ſine hac ego memoria noli viuus eſſe.Quid
enim me minꝰ ingratũ ijs:qui de me ſunt optime meriti:vt Am= Ambro.
broſius admonet: eſſe faciet:q̃ ſi habeam in memoria ſemper il
lius in me beneficia:Tunc & meam ante oculos conditionem ha
bebo:nec me fugit: quis eſſem prius:quem herus me tot affeciſ
ſet muneribus:Tolero ſi quid durius videtur in vita. Dño maio
res ago:& ſi Poſſum:refero gratias:ſi quid contingit melius.Id=
ipſũ ab Homero didici:cum tu me ab ineuntibus annis: here mi Homerꝰ.
optime imbui bonis artibus latine græceq; curaſti:vt is optimꝰ
merear dici ſeruus:qui ſeruit officioſe ac ſponte. Nõ ego igitur
coactus ad ea prouocor quæ tu iubes:ſed vltro: & cum aliquem
adicijs ſtimulum: equo ſponte currenti chalcar adiungis. Nihil
eſt tam aſperum :durum & cũ periculo : quod mihi leuiſſimum
eſſe non videatur:modo pro te faciam.Hæc enim oſſa:hi nerui:
hic ſanguis:hic ſpiritus:hæc demũ omnia: quibus vegetor:alor
viuo:ſentio ſapioq; fortaſſe(aut nõ omnino inſipio)tua ſunt om
nia:tibi dendita:tibi dedicata: ſeruiq; obligatione deuincta & ob
noxia.Tum eſt imperando munꝰ . At me attinet audire tantum
quæ iuſſeris:at cõtinuo quod in me fuerit exequi.Et vt illo vtar
Virgiliano:tuus o mi domine quod optas:explorare labor:mi= Virgilius
hi iuſſa capeſcere fas eſt.Tu me paſcis:tu me viuum tueris.A te

mea pendet ſalus. Tuæ voluptatis : tuæ vitæ: tuæ laudis par eſt mea. Si tu bene: valeo quidem bene. Vbi angeris & maceraris & affligeris : omnis tuus vel luctus vel mœror vel gemitus ad me attinet. In qua tu fatorum ſede verſaris: ea eſt cõmuniſſima mihi Quid ſeruo cũ domino: Quid homini cum deo : Nam tu quoq̧ meus es in terris deus. Te inſtar adoro numinis. Neq̧ te magis iratum metuo: q̃ Iouis fulmen: nec magis Placatum lętor: q̃ cum omnes ſuperos fautores mihi duco. Accepi autem conditionẽ per litteras abs te miſſam ea frõte: qua Domitianus legitur ſpectaſſe Thymelem deriſoreq̧ latinum. apud Martialem: Aut Iupiter a Marone fertur ſubriſiſſe Veneri: quo vultu ſerenat tempeſtates: q̃q̃ ſatis eſt impar ſimilitudo: ad ea que mãdaſti: ſic me accingam: vt ĩtelligas nihil me facere pluris : q̃ ſi pareo tuis de me inſtitutis. Nunq̃ inuenies me minus vel pronum vl' promptum ĩ rẽ tuã: q̃ cũ ago meã ꝓpriã. Quod me autẽ admones: a tuo caueã filio: ne q̃d detereat tibi de re tua: domi ſũ. Nõ me fallet: nec alliciet in ſententiã ſuã: vbi tecũ nõ ſeſerit. Fruſtra laborabit : vl' pollicitãdo: vel terrẽdo q̃d dicis. Nec eñ fact⁹ ſum puer qui nucib⁹ inducar: nec auis quã terreat. Bñ vale. Ex Me. Kl'. Februarijs.

Domitianus Coquue. Martial'. Vir. i. ęne

Synonyma ſeruilia.

Parebo tibi perlibenter.

Vt iuſſiſti faciam here.

Nihil ex ijs quæ præcepiſti pretermitram.

Ero in obediendo & nunc & ſemper paratiſſimus.

Habes ſeruum in te me domine fideliſſimum.

Quę tua cauſa cõmittitur mihi: eam abs te geri cenſeto.

Tam tibi debeo here mi: vt aſſidue in ſoluendo verſatus tuis de meritis nequeam ſatiſfacere.

Nulla res iucundior mihi eſſe poteſt q̃ ſi tibi obſequor vt cupis

Modo tibi ſeruiam lætus ſum.

Nõ mutã meã cũ vllo primate cõditionẽ dũ tibi rẽ gratã efficiã.

Quid eſſe mihi valet in vita iucũdius: q̃ ſi mea cum induſtria gratificor domino tibi meo.

Fac quod malis de me periculum: inuenies ſeruum nullum vnq̃ fuiſſe ſui heri obſeruatiorem: q̃ ego ſim tuus.

Abhorreo ob oĩ ſeruoꝝ ignaui cũ re tua ſtudeo fidei ac vigilãtię

Nihil eſſe duco magis meum q̃ ſi tibi obedio.

In hoc eſt mea omnis depoſita viuendi ratio: vt qui tu⁹ ſum: abs te pendeam & fide ſim erga te diligentiſſima.

Titulus. xxvij.

Clientalis familiaris.

Si velim(vt in tuã clientelã traductus ſum) meis in te officijs ſa=
tiſfacere:nec ingenio ſatis mihi ſit hoc exili:nec oratione hac ie Cicero.
iuna:nec viribus hui⁹ corpuſculi manchis.Nãvt (Cicero perpul
chre docet )ſeruorum loco ſucceſſerunt apud priſcos cliẽtes in
patronos nec iniuria:Qđ eñi eſt officiũ dñorũ in ſeruos: idem &
multo quidem maius patronorũ in cliẽtes extat. Debẽt cliẽtib⁹ Plato
patroni tutelã:defenſionem:auctoritatẽ: gratiam :vt plato con= Lycurg⁹
ſtituit:quod prius apud Lacedæmonios inſtituerat Lycurg⁹: de
bent deniq; cibũ:ſi clientes non habeant. Quãobrem iure optio Iuuenal' i
Iuuenalis ſuæ tempeſtatis patronos improbat dicẽs: Veſtibulis vmbrici
abeunt veteres feſſiq; cliẽtes:votaq; deponunt: q̃q̃ lõgiſſima cœ o.
næ.Quare cum tuus iamdudum ſim cliens:te nunc patronũ oro
primum:vt mihi crebro iubeas non ſecus ac ſeruo: mox vt rem
meam(de qua ſępius ad te ſcripſi) tuearis:adiuues:dirigas:nihil
omittas:quod ad defenſionẽ attineat cauſæ.Quod & ſcio te pe=
nitus :vel me reticente curaturum : magnitudini tamen tuorum
occurri negociorum:ne quando minora maioribus cedant.Scis
q̃ me coquat res ipſa:q̃q; me curioſum oporteat eſſe.Bene vale.
Ex Mediolano.iiii..Nonas Februarii.

Clientalis familiariſſima.

Ego tuus ſum cliens: tu patron⁹ es me⁹. Nihil meũ eſt quod ad
te non pertineat.Agitur:vt non neſcis:iſtic mea cauſa de ijs præ
dijs:quę iure poſco hęreditario . Exerce pro ingenij tui doctri=
neq; preſtantia: quod voluere iuriſconti patronatus ius eſſe . Vt
enim creatus abs te cenſeo quando me incliẽtelam admiſiſti: ſic
mihi non conſilium debes ſolum:ſed fauorem & auxilium . Fac
vt omnes intelligant:q̃ eum te mihi præſtitiſti quẽ ſolit⁹ es ha=
ctenus reliquis pręſtare clientibus. Nulli enim cedo beniuolen=
tia in te ſingulari ac inconcuſſa fide. Sunt alij fortaſſe tibi cliẽtes
ditiores:meliores corpore:nobiliores genere: at null⁹ tui amã=
tior.Ex Mediolano.iii.Nonas Februarias.

Clientelis grauis.

Cum cliẽtes haberet Siculos Cicero:dicebat ſe nõ minore Sica Cicero.
nos ſequi fauore debere q̃ Romanos :cũ cliẽtelæ inter prima po
tiſſimaq; fortunæ bona ſolerẽt munerari. Alcibiades autẽ ille tã Alcibia=
tus vir & imperator:nõ exiſtimauit contra legẽ fieri:ſi cũ iperio des
clientes Focaces tuerẽt.At Melciades in Lemũ Leſbũq; idẽ fa= Melcia=
ctitaſſe perhibetur. Quis enim vir bon⁹ non amet cliẽtes : quos des
videt in ſeparatos nõ min⁹ q̃ filios : Quid ſi filij nõnunq̃ deſerũt

ea tempeſtate patres : q̃ deberēt in eos eſſe piētiores & charitatis pleniores: At clientes inuēti ſunt nūq̃ patronos dereliquiſſe. Quare iā trito dicūt: illud Aſchlepiadeū: filiū da mihi bonū: ſer nūq; fidelē: clientē ſemp ego reddā optimū. Itaq; cū Romæ inuēti fuerit ſerui mali: ſeditioſi: factioſi: a clientibus eſt adiuta reſpu plica. Societati ſumma debeť fides: multo clientelæ maior. Nā ad tēpus interdū ſocij: ppetui ſunt clientes. Socios nōnūq̃ eos iūgimus q hoſtes aliqñ fuerint: vt & apud græcos: & apud latinos legimus plurimos. At clientes nunq̃ aſciuimus nobis : niſi quorum & cognita fuiſſet erga nos beniuolētia: fides ac deuotio : & quos intellexerim⁹ noſtrū aſſidue ſtudioſos. Itaque cū mea iādudum familia ſit omnis in clientelā traducta tuę dom⁹: vt a veſtra & ſalute & fortuna: pendeat & ſalus & fortuna noſtta : qđ primū eſt: cupimus vt exerceas in nobis iuſpatronat⁹: iubeaſq; vel maxima cuncta quib⁹ noſtras intelligas partes exerceri poſſe: vt intelligas q̃ & tui ſimus: & cupiamus in rebus tuis operā noſtrā exhibere. Deinde vero cū mea iſtic agať non mediocris cauſa : ſed qua non parum angor atq; affligor: cupio: vt patronus ēs: ita me ſic adiuues & tuearis. Non me latet qua valeas apud principem iſtū & auctoritate & gratia. qualiſq; ſoleas ĩ amicorū eſſe cauſis. Prætereo quod debes clientem patronus adiuuare. Fac ſupra quæ debes qđ potes: nec permittas me fraudari cuiuſ q̃ nequitia Malus eſt: cum quo agitur mea cauſa : ſed longe peior eſt prætor vrbanus: qui pecunia corruptus : nō aduocati minus officio fungitur q̃ arbitri. Rem habes eam adiuua. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Februarias.

aſchlepi⁹

Synonyma clientalis.

Adiuua me clientem patrone tuum.
Debes mihi patrocinium: qui tuus ſum cliens.
Omnis clientela in tui eſt patroni manu.
Quis meam ſuſcipiat cauſam: niſi tu patronus:
Abs te pendet mei clientis ſpes omnis.
patronatus officium abs te poſtulo.
Facies rem patrono digniſſimā: ſi me clientē non deſeres.
Quid poteſt ab vllo certi⁹ & officioſius ſperari : q̃ ab eo qui patronus eſt: vt tu meus: officium clientelæ debitum.
Oīs mea ſpes in te ſita manet : qui cliēti mihi p̃rocinium debes.
Nequeo mihi hac in cauſa deſperare: cum ſis mihi patronus.
Tu ſolus metum hac in re totum adimis: cuius ſum cliens.
Quid pōt a tanto patrono: quātus es: cōtingere mihi nō optato:

Facies tu (certo ſcio) in me quod patronum decet in clientem.
Hoc abs te poſtulo: ne te patronum eſſe meum ſis oblitus.
Quæſo vt ſolita in cæteros: ſis etiam in me clientem diligentia
Cũ exercueris curã in hac re tuã omnẽ: eris in cliẽtẽ officio fũct⁹ Vir.j.ęnę
Cõmendo me clientem fideliſſimũ tibi patrono diligentiſſimo. Diſcipulus.

Titulus.xxviij.

Diſciplinalis familiaris.

Iamdudum præceptor mi doctiſſime cupiebam te coram affari querit de ſubſcriptis.
& vt illud ẽ Maronis: Veras audire & reddere voces. At poſteaq̃
id nondum per locorum interualla potui conſequi: per litteras Perpetuitas.
proſequar: nec longiorem temporis intercapedinem: in hanc ſitim extinguẽdam admittam. Sunt qui dicant: non eſſe latine dictum ꝑpetuitatem: cum Cicero vtatur hoc in officijs vocabulo Nullitas Genitor.
neq; probent a cauſidicis nullitatem dici proceſſus: cum tamen Genitrix
nullam eſſe rem: iuriſconſulti vetuſtiſſimi dixerint. Quid hic ſentias expecto. Genitorem: genitricem: natum gnatumq;: nõ dicẽdum affirmant alij: ſed patrem: matrem: filium ac filiam. Alij veto non eſſe minimorum titulos vt dicantur egregij: aut ſingulares. Alij væhementius improbant: ſi quis famoſus aut glorioſ⁹ appelletur. Quę autem coniunctionem: non niſi breuitate pũctotum ſcibi poſſe latine aſſerunt: at quæ relationem expreſſe: Identidem q̃ & quod differenter a relationibus: & cum coniunctionẽ a præpoſitione: & plęraq; talia. Ego tuę imitationis cupidiſſim⁹ a cuius ſchola tanq̃ a Platonica pendeo (tuam in his ſingulis ſẽtentiã expecto. Malo enim errare tecum (Attici dicebant cũ Platone) q̃ cum reliquis bene ſẽtire. Vale. ex Me. Nonis Februarijs

Natus Gnatus Egregij Singulares. Famoſ⁹. Glrioſus Quæ & que Cum & quum. Platonica ſchola

Diſciplinalis familiariſſima.

Quęro abs te pręceptor humaniſſime: vt Gazophylaciũ exprimas: quo differat a therauſo: an idem ſit: Quis proprie Architriclinus cenſeatur: quis Choraules: Habemus enim quoſdam hodiernos interpretes: rerum & linguarum pariter ignaros. Quod ei ſit vrbi nomen: in qua corpus & reliquię diui Franciſci ſeruãtur. A quibus fuerint Mediolanum & Bergomum: vrbes cõditę: Quę ſit differẽtia ĩter intra & in q̃ ſint proprie voces latinę dictæ rhanarum: equorum: aſinorum: boum: cęterorumq; huiuſmodi Hęc ſi declaraueris afficies me voluptate incredibili. Tu iube ac me ama. Ex Mediolano. viii. Idus Februarij.

Gazophylaciũ Architriclinus Chorau. Intra In Voces rhanarũ.

Diſciplinalis grauis.

Vt illo vtar Iuuenalis: qui pręceptorem loco voluere parẽtis eſſe viri fuerunt non pietate minus gratitudineq; ſingulari: q̃ innata Iuuenalis

quadã de litteris bene ſentiẽdi cupiditate:ac aſſidue quæ didiciſ
ſent:memoria repetẽdi .Vt em̃ a patribus ſumus:ſic a p̃ceptori=
bus bene ſum⁹.Ab ijs viuim⁹:ab his autem beneviuimus. Quid
ſi bene ſimul & beate : Quid em̃(vt aurelio placet)aliud eſt bene
Augu. ac beate viuere:q̃ illa & diſcere & tenere :quibus ęternitas glorię
cõparatur:At a quibus alijs has emũt mercimonias viri :q̃ a prę
ceptoribus: Ab his diſcim⁹ nõ loqui ſolũ quo a mutis differim⁹
Cicero. animãtibus ac brutis:ſed eloqui:quo nos Cicero cæteris homi=
Grãmatici. nibus nos docet antecellere. A Priſciano grãmaticẽ:Beda:Pho=
ca:Capro:Marcello:Varroneq̃.Ab Hermagora:Hermogene:A
Rhetores. eſchine:Lyſia: Demoſthene Ariſtotele:Iſocrate: Cicerone: Ca=
thoneq̃ rhetoricẽ accipim⁹.Ab Orpheo:Muſeo:Heſiodo :Ho=
Potę. mero:pindaro:Ariſtophane:Euripide:Sophocle:Marone :Oui
Hiſtorici dio:Horatioq̃ poeticã. Ab Herodotho: Thucydide : Polybio:
Declamatores. :Plutarcho:Liuio:Saluſtioq̃ hiſtoricã A.Seneca: Quintilianoq̃
declamandi modũ:& ab alijs ſingulis ſingula noſtris morib⁹ vi=
tæq̃ neceſſaria : cũ quibus nedũ cogitem⁹ oĩa modeſtiſſime: di=
camuſq̃ politiſſime ac plurimũ elimate:verũ etiã faciam⁹ cõſulto:æquę:ſãcte:pie:religioſe::quib⁹ virtutũ gradib⁹ hic nobis ab
inferioribus ad ſuperiora paramus aſcenſum: & cũ in terra cor=
pora viuant:in cælo mentes paſcantur.Nunc igitur cum te abſẽ
tem animo ſpeculor :atq̃ non ſec⁹ ac preſentem itueor non aliũ
videre videor q̃ eum a quo ex nihilo factus ſim aliquis . Tu me
non minus bonos docuiſti mores : q̃ bonas artes: nec minus(vt
Lactãti⁹. admonuit Lactãtius)curaſti vt ſaperẽ:q̃ vt ſcirem.Ad te reddeo
cum quicq̃ ambigo:a quo vtpote peritiſſimo quæram & verbo=
rum rationes & rerum.Quædã de verbis dubitam⁹ :meli⁹ ne ac
latinius quarto Kalendas:an quartum Kalẽdas dictum ſit. Quid
Eiulatus proprie ſit eiulatus:quid gemitus:quid ſingultus: quid planct⁹:
Gemit⁹. Quæ iter recreare:cõſolari: leuare:ac reficere ſit differẽtia.Quæ
Sigultus dam de rebus ipſis:Num Epicuri ſententia ſit vllo pacto de vo
Plauctus luptate tollerabilis:cum & a Cicerone tantopere dãnetur :& ab
Recreare ijs omnibus qui Ciceronẽ ſecuti ſunt:Quædã de nominib⁹:Nũ
Cõſolari recte ſcriptum ſit in officijs:Ariſtotelem & Iſocratem : quorum
Leuare. vterq̃ ſuo ſtudio delectatus contempſit alterum. Quædam de
Reficere hiſtoria) Num Dido potuerit Aeneam amare) Sin id minus qd
hoc exponat figmenti) Quædã depoetica) fuerint ne q̃ ante Ho=
merũ& Heſiodũ ſcripſerint cum Philon id Iudæusnegarevideaẽ
Hæc diſcipulus a doctore poſtulo. Tu reſpõde) ac Vale. Ex Me
diolano.vij.Idus Februarij.

## Synonyma diſciplinalia.

Doce me mi pręceptor.
Ne ſis in me docendo difficilis.
Adhibe in me inſtruendo diligentiam.
Fac vt non graue ſit.diſcipulum admonere.
Pręceptis elegantiæ tuæ diſcipulum imbue.
Nulla me maiore affeceris voluptate q̄ ſi ſis ĩ me docēdo aſſi-
Ero ĩcredibili abs te munere donat⁹ ſi me doces. duus.
Quid potes in me cōferre pręſtantius.q̄ eruditionem:
Tu plane me beabis: cū docueris egregij quippiam.
Quotiens in me defatigabere totiens tibi plus debebo q̄ ſi me
omni theſauro feceris q̄ ditiſſimum.
Eſt ne qcq̄ abs te mihi dono dandū quo te munificentiorē exhi
beas q̄ ſi præceptis me bonarum artium inſtitueris.
Adhibe ĩ p̄ceptis erga me curā ſi vis me tibi ppetuo deuictiſſi-
Cū te rogo pluria ne ſis ĩ me docēdo durus. mū eſſe.
Ego te qn̄ me doces aſſidue numinis inſtar colo.
Te ſupplico p immortalē deū rn̄deas ad hęc q̄ ſępe q̄ro.
Facit doctrina tua. vt non ſi negligens in quærendo ſemper
quicq̄ ambigui.

## Titulus.xxix.

### Doctrinalis familiaris.

Qz me ameſęquum eſt. Amaris enim ab me ſupra modū. Sed
ne prolixitate verborum tempus teram cum ſententiarum po-
tius opificem q̄ verborum ſapientem eſſe decere doceat Augu — Auguſti.
ſtinus ad ea ſummatim reſpondebo que poſtulaſti. Perpetuita- — Perpetui
te vtuntur vel obſeruatores latinæ linguæ in ijs quæ ad philo- — tas.
ſophiam attinent ſiquidem commodiore vocabulo ea ſenten-
tia nequit exprimi. Vt enim ab æterno formatur æternitas ſic a — Aeterni-
perpetuo perpetuitas. At cum licet oratorem amplius loqui — tas.
vtendum eſt conſuetis ĩmortalitate ęternitate Sempiternitas & — Sēpiter-
perpetuitas philoſophica ſūt nec non & hinc p̄cedentia verba — nitas.
perpetuare ſempiternare. At ſi apud poetas reperiātur quibus — Natus
carminis eſt difficultas tolleratur v̄t & apud eos genitor & nat⁹ — Genitor
& apud comicos gnatus. Refert enim & inter ipſos poetas he- — Diuerſi-
roice ne quiſq; ſcripſerit an elegiace / an ſatyrice / an bucolice / — poetarū.
cum hęc carminum diuerſitas varia ſoleāt admittere vocabula — Caballū.
Satyrus caballum dicit / nō heroicus / at ſonipedē / vt apud Ma- — Sonipes
ronē. Stat ſonipes & fręna ferox ſpumantia mandit / at carnipe- — vir.iiii.ene
dē / quem Satyrus monychus / vt Iuuenalis. Aut quātas iaculet — Iuue.j.ſa.

Nullitas monychus hornos. Nullitatis dictio bona eſt. Egregium vocat
Egregiꝰ Tullius cęſarem:nec poteſt pręſtātior quiſq̄ dici q̄ egregius:mo
Tullius do titulus adijciatur artis:vt egregius vocetur philoſophus:āt
Singula= orator:aut princeps. Singularis eandem habet rationem:dū ne
ris. vulgi more addatur ſuperlatio:quę ſtare nō poteſt:cū pluſq̄ ſin=
gularem dicere valeamus nullum: cum ex pluribns ſigillatim
Tullius viſis delectus hic vnus ſit:vt Tullius vix ſingulis ętatibus ſingu
los īquit tolerabiles oratores extitiſſe. Breuiationes autē ac pū
Quę & q̄ ctuationes nouiores inuenere non priſci. Omnia poſſunt latiniſ=
Cum & ſime plana ſcribi:nec errabitur:modo quę relatio diphtongetur
quum coniunctio vero minime. Cum autem a quum nihilo differt:niſi
quadam nouorū quorūdam ſuperſtitione:qui(vt Tullius in Grę
cos ait)ne parum multa ſciſſe viderētur:ea interdum conquęſie=
runt quę nihil ad artē attinebant:vel inanis arrogantię cauſa vel
ſpe lucri:vel vt ars difficilior cognitu videret̄. Hęc habes. Ego
tuus ſum:audenter eiuſmodi pete. Ex Me. vi. Idus Februarij.

Doctrinalis familiariſſima.

Gazo= Gazophylacium mi fili(non ſecus enim: ac filiū te diligo)a ga=
phylatiū za vocabulo Perſico:quod cēſū ſignificat:& phylago:vnde phy
lace:hoc eſt ſeruo & cuſtodio compoſitum: cuſtodiam declarat
Vir.j.ęnę hodie eccleſiaſtici quidem cenſus. At apud veteres gaza pro oi
Architri capitur cēſu:vt apud Maronem:Arma virum tabulę:& troia ga
cli. za per vndas. Architriclinus ab archos:id eſt dominus:& tricli=
Chorau nos:hoc eſt aula:dominus dicitur aulę quem nos prefectū uoca
les. mꝰ hoſpitio. Choraules autem chori dicitur ductor. De diui frā
Intra ciſci vrbe:axem reſpondeo:cuias & Propertius fuit. Mediolanū
Differūt & Bergomum:Suidas docet:a Gallis ędificata. Intra veteres di
Citra cebant vltra:vls: citra cis. Tra vero ad Euphoniam eſt additū:vt
Voces Gelliꝰ docet: Rhanę coaxant:equi hinniunt. Aſini rudiunt. Bo=
rhanarū: ues mugiunt. Ex Mediolano. v. Idus Februarij.
Equorū

Doctrinalis Grauis.

Aſinorū Multa breui complexus es mi fili: quando me patrem appellas
nec immerito quibus & ingenij tui fœcunditatem expreſſiſti:&
ſtudiorum aſſiduitatem:& tuam in me pietatem. Lętatꝰ ſum mi=
rifice:qui tantum peperim fructum:tam ſuauem:tam nectareum
Quartū Quod ad rem attinet:quartum Kalendas ſine prępoſitione non
Kl'as. inuenitur latine dictum:vt Cicero ad tertium Kalendas hoc ſtu=
Qnarto debam:& de eo intelligitur:quod futurum & paratum deſcribit
Tullius tempus. At quarto Kalēdas de pręſenti iam tempore ſcribit: vt
Eiulatꝰ: idem Tulliꝰ. hęc ſcripſi Idibus mane. Eiulatus eſt ſic a muliebri

voce tractū vel a molli viro:cum in funere fit clamoſa lamenta tio:vt in beſtijs plæriſq; pariter a voce originem capit verbum: vt vlulatus in lupis:latratus in canibus:cuculatus in cuculis. Gemitus eſt qui vel viros decet quodam admixtus in funerib⁹ moderamine. Singultus mutatione litterarū ab inglutiendo eiulatū dictus eſt:vbi præ pudore nō emittitur clamor. Planctus muliebris ille clamor eſt cū lachrymis in mœrore. Nā mœror eſt ęgritudo flebilis de ei⁹ morte:qui nobis charus fuerit:vt Ciceroni placet. Leuare eſt dolorē ſuadendo leuiorē efficere. At recreare ac reficere non ſolū eſt facere leuiorē: ſed pſuadēdo in primam reducere mentē. Cōſolari aūt eſt: ſpe ꝓpoſita maioris voluptatis:ægritudinē de mente delere:vt apud Virgilium. Venus ſe dicit ſolari ſe ſolitā caſus troianus ſpe promiſſorū Iouis. Epicur⁹ (mea quidē ſentētia)vir fuit doctiſſim⁹. & haud qualem improbant multi cum Cicerone. Poſuit ſummū bonum in voluptate. Quid aliud ē beatitudo q̄ indebilis voluptas:Quid apd̄ nos paradiſus: q̄ voluptatis loc⁹:Si Cyrenei cōſtituerūt ſūmū hoc bonū in indolentia:nōne melius Epicurus in voluptate: cū virt⁹ in operatiōe pfecta(teſte Ariſtotele)ſit cū delectatione: Quid vera Chriſtiana fides nobis pollicet̄ iquiēs: Gaudete & exultate:quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis: Vir qui poſt obitū nihil cenſeret pmanſurū nō triuiſſet in ſcribendo temp⁹:vt ille q quadringēta ſeptuagintaquattuor librorū ædidit volumina: futuræ gloriæ imortalitatiſq; ſtudioſiſſim⁹. De Ariſtotele intelligitur & Xenocrate:quorū vterq; ſuo ſtudio delectatus eſt. Dido ſtatuit Carthaginē annos circiter triginta prius: q̄ fuerit vrbs Romana cōdita ad Aeneæ ſucceſſoribus:annos quadringentos: aut paulomin⁹ poſt interitum Aeneæ:Figmentū illud omne apd̄ Virgiliū pro Aenea Romā ſignificat:ꝓ Didone Carthaginē:quæ nouitate ac ſimilitudine delectata quod profugi Troes condiderint vrbem:vt & Dido profuga:primū & dona miſit: & cnm Romanis maximam contraxit beniuolentiā. Mox quia Romani amplificare cupiebāt imperiū:a pœnis receſſerūt:quare Carthaginenſes ſibi mortem aſciuerunt:tripliciq; vulnere ſunt confoſſi: hoc eſt triplici bello punico eneruati. Ante Homerum & Heſiodum ſcripſit Orpheus:qui audierat Linum thebanū: qui quidē Linus Cadmum Agenoris habuerat præceptorē. At mľto antea phibentur ſcripſiſſe poetica:& apud ægyptios Vulcanus: & pleriq; prophetæ:& belli troiani temporibus Sibylla. Nūc ad ea reſpōdi ſingula:quæ petieras. Cæterum eſt vt perſeueres: nec te vnq̄

Gemit⁹.
Singult⁹.
Planctus
Leuare.
recreare.
differūt.
Reficere
Cōſolari
Vir.i.ęne
de epicuro
Cyrenei
Ariſtoteles.
Carthago a Didone & quo tēpe Virgili⁹.
Antiqſſimi poetę

quęrere pudeat quę neſcis:cũ multo neſcire ſit turpi⁹. Ex Mediolano:v.Idus Februarij.

Synonima doctrinalia.

Ita fac mi fili ſemper roga.
Vt multa diſcas:quærenda ſunt plurima.
Nihil eſt tibi temporis terendum:vt diſcas aſſidue.
Si percunctaris præceptorem ſemper nunq̃ te pœnitebit.
Fies ſummopere doctus:ſi ſemper quæris.
Efficere ptiſſimus:ſi ſtudebis:& quæ non intelligis poſtulabis
Si neſcis fœdum eſt:ſi quæris pulchrum.
Quid magis diſcipulũ decet q̃ aliquid aſſidue quærere.
Nihil magis eſt diſcipulo ꝓpriũ q̃ vt q̃rat doctorẽ aliq̃d aſſidue
Si fabri ſim⁹ fabricãdo:multomagis docti rogãdo ac exercẽdo
Magnus eris in litteris:ſi ſemper aliquid audis.
Non vt te ſcire putes(fies doctior) ſed vt aſſidue aliquid diſcas
Ne te pudeat ſcire velle:quæ neſcis.
Illos nõ audias quos pudet magiſtros audirẽ:cũ maiores natu ſũt
Ab illis qui vel ſenes audiebant bonarum artium preceptores: exemplum tibi vendica.
Nihil in homĩe ignorantia turpius eſt:ſed turpiſſimum ꝑtinacia
Debes ſemper videre multa:& quæ non tenes ſciſcitari.
Ariſtoteles. Haud difficilis in quærendo ſis:vbi doctorem facilem habes.

Titulus.xxx.

Munificalis familiaris.

Munificẽtiã illã eẽ virtutẽ: Ariſtoteles docet:q̃ maiores ac plures ſibi vẽdicat amicitias. Cõciliãt ei mũificis populoꝝ animi: fiũtq; i eos oĩa hominũ genera dediſſima. Id ego cõſiderãs ſępe in eos præſertim eſſe debere me munificũ duco: qui viri ſunt & docti & boni:qui merent̃ omnẽ munificentiã. Ex eorũ eni mẽoria nunq̃ excidũt munera:& a nobis factũ eſt opus: q̃d ſemꝑ laudaturi ſint qui recti quippiã ſentiunt. Scio quãtus ſis: q̃q; doctus q̃q; multo merearis plura:q̃ tibi dono dem. Cuperẽ poſſe tanta miniſtrare tibi:quãta me cogeret incredibilis tua virt⁹. Sed vbi volũtati nõ ſatiſfiet:facultatẽ admittes:& æqua mẽte feres paruam hanc eſſe largitionẽ meã:quã fortunæ debilitas tenuiorem fecit. Vale. Ex Mediolano.iiij.Idus Februarij.

Munificalis familiariſſima.

Eo contentus ſis munuſculo quod ad te dedi: nec eius paruitatẽ exiguitati volũtatis ac facultatis aſcribe Sũ eĩ ea ĩ te beniuolẽtia:vt nihil ad te dare tantum me poſſe videam:cui non ſint aſſidue defutura ꝗplurima. Mereri autem maxima te quæq; non

neſcio:in quo tā diuina potius q̄ humana ſit virtus. Accipe q̄ familiariſſime qđ in me fuit:& cuius rē minimā animi magnitudo maximā faciat. Nō quę data ſint aīaduerte:ſed qui dederit. Bene vale. Ex Mediolano. iij. Idus Februarij.

Munificalis Grauis.

Theophraſtus largitionē inquit:fundū non habere. Qui dat enī (vt Ariſtoteles docet) ſi liberalis & haberi vult & eſſe: ſciat liberalitatē a dando dictam eſſe Nan philotimia vocatur apud Græcos quippe quæ amicos honoret vel amet honorare. Qꝫ ſi Platone teſte:honoram⁹ aliquē in virtutis teſtimoniū: manifeſto cōſtat huiuſmodi honores muneribus ab ijs eſſe implendos a quibus imprimis ſolent:vt ab habentibus facultates:expectari. Pricipes enim vt ditiores ſunt reliquis:ſic & fortunas habent quas donent ꝓpenſiones. Quare ne ſua largitio fundū habeat recte admonet Theophraſtus: vt nihil in principe turpi⁹ q̄ aurū vel cumulare vel cupere: ita præclariſſimū in ijs eſt vt multa donent. Arati Sitionij laudatū ē illud ī ſuos ciues munificētiæ genus. Et cæſaris in ærario p ppl'm partiēdo: & Cyri:qui liberaliſſim⁹ fuit in largiendo magnificentia:quid de nobis dicturos eſſe multos opinemur:ſi cum admodū pauca paruaꝗ poſſim⁹: vt multa donem⁹ & magna. Nolim ab alijs rapere:vt alijs donē: vt illud improbat Tullius:Sed malim debere ſemp plurima: vt habeā vnde multo elargiar plura. Qꝫ me delectat reſpōſum illud Curij: Nolle Romanos aurum: ſed aurum habentibus imperare velle. Qꝫ eo Fabrij lętor:cū a Sānitibus aurū noluit dicens indigne ſibi viſum fier:ſi ab illis ea caperet:quibus eis vſus eſſet:cum ipſe neſciret vti. Qua ſumus virtute ſimillimi ſuperis alia magis: q̄ liberalitate:Quid autē in principe fœdius q̄ ſi theſaurū augeat inſtar Crœſi Lydiæ regis:aut Midæ:aut Phinai:quibus theſaurorum magnitudo plurimum obfuit: Ego dono & libenter:& ſæpe & illis imprimis qui merentur cum virtute:meꝗ ad donandum inuitant. Accipe quod minimum ad te dedi:nec rei tenuitatem potius q̄ voluntatem ſpecta. Si enī ad ea:quæ te decent & q̄ tuæ debentur laudi hæc conferas:nichil acceperis: munus corruat. Si meam metiris facultatem: ſupplebit voluntas quod defuit largitati: At hæc autē neq̄n mea negligas:te hortor aliquādo ad me ſcribas non nihil:vt intelligas:quanto ab me pluta ſis habiturus q̄ ab illis qui me multo ſunt ditiores maioreſꝗ principes;Cognoſces Platonicum illud:Non in imperio:ſed in mēte conſiſtere principatum: Audio & tibi filios eſſe. Filiæ ſi nu-

Theophraſt⁹. Ariſtoteles. Plato. Theophraſt⁹. Aratus. Cæſar Cyrus Tullius. Curius. Fabriti⁹. Crœſus. Midas. Phinaus Plato.

bent:eis iſtitui dotem. Filios quot ad me dederis: curabo apud me q̃ liberaliſſime:nõ educari ſolum: ſed erudiri:vt meam erga te tuoſq; omnis cognoſcas beniuolentiã. Si quid eſt autem: aut nunc:aut deinceps:quod aliud ab me poſtules :fac vt ſciam Nihil es a me fruſtra petiturus. Vale. Ex Me. pridie. Id⁹ Februarii.

Synonyma munificalia.

Accipe munuſculum ea mente:qua dedi.

Paruitatem numeris magnitudo noſtræ compenſet volũtatis.

Indulge dono:ſi meam non exprimit mentem

Pro mea facultate donum capis:non pro animi magnitudine:

Si tanta res eſſet mea quantus ẽ anim⁹:maiora longe caperes.

Habes a me ſignum animi non ingrati.

Non quæ te deceant:dedi:ſed quæ poſſim.

Scio quæ ſcis meritus:at tu non neſcis quãta ſit facultas mea.

Si tuam metiris virtutem :fac vt & quid ego poſſim nõ ꝑtereas.

Debeo tibi maxima:ſed cogit impotens tenuitas reddere pua.

Nihil eſt quod plus cupiã q̃ vt habeas ab me quæ meritus es.

Tanta eſt tua virtus vt vel cum ſanguis me⁹ ac ſpiritus dono tibi datus ſit.debere adhuc me tibi ſciam alia.

Nullũ ſeruarẽ in largiẽdo tibi modũ:ſi poſſẽ rẽ aĩo ſuppeditare.

Fieres a me q̃ditiſſim⁹ vbi fortũa volũtati meę(q̃d vellẽ)miſtraret

Fer æqua mente ſi non miſi:quod vellẽ mun⁹ ad te:ſed q̃d potui

Titulus xxxj.

Iuridicialis familiaris.

demoſtenes Cum illud ſic iudicis proprium:quod apud Demoſthenem legitur vt nec amore: nec odio:aut alliciatur:aut prouocetur:non tã ego in hac cauſa mutuæ fauebo tuæ in me beniuolentiæ : q̃ meã ſeruabo fidem. Hoc enĩ a me poſcit iuriſditio mea vt non alios corrigam:alios pręteream:alios perdam:alios ſeruem. Vocauit in ius te me coram: ad ea quæ petiturus erat reſpõſurum Curi⁹ Ad diem conſtitutam non acceſſiſti:vt tuam damnem⁹ cõtumaciam inſtat:aut negemus ei ius exequi:opus eſt: aut te dãnemus Vtrumq; difficile ſed deterius illud:q̃obrem aut huc accedas eſt neceſſe: reſtituimus enim adhuc ſibi veniendi reſpondendiq; locum:aut poſt deſignatam diẽ non eris indamnatus. Dies autem a nobis tibi ſit deĩceps ad.xiiij.deſinata Kalendas decembris.

Cupio te adiuuare in iſs omnibus quæ mea ſint:ære: domo:ſubſidijs:amicis:clientelis :at in iſs quæ mea nõ ſunt ſed legis haud quicq̃. Aliud eſt enim priuatum amicũ eſſe: aliud publicã gerere pſonã. Marcellum ſemp habes: prætorẽ nõ niſi cũ ius decreuit

Ergo fac vt venias ne legem iratam expetiaris. Bene vale. Ex Mediolano Idibus Februarijs.

Iuridicialis familiariſſima.

Accedentē iſtuc Parmenonem: qui te noſtro in ius omie vocat audies & deinceps noſtris obedies indilate mādatis. Nā adiuit nos aduerſarius tuus: vt nuncius iſte tibi ſignificauit. Ad te igit̄ petitionē hominis dedim⁹: vt reſponſurus accedas. Non erit id nobis iniucundum: vt negligas quæ iubemus. At ſi negligas feres cōtēptionis pœnā. Muctabim⁹ eñi te in decimū argēti pōdo nec admittemus cauſam cū in cōtumacē oīa iura clamant. Vale. Ex Mediolano. xvij. Kalendas Martias.

Iuridicialis grauis.

Lycurg⁹ lacedęmonijs leges tulit: vt ſi qs ī ius vocat⁹ (iſtāte aduerſario) nō veniſſet: æq̄ dānaret̄: ac cōfeſſ⁹ q̄ peterent̄: quē ipſo iure Cecrops dixerat eē dānatū. At Solō miti⁹ apd̄ Athenienſes agēs ruri⁹ atq₃ iteꝝ īgt: vt̄ cōtumacē ipm: reuocādū eē: vt ſi cauſā more dixiſſet idoneā admitteret̄: Sin id min⁹ & dānaretur aduerſario debitor & ml̄ctaret̄ ꝓ negligētia. Labeo vero vir doctiſſim⁹ hoc addidit: vt nō redderet̄ more cauſa: ne forte mēdaces fieri plures cogerent̄ ad dānatiōis ſeueritatē. Sed cū tertiū ī ius vocaret̄: nō veniēs decerneret̄ ea cōfeſſ⁹ q̄ ītermiat⁹ arbiter eēt. Ad Scæuola doctiſſimus ille: maluit procliue in abſoluendum agere q̄ difficulter ī dānādū. Itaq₃ decreuit ius ſuū vrbib⁹ eſſe: qd̄ ſigulæ ſibi dicerēt. Q̄ſ ſi iuberet vrbs vlla dānādū eē: q aut primū: aut q̄rtū nō veniſſet id obſeruaret̄. Nūc aūt ī hac vrbe ſcis eē pricipis ædictū vt qui primū vocat⁹ ē: cōtinuo nō accedēs dēnet̄ ob id ad qd̄ vocat̄. Fabi⁹ quid abs te petat: iſtis accipies lr̄is. Eſt hō ꝑmoleſt⁹ (nec id īficior) ſed cui nō ſint iuſticiæ partes denegādæ: quā nec ipi malo dæmoni de⁹ denegaret. Nā & alexāder ille rex tātus cum querebat̄ de alio quiſq̄: vnā occludebat aurā quā ſe dicebat alteri ſeruare parti: vt vtraq₃ audita rectius iudicaret. Amo te plurimū: ſed ita quidē vt Agis ille reſpōdit ad ea quę dixerat pater: qui iudex eſt perſonam exhibet in terris dei. Nullū in lege amicū hoſti præfero: æqua procedo lance. Aſtręa illa me virgo videt: quæ neq₃ titanas ſuos ſeruauit. Huc igitur accede q̄ primū in ius vocatus: ad ea reſpōde quæ petantur: honeſtaq₃ ſit cauſa tua vel turpis: conſidera prius q̄ in eius diſceptationē deſcendas. Melius eſt enim (pro Ciceronis ſententia) non incipere q̄ ab incœptis turpiter deſiſtere. Poſſunt facillime in arbitros cōpromitti cauſæ. Tranſigiturq₃ non difficulter inter omnes: cum

Lycurg⁹
Cecrops
Solon
Labeo
Scæuola.
Alexander
Agis
Aſtræa
Cicero

Quintilianus. e uẽtus litiũ Quintilianus dubios eſſe doceat. Ni pac͡t⁹ id fueris: quod honeſta tibi ſit cauſa: nec tamen legum tenes ac ordinẽ iu
dicio ꝝ: cauſidicũ tib i quęre: nõ mathonis ſimilẽ: qui te ĩuoluat p
Seneca plexũqꝫ in foro diſcruciet. Nec eorũ aliquẽ de quorũ inquit Se-
neca genere: Hic clamoſit rabioſa fori iurgia vendẽs: ĩprob⁹ iras
& verba locat. Lege tibi virũ bonũ qui poſſit (vbi opus ſit) & ar-
Rhetores. biter intereſſe. Ordo autẽ cauſarũ idẽ eſt qui & Rhetorũ comple
c͡titur orationes. Nã vt exoriunt̃ hi: ſic illo factum ꝑponunt eſſe
differũt. dicendũ: vt & iudices attentos & beniuolos faciãt. Vt narrant hi
Iuriſconſulti. narrãt etiã illi caſus ꝑpoſitione materiã litis explicantes. Vt hi
diuidũt: illi partiũtur: quæ ſint bropanda: negata: poſitionib⁹: vt̃
quę affirmata ſint in ſuã cõmoditatẽ traducenda. Vt hi cõfirma-
tionib⁹ totuplicibus vtunt̃: quotuplices ſunt ꝑtitiones. Illi articu
los ad ꝓbanda referũt: argumẽtationib⁹ nitunt̃: rationibus legi-
buſqꝫ rẽ tranſigũt. Hoc differunt qđ ꝑpoſitione: ratione rationis
cõfirmatione: exornatione cõplexioneqꝫ ſequũt̃ rhetores ꝓba-
tiones inficiationeſqꝫ ſuas. At iuriſcõſulti nõ niſi iuris inductio-
nib⁹. Illi ſunt ꝓbabiles: ac vereſimiles argumentationes: his autẽ
Plato. demõſtratiue ac neceſſarie. His tibi & ordinib⁹ & modis eſt in fo
ro diſceptãdũ: quos docuerat in republica Plato: ſed multoma-
gis hodierna docuit cõſuetudo. Ne te igit̃ ab his diſtrahas: nec
inuerſuꝝ hũc ordinẽ ꝓ te iudica: ne aut famã dãnẽ meã: aut mihi
ſim crinis cõſci⁹: qui alias habeã ꝓ amicis alias ꝓ reliquis leges
Non habeo perſonarum acceptionem. Bene vale. Ex Mediolano
xv. Kalendas: Martias.

Synonyma Iuridicialia.

Ne ſis in iudicio contumax.
Haud amori meo in cauſis confidas: quarum ſum arbiter.
Nihilo tibi plus deeſſem q̃ filio: excepto foro.
Fac vt qñ publicus iudex ſum: de iuſticia nihil mihi diminuas.
In iudicando neqꝫ te noſcam nec alium queq̃.
Non erit fides mea pro te vel alio in foro violata.
Omnia mea tibi debeo: præter legum maieſtatem.
Commandate mihi ſunt iuris partes: quas me nemo petat vt re
ſtituere cõmandãti poſſem deo.
Quid eſt in amico inſolenti⁹: q̃ de viris via rationeqꝫ velle quicq̃
amico detrahere.
Quæ mea ſunt ab me poſce communia tibi: viris leges intac͡tas
depoſitori ſeruo principi.
Cura vt non ſis contumax: ne in te clament leges omnes.

Fac vt obedias pceptis legū ne plectare ſi te difficile preſtiteris.
Aut cauſā in foro nō habeas:aut iuriſditionis obtēpera iſtitutis.
Amicus ſum tuus:ſed priuatus.
Iudex ego te non illi propono.
Habeo te fr̄is loco : mō tu meā in iudicando dignitatē nō lędas.
Ne tibi de me quicq̄ iudicante pollicearis.

Titulus.xxxij.

Regratiatoria familiaris.

Qui referre nequit gratias(iquit Cicero) habere certe pōt. Itaq; cum maximo nos affeceris munere:cumq; referendi non ſe nobis facultas offerat: habendi certe bono ſumus animo agendiq; lingua non proplexa. Verum cui deeſſēt hac in cā verba:ei certe ſoli qui mutus ſit aut penitus elinguis. Nihil potuimus nos quidē optare:qđ abs te vel nō orato:non requiſito:non ſim⁹ aſſecuti:Tu nos hoſpitio phumane tam excepiſti q̄ virum aliquis noſtrū aui⁹ eſſet cupere. Nullum omiſiſti gen⁹ officij : quo nos nō inſignueris. At neq; noſtra te docuit id efficere familiaritas:nec antiqua virtus:nec vlla pfecto cauſa :q̄ quicq̄ deberes nobis. Ad ea te cōegit ſola benificentiæ tuæ conſuetudo (que talis eſt) vt neminem prætermittas cui nō te præbeas hoſpitalem. Eſt igit̄ noſtrum deiceps mun⁹:vt cū tibi pluria debeam⁹:multo velim⁹ debere plura. Quo ſum us pacto : parē gratiā relaturi : Vita hęc tua eſt non fortuna ſolū. Vtere nobis poſthac nos ſecus ac tuis. Bene vale. Ex Mediolano.xv.Kalendas Martias. Cicero.

Regratiatoria familiariſſima

Redijt ad me puer meus:q̄q; diligēs in eius te præſtiteris expediedā cām:retulit: Feciſti qđ veſperabā te factuꝝ eē. Sciebā eñ q̄ ſoleres eē me⁹. Quid meū te dixi: Immo bonorū oīm. Habeo & ago tibi gratias imortales :& ſi qñ fuerit tibi nr̄a op⁹ opa nō recuſabo referre. Q̄z q̄ ſcio nihil eē mihi tātū:vel fortūaꝝ vl̄ igenij vt par tibi pberit poſſit gr̄a:Verūvbi cętera in hac referendo gr̄a deficiēt:voluntas certe nūq̄ deerit. Bn̄ vale Ex Me.xiiij.Kl̄ Mar.

Regratiatoria Grauis.

Qui genus inuenerūt officij:quo munificos bn̄ficoſq; ſe viri pręſtarent in viros:vt mutua viuerēt beniuolētia:ijdē edixere leges quib⁹ & haberi gr̄ę & agi:& referri parit̄ poſſet. Ex quib⁹ Aechinē apđ Atheniēſes imitandū eē duco : qui dixit nullū eſſe tā abiecta cōditione:qui vllo vitæ parte non poſſet exhibere ſe non ingratum benedicendo ſaltem referret officium. Non parum eſt enim a plæriſq; muneris : vt laude reponat̄ officio (Nam vt Aeſchines

Plinius plinius docet)qui poetæ vel vrbium ac principum:vel priuato=
rum laudant vitas: maximis eos muneribus donant quos extol
lant:merenturq; ab illis maxima . Quid ſi acceptis muneribus:
abs te laudes ꝓ gratia referũt:Ego ꝑpetuũ exiſtimo bonũ illis p̄
ferendũ quæ caduca ſunt:ac interdũ vix diurna. Qꝫ ſi de dignita
te cõtenditur muneris:q̄d donũ cũ laudis ĩmortalitate cõtende=
re audet:ſi quidẽ hac largitiõe dij : friuolis aũt reliquis delectari
ſolẽt homines:Fuiſti tu quidẽ in me meoſq; omnis o clementiſ
ſime princeps liberaliſſimus:primũ omni hoſpitalitatis officio
vt Iouẽ te poſſimus hoſpitalẽ illũ exiſtimare:de quo extat poe=
ticus verſus:Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquũtur.Ad
hæc largiẽdo nobis aſſidue multa:nemini chriſtiãorum ceſſiſti:
Nullũ præterijſti genus officij quo nõ fueris erga nos beneficẽ=
tiſſimus.Audiuiſti noſtros omnes facillime:Admiſiſti humaniſ
ſime:Vidiſti iucũdiſſime: Dimiſiſti omnibus in rebus liberaliſſi=
me.Valuimus apud te tuoſq; ſingulos tanta & auctoritate & gra
tia:vt nihil addi ad officiorum cumulũ poſſit.Quo pacto reſpõ=
debo huic benignitati:mãſuetudini:charitati:Res mihi eſt mini=
ma:nec qua tu egeas.Quid referam vt tibi ſim vlla in re admini=
culo:At meo fauore:conſilio auxilioq; tibi nõ eſt opus . Carmi=
nibus cæteriſq; latine Græceq; reſpondebo generibus:quib⁹ te
faciam non moriturum:at & alios ſcriptores tuarum habes lau=
dũ virtutũq; præcones:Habes:nõ diffiteor: at & vrbes habes &
diuitias.Reijceres ne queq̄:a quo poſſes & alias cũ honeſtate cõ
ſequi:Scribunt de te multi.Quid ſi & me nõ aſpernabiť poſteri=
tas:Poteſt igiť hæc gratiæ relatio nõ eſſe inferior cęteris.Habeo
tibi ꝓ tuis tot in me officijs gratias:& eas quidem perpetuas: &
ago nõ inferiores:ea tñ mẽte vt nulla tẽporũ diuturnitas : nulli ca=
ſus:nulla diuerſitas locorũ aut gentium:horum de me meritoꝝ
officia:de mea deleant mẽte.Sed in referẽda tamẽ non ſum igna
uus:non infœcundus:non tardus. Habebis enim me q̄diu viuã:
tui nominis obſeruatorẽ:tuæ famæ ducem:tuæ gloriæ auctorẽ:
& tunc me ſilere de te poſſe cenſebis: cum luce functus nuſq̄ am
plius reſpirabo.Cęterũ eſt : vt ſi quid aliquãdo euenerit vbi tibi
amiciſue aut ſeruis tuis me cognoſcas opera:ingenio: vllaue di
ligentia poſſe quicq̄ opitulari : ſuppeditareq; tuę voluntati offi=
cij:iube:impera:manda:pręcipe:nihilq; te remoreť cauſę:quę te
cogat credere:aliũ eſſe me q̄ ſim . Debeo te ſequi omĩ nõ amore
ſolũ ac obſeruantia:ſed cultu atq; veneratione haud ſecus ac nu
men aliquod.Non ſolus ego tuus ſum : ſed tota hæc noſtra do=

mus:vniuerſaq; familia. Nam qui mihi vẽ amicitię debẽt offici um:vel clientelæ:ſeſe omnes tibi dedicarunt:cumq; intelligãt q̃ tuus ſim aſſidue de te nobis fit ſermo:nihil eſt qđ vehementius appetãt q̃ eſſe tui. Vtere mi princeps & me & meis oĩbus:& q̃uis nõ ſit neceſſe:ſcio tibi & maiores viros & ditiores amicos:cliẽ tes ac ſeruos eſſe: ne tamẽ indigne factum exiſtimes:ſi nos mul to illis inferiores nõ eijcis:non aſpernaris:nõ contemnis. Vt ait Homer⁹:parui cũ magnis amici ſæpe coeunt. Non ero in dicẽ do prolixior: ne hac epiſtola cẽſeas:voluiſſe me tuæ in me ma gnitudini meritorũ gratiã referre. Nulla enĩ vel ampliſſima car mina:vel ꝓfuſiſſima proſarũ genera ſatiſfactura ſũt huic debitio ni meæ quæ quidem eſt ſempiterna. Sed tu prudentiſſimus a no bis accipe(qđ dari valet)mentem tibi deditiſſimam. Animũ tuis inſtitutis dicaciſſimum. Ingenium tuæ laudis teſtimoniũ:diſpo ſitionem in te conuerſam commentationem cum claris de te aſ ſiduam. Vale. Ex Mediolano. xiii. Kalendae Martias. Homer⁹.

Synonyma regratiatoria.

Ego tuis de me meritis gratias habeo maximas.
Affeciſti me maxĩs officijs:ꝓ quibus habeo incrediles tibi gr̃as
Regratior ſummoper e tuæ in me liberalitati.
Referre nequeo tibi gratias:at habeo & ago.
Dicere neſcirem paucis quantas debeam tibi gratias.
Fuiſti tam in nos officioſ⁹:vt qñ pares referre gratias valeam⁹ haud ſatis intelligamus.
Quis tibi noſtrũ æque(ac tu fuiſti beneficus ergo nos) regratiet
Nulla eloquij præſtantia gratias agat tibi debitas.
Gratiarum agendarum loco nos tibi dedicamus.
Sanguinem etiam ac ſpiritum pro te ſtatuentes:non erim⁹ in re erenda gratia tuis beneficijs ſimiles.
Laborantes die noctuq; non ſatiſfaciemus acceptis officij.
Iube ſi quid in nos vides ad mortem vſq; pro habenda non refe renda tamen tibi gratia.
Vellẽ tã eſſe diſertus vt agerẽ tã diues vt referre quirẽ tibi gr̃as.
Nulla eſt res tanta:quam in referendis tibi gratijs nõ debeam.
Fac de nobis q̃ malis in re periculum:ſi vis certo cognoſcere: quas tibi habeamus gratias:etiam ſi referre neſciamus.

Titulus. xxxiij.

Commiſſialis familiaris.

Conſtitueram iſtuc ire:ne quid in re mea: me abſente:fieret. Nã Plato vetere prouerbio dici ſolitum docet plato: Virum coram ſuam

efficere cauſã meliorẽ. Sed vbi mecum animo volutaui q̃ ſis prudens: & q̃ me ames: decreui meã tuæ fidei committere cauſam. Scio q̃ ſcis futur⁹ & diligẽs & curioſus: q̃q; multo melius cogitabis qu'd ſit opus facto q̃ ſim ipſe cogitatur⁹. Solẽt enĩ qui ſuas res agitant: eſſe maiorib⁹ interdum occuppationibus circũſepti neq; videre poſſunt omnia: nec proſequi: quę ad rem attinẽt. Falluntur aliquãdo apparentis ſpecie boni: aliquãdo cupiditatis vi non nunq̃ ira: odio: amore: ceteriſq; mentis paſſionibus. Tu vero liberiore multo conſilio: firmiore q; iudicio pedetentim inſinuabis in cauſa (ſi opus fuerit) omiaq; cõſulto: nihil temere pſequeris: nec celeritate frangeris: nec tarditate cõculcaberis. Tolerantior eris q̃ ego eſſe queã. Itaq; huius epiſtolę vi. ac officio tibi commito quam ago cum emilio: cauſam. Quicquid in ea vel egeris vel tranſegeris: ęque firmum immobileq; eſſe ducam: nec reuocaturus ſum: ac ſi præſens omnibus affuiſſem. Iudices autẽ omnes eam adhibeant tibi fidem: quam ore meo prolatis verbis: & mea mente voluntati expreſſe adhiberent. Cura tu poſthac igit rẽ meã p q̃ diligẽtiſſie. Bñ vale. Ex Mľo. xij. Kľ. Martias.

Commiſſionalis familiariſſima.

Eſt mihi aduerſ⁹ Columellã iſtic apud pro dominũ ingẽs cauſa Sum aliquot adhuc menſes in ijs impeditiſſim⁹ quæ ad principem attinent: nequeoq; hinc ſine maxio incõmodo digredi. At neq; cauſæ iſti conſulere non debeo quandoquidem eit non mediocris. Memini te non cauſidicum eiſe ſolũ pegregiũ: ſed mihi ſumma beniuolentia cõiunctiſſimum. Te vnice rogo: non dedignere hanc tibi prouinciam corrigendam aſſumere. Ego enim hiſce litteris fidem huius meæ voluntatis efficio: teq; meorum hac in cauſa negociornm curatorem & procuratorẽ deligo atq; conſtituo: cui commiſſam eſſe volui meam omnem facultatem

Solon

Bene vale. Ex Mediolano. xj. Kalendas Martias.

Commiſſionalis Grauis.

Cum viderit Solon itereſſe ſuis in foro cauſis pleroſque nõ poſſe: quos maxime neceſſariæ detinerent cauſæ. At cõtra: qui agerẽt nollent fruſtra in iudicio agere: nõ veniente aduerſario: prouidit non incõmode quod a Carbone primũ: mox alijs iuriſconſultis non importune vſurpatũ eſt. Nã aut prece: aut precio: aut beniuolentia deligi poſſe viros inſtituit: qui alienis intercederẽt nominibus: quibus procuratorum apud nos nomina videmus adhuc eſſe: apud Grecos rerum actores: vocabula dari Q̃obrẽ & Demoſthenes ac Aeſchines i Cteſiphõtis egere cã: & Cicero

Carbo

demoſtenes

Aeſchines

ac Hortenſius in pleriſq; alijs. Nā quod ab oratoribus aliquí d̄ i cant differre ſolitos ꝓcuratores :vt ab aduocatis hodie differūt cauſidici:nec id quidē negem omnino nec penitꝰ affirmē. Vt eñ vel hodie interuenire nōnunq̄ ꝑiuriſperitis hiſce tabulis clamo ſiſſimis iuriſconſultiſſimi videntur : cum eſt cauſa magni precij: ſic & oratores in illis copioſiſſime dicebāt cauſis: in quibꝰ parū profuiſſent cauſidici. Cū ergo & ipſe intereſſe meis non valeam quæ iſtic geruntur: & res iſte magnę atq; amplæ mihi negligēdę non ſint:delegi te virū & legum iuriſque clariſſimū interpretem & mei mearumq; rerū omnium amātiſſimū. Te enim præter cæ teros delegi : quē arbitror fore mei ſtudioſiſſimum . Vtenim es & in amicos officioſiſſimus:& gloriæ cupidiſſimꝰ:ſic & rei meæ conſulturum certo ſcio:& tuæ laudi. Quas es vnq̄ amplexꝰ cau= ſas:quarū victoriam nō reportaris: Quod iccirco fieri nō ambi= go:quia nihil gagrederis qd̄ nō æquiſſimum & honeſtiſſimū eſſe videas. Nec aliud abs te nunc etiā poſtulo: q̄ quod ſi quid Iniqui tatis in mea eſſe cauſa videris:id omnino reijcias. Nec vt Plutar= chus dicit:quicq̄ cōtendas vel a iudicibꝰ impetrare:vel in aduer= ſarium obtinere qd̄ turpe ſit. Quis enī vel fœnore ditari velit vir bonus:quod Cato definiuit:hominem occidere :vel cum aliena iniuria:quod Sulpitiꝰ monſtrum in hominum appellauit natura Verum quæ iuſte noſtra eſſe poſſe cognoris : nec ſine legis vi ac maieſtate peti poſce:iſta:increpa: obſecra :vt Apoſtolus ait: cu= raq; demū:vt res tuas. Tua enim potes exiſtimare mea omia:cū ob virtutē i te ſumām:tum ob veterē tuā mutuamq; mecum be= niuolentiam. Hanc igitur omnē cauſam tibi cōmiſi : cōmiſſamq; hac epiſtola volo:iubeoq; te meo nomie remagere : ab oibuſq; admitti:ratumq; promitto gratumq; habiturum quantū egeris: cōpoſueris:tranſegeris:ac pactus fueris:Habe poſt hac ergo ab meipſo facultatem,nedū petendi:ſed accuſandi ſi quid intercide rit:verūetiam opponendi: obijciendi: articulandi:teſtes produ= cendi:cōcludendi in re ipſa:iudiciſq; ſentētiam audiendi ac ſi qd inique pronunciatū cenſueris :appellandi ac rurſus & iterū ſi du xeris opus eſſe prouocandi:ſupplicandi: a cæſareq; irato ad cæ ſarē non iratū acccedendi:intercedendi:contendendi. Quicquid enim affirmaris:aut negaris:vel cum iure iurādo in meā & famā & animam ſtabilitum improbatūue fuiſſe velim . Scio enimq̄ & nihil te lateat(quod meum hac in re ſit)& ſi latuerit quippiā:eſſe te omni curaturum īduſtria prius q̄ affirmes aliquid de re vt ha= beat: fias ab me certior . Nihil ergo te impediant aut remoren=

Cicero Hortenſius

Plutarchus.

Cato.

Sulpitiꝰ.

Apoſtolus.

Procuratoris cōſtitutō

tur iudices : nec ante cauſæ conſtitutionem litemq; conteſtatam quiſq̃ obijciat te talē eſſe : cū ego ad quē hæc pertinet oīs cauſa: ꝑ te fidē hic faciā: ꝓmitāq; ab omnib⁹ eximere te difficultatib⁹: quas ob hoc ferre poſſes. Bñvale. Ex Mediolano. x. Kl' martias.

Synonyma commiſſionalia.

Cura diligenter rem meam tuis humeris demandatam.
Hanc cauſam omnem tuæ committo fidei.
Conſtituo te in meo negocio procuratorem.
Rei meæ te patronum volo deſtinatum eſſe.
Fac ſi me amas vt non neges curare meam iſtic cauſam:
Ego te meorum decerno geſtorem negociorum.
Præter te vnum meas res agere volo neminem.
Ad te ſolum deferri iubeo: quicquid iſtic pro me agitur.
Cū tibi ſoli mearum rerū oīm diligentiā iſto in foro cōmiſerim.
Fac vt acumen ingenij: vimq; tuæ declares ſapientiæ.
Tu mihi delectus es mearum rerum tutor atq; defenſor.
Te ſolum præeſſe meis præcipio cauſis.
Quicquid in omni re mea ꝑfeceris: ego quoq; factum reor.
Confirmaturus ſum ſemper quæ geſſeris meo nomine.
Iube in rebus meis quæ apud vos aguntur: vt velis idē affirmo.
Nulla in re tuæ refragabor voluntati: ſi res meas interceperis.
Cōmiſi tibi meas cauſas: quæ iſtic tractātur: nec ſententiā muto.
Scire quēlibet cupio delere me quæcunq; mandata (q̃q̃ aliū procuratorem meum appellant) te ſolum deinceps illū decreuiſſe.

Titulus. xxxiiij.

Teſtimonialis familiaris.

Scæuola Teſtis oī exceptio ne maior

Magna fides adhibēda teſti (vt Scæuola iuſſit) cū expoſcit omni exceptis ne maiorem. Itaq; cui teſtimoniū dicēdū eſt: ei animaduertendū arbitror ne quid dicatur temere: ſiue ꝑ obliuionē: ſiue ꝑ errorē. Nam qui per amicitiā: aut precium: aut odium aut metū a fide deficiunt: ij mea quidem ſententia: vel ſtulti ſunt: vel ſcelerati: vel īmanes: vel abiecta mēte: nullius facūdiæ. Nā teſtimonio præeſt deus: & peieratio ſuperos ſemper habet vltores. Cū ad me igit̄ ſit teſtificādi gratia deuētū: ne me roget qſq̃: nec arbitretur me dicturū qđ nō memini. Videor enim quaſi ſomnia meminiſſe: quendā iſtinc me præſente: neſcio quā pecuniam cuidā numeraſſe. At neq; tempus memoria teneo: nec locum: nec qui tunc inter eſſent: nec nūmorū numerū: nec ipſos homīes inter ſe contrahentes: nec cauſas aut pactiones. Ne me igitur cogatis præterea quicq̃ dicere quod neſciam Nec rurſus hęc teſtimonia

ſint ſuſpecta cuiq̃:quoniam bona ſoleam eſſe reminiſcentia. Cũ enim tunc me nõ deſignauerim teſtam: nihil ex iis rebus memoriȩ demandaui:quippe qui non credidi mevnq̃ eſſe propterea relaturum aliquid. Si ſcirem:proſequerer plura. Valete. Ex Mediolano.ix.Kalendas Martias.

Teſtimonialis familiariſſima.

Cauſa ſic habet: Curius fabricio mutuos dedit nũmos aureos octo:me coram:rogauitq; vt intereſſem teſtis:ſi qñ quicq̃ ab me quȩrereť:veritatẽ expreſſurus.Intererat tũc mecũ & Lucius & :flauius qui fũt pari mõ teſtes aduocati. Poſt ea tẽpora nihil audiuimus Fuerũt hȩc autẽ Parthenope quarto Kalẽdas Ianuarias huius anni Ex Mediolano.viii.Kalendas Martias.

Teſtimonialis grauis.

Cato vir tantus:quem vel ſolũ Hieronymus inquit credendum eſſe:cũ dicturus teſtimoniũ quȩrereť iniuratus dicere noluit: tabellione prȩtoreq; inſtãte qd ei fides haberetur vel nõ iurato: at aliis inquit id nõ traditur:ius autem omnis eoſdem exiſtimare debet. Quod ſi nulla eſt perſonarũ in iudiciĳ acceptio quid ego de me cenſeam:cuius teſtimonium expectatis. Tam enim mihi deſunt eæ:quas vulgas admirať:diuitiæ:vt nullã videať adhibere mihi verbiſq; meis fidem poſſe qui teſtimoniũ legent. Non enim ea ſunt tempora:quibus iniurato Catoni credebať: quibus Solon in templo teſtimoniũ a quocumq; dictumvoluit nefaseſſe reprobare:quibus Mercurius Trimegiſtus apud Aſſyrios:aut ſic: aut nõ iube bat a teſte proferri:nec de illo quicq̃ dubitari:cũ vel maximos peierare poſſe cẽſeret: vel iuſiurandũ nihil in malos cõponere metus. Nũc aũt illud Iuuenalis eſt in promptu: Quantũ quiſq; ſua nũmorum ſeruat in arca:tantũ habet & fidei. Iures licet & ſamothracũ:& noſtrorum aras:cõtẽnere fulmina pauper crediť. Deberem igiť a dicendo deſiſtere:cũ ſitis deinde petituri quot poſſideã:& cũ nequeã illud redere libertinij: Ego poſideo plus Pallante:& licinis reiĳciar: & aut pcio:aut prece dicat hoc dixiſſe aut illud. Nã protinus ad cenſum (vt idẽ Satyrus pulcherrime complexus eſt)de moribus vltima fiet quæſtio:Quot paſcit ſeruos:Quot poſſidet agri iugera:Quam multa magnaq; parapſide cœnat:Ego vero quid reſpondeã:qui Codro ſum illo paupior:cui nihil præter abatũ erat:& iãq; vetus græcos ſeruabat ciſta libellos:At pauptatem voui me ppetuo ſeruaturũ: quid eſt diuitiĳs opus: Certe non eſt neceſſe. At iudices & cauſidici hæc obĳcient teſtimonio: q̃q̃ beati appellantur a Chriſto pauperes: vt &

Cato. Hieronymus.

Solon

Trimegiſtus

Iuuenaľ i vmbricio.

Im pria ſatyra.

Iuuenaľ i vmbri: Codrus.

Auguſtinus

Auguſtinus declarauit: paupe res inq̃ ſuo ſed diuino diuites ſpiritu. Dicam tamẽ (quod me rogatis) & deos primũ aduoco mihi teſtes: ſic rem habere (vt dicã) Cum eos homines qui præfuerũt nõ ſolũ interfuerunt hiſce cauſis: Pomponius . Titũ adiuit: & eſt vnice nobis interceſſorib⁹ deprecat⁹: ſibi mutuos daret centum aureos: cõmodatos autẽ libros tris: Liuiũ: Iuſtinũ & Trãſquillũ Dicta ſunt multa:: inuentæq; plures ad negandũ cauſæ. Demum orauim⁹ ego Camillus Brutus & ſẽproni⁹ a deo Titũ: vt & mutuos dederit quod petebat: neq; ꝓmiſerit modo: ſed nobis tradiderit corã: & cõmodatos illuc allatos: & illic Põponij traductos domũ libros pariter. Nõ multo poſt petijt Titus: cum alio profectur⁹ ponponius eſſet: vt publico ſibi de hiſce reb⁹ fides fieret documento: noſq; quorũ fuerant hęc interceſſion: b⁹ facta cogeremur renitentã etiã Põponiũ hoc facere. Nequiuimus hęc ſuadere Põponio: quippe cui videret ante diẽ ad reſtituandã pecuniam reddendoſq; libros deſignatã: ſe nihil debere Tito: quo poſſet iure cogi cum ei ſemel crediderit: nec deterior factus ſit. Hęc certa ſunt.. Aduocate etiã teſtes illos. Ex Me. vij. Kl. Mar.

Synonyma teſtimonialia.

Res hæc ſi habet vt tabulę docent publicæ.
Nihil hac in cauſa dici põt aliud: q̃ qđ mea legi poteſt epiſtola.
Vera ſunt omnia quæ teſtimonio firmaui meo.
Neq; prece nec precio dixi: nec odio nec amore.
Cenſui deum interfuiſſe teſtimonio.
Summam arbitror teſtificandi religionem.
Qui fidem teſtimonijs frangit: nequit nõ eſſe vir nequiſſimus.
Quid magis impiũ exiſtimari debet q̃ irreligioſe teſtimoniũ dicere: cui præſunt numina:
Qui peierat teſtis: deos omnes habet vltores.
Quæ ſunt a me teſtimonio tibi dicta: in tuamq; conueniunt cauſam: dicta non fuiſſent ſi aliter habuiſſent.
Non ſum⁹ abs te mihi habendæ gr̃æ: ſed veritati quę ſic habuit
Vbi veritas eſt: ibi deus.
Totum me mundi aurũ teſtimonio mentiri non cogeret.
Nulla in re delectant me mandacia: ſed mĩto in teſtificãdo min⁹
Expectanda eſt a me ſemper in teſtimonijs veritas.
Nihil arbitror eſſe in vita religioſius & fide obſeruantius q̃ cum teſtimonijs immutata dicitur veritas.

Titulus. xxxv.

Lamentatoria familiaris.

poſſum hoc exiſtimare ſuperos ferre : vt neq; pietati apud te locus ſit nec religioni: Me fratrem fefelliſti: ac iuratus promittens aſſeuerans. Scio illud Ouidianum in vſu: Fratrum quoq; gratia rara eſt. Nec excidit e memoria: Fraterno primi maduerũt sanguine muri. Sed ego me quaſi peregrinũ ad te contuleram. Promiſiſti te nihilo me decepturum: omni fraude ac dolo nixus eſt quid eſt reliquũ: vt cuiq̃ amplius fidam: Cõfiſus tuæ fidei fraudatus ſum. Quo confugiã: Quam aduocem arbitrum: Frater es. In me dico: ſi quid in te queror. Aebelus Caynuſq; iiſdem parentibus nati ſunt: nec tamẽ alium pietas coercuit ne cæderet alium. Proh deũ atq; hominum fidem: tantum facinus fratrem niti: Nunc ego mihi viuendũ non eſſe ãpli⁹ reor cũ nõ ãpli⁹ inter hoĩes viuatur at inter ĩmaniſſimas quidẽ & ĩplacabiles feras. Cura igitur ſi quid tibi ſupereſt humanitatis: vt ſerues quod hactenus non ſeruaſti: ni malis apud omnis ſemper me lamentari. Ex Mediolano. vj. Kalendas Martias.

Ouidius .i. metamor.

Lucanus ni prio

Lamentatoria familiariſſima.

Querar ne primum tuam fraudem: qui decoquiſti: An rem mihi dolo ſublatã: quã tibi tã liberaliter cõmodaui. Vtrunq; certe me cogit acriter lamentari: ni tu puides: vt taciturn⁹ & famæ tuæ cõſulam & indemnitati. Nam ſi ſum in querẽdo aſperior: habebis hoĩes hoſtes atq; deos. Sanus ſis. Ex Mediolano. v. Kl' Martias

Lamentatoria Grauis.

Væ inquit homini Saluator ꝑ quẽ eueniũt ſcãdala. Quare Plutarchus: conſiderandos hoĩm ait gradus: & quod a maximo fiebat peſſime: min⁹ tolerandũ videretur: q̃ ſi quidpeccaſſet væhemẽtius minor. A magnis eñ (vt Plato voluit) exempla peccãdi ſumuntur: cum qui errare cupiunt: exemplo maiorum gaudeãt. Q̃obrem licurg⁹ iuſſit: quod reges alios ſeruare volẽtes: ſeruarent ipſi primi. Quis eñ (vt Simonides recte dicit) agnos edẽte paſtore: lupus abſtinebit: At ille princeps Siculorũ: qui tyrãnus eſt deinceps Syracuſanus appellatus: non abſtinebat furtis: non rapinis: nõ ſacrilegijs: quin in Aeſculapium & eius auream barbam: in Iouem & eius aureum amictũ: in aras & earum aurea vaſa cauillatus tandem a ſuperis in ſucceſſione mulctatus eſt. Interim huius exemplo quot didicere vacare latrocinijs: Nunc rurſus in rem meam tam ſcelerat⁹ extitit ille turcorum Rex quem omnes admirantur: quaſi rerum inopia ſummaq; mendicitate coactus ſit mihi ſibi deditiſſimo ſuas vrbes incolenti: ſuis degenti in monaſterijs ęs meum: ſarcinulaſq; ſurripere: poſſum nõ lamentari: non angi: non macerari: At cõfidebam eius præfecto

Saluator

Plutarchus.

Plato.

Lycurg⁹.

queſturæ: fidereq; me cenſebam Nihil arbitrabar mihi verēdū
apud eū principē qui tam ſit opulent⁹: tam nūmōſus tāti custos
poſſeſſorq; theſauri. Fidefragus is mihi compertus eſt: cui plus
credebā: ꝗ mihi. Queri nūc auſim apud Barbaros agēdæ fuerūt
mihi gratiæ: quod abſtuliſſent ab me oē meū æs: quaſi difficile
queddā ad væhendū & pegrinandū onus: Hæc ſunt igit̄ noſtra
tēpora: hæ calamitates: hę nos angnſtiæ ſubeunt. Quo me nunc
voluā: Ad quos potiſſimū querimonias deferā: Quorum implo
Alexan- rem auxilia: Solebat Alexander vel in alios vlciſci collatas iniu
der rias. At Romani quotiens (vel maxima cū impēſa) reges ſuis re
ſtitucre ſceptris: qui p populorū iniquitatē eſſent pulſi: Quærite
ab ęgyptijs: a latinis a grecis. At chriſtiani violētias pdaſq; quo
tidianos: audiūt atq; vident de ſuis fieri: necprouident: nec ad
iuuāt nec curāt. Hei miſeris hiſce fatis: quę patimur: quæ tolera
mus quę non reijcim⁹. Quid eſt reliquum: niſi vt cum vitā mihi
Ap̄ſus ducam acerbiſſimam: hac diſſolui cupiā: & (vt Ap̄ſus inquit) eſſe
Iuuenal̄ cum Chriſto: Quot eiuſmodi quotidie in alios fiūt & aſſidue: Iu
uenalis ait: fient: fient: iſta palam: cupiēt & in acta referri. Lamen
tandi ſupeſt facultas hic ſaltē quę fuit apud illud mōſtrorū gen⁹
prorſ⁹ ablatū in medijs dolorib⁹. Ex Me. iiij. Kalēdas Martias.

Synonyma lamentatoria.

Nequeo hoc caſu: nō væhementius angi.
Hec res me plurimum macerat.
Nihil hoc tēpore potuit hac vna re mihi moleſtius eſſe.
Quid potuiſſet accidere morte patris mihi lamentabilius.
Tāt⁹ ē ī hoc funere dolor me⁹: vt acceſſionē neq; vllā admittere
Quā doleā lamenterq; fatis mihi ſurreptum eē fratrē: tunc intel
liges: cū recte pcunctabis quātam ex eo caperē voluptatem.
Hui⁹ rei (ꝗ nup amiſi) cōmoditate nulla fuit ī vita mihi iucūdior.
Coaceruatus ſum hac calamitate tot lamentandi cauſis: vt diffi
cilimum dictu ſit.
Fuere in me facta nō aſpera ſolū: ſed omnino immaniſſima.
Tam aduerſa fuit hoc tempore mihi fortuna: vt in omnem con
ſiderem lamentationem.
Si quis daretur querimoniæ iudex: meis quæſtibus obtunderet
Dies nocteſq; gemo ac crucior: quādo tā affect⁹ a fr̄e ſū turpiter
Lamentatio mea neq; ficta eſt: nec nō ex corde prouenit.
Non min⁹ langueo ꝗ lamentor: cum tam opportuna mihi ſuſtu
lerit caſus: erumnaq; ſucceſſerit.

Titulus. xxxvj.

Hortatoria familiaris.

Hortor ego te quidē ꝓ mutua inter nos charitate : ne quid ea in te laméteris quæ tibi cōmunis eſt cū multis. Quis enī in orbe viuit nec eiuſmodi caſibꝰ eſt ſubiectꝰ: At cōſtātiā indue Marij : quē nunq̄ aiūt vel in aduerſis flere viſum: vł ī ꝓſperis ridere. Admonuit nos quoq; Tragicꝰ ille Seneca: Rotat omne fatū: & ruriꝰ extat illud: res deus nr̄as celeri citatas turbine verſat. Nū iraſceris aut q̄reris in ſuperos: At eoꝝ aut iuſſu aut ꝑmiſſione fiūt hęc oīa Quid ſi tuū aliqd̄ eſt ꝓmeritū in Iouē crimē: multo maiorē acerbioreq; pœnā: Ego te hortor ad ea virtutū munera: q̄ ſanitatē efficere dicebat Stratonicus. Nā cū eſt ꝑturbata mens nr̄a vel cupiditate vel dolore : ſuccurrit philoſophia facitq; valitudinem bonam. Ad hanc te hortor quæ virtutūſeſt pleniſſima : quibus qui ſe dedit: nequit dolore: nequit non lætus ac iucundus eſſe. Vale. Ex Mediolano. iij Kalendas Martias. — Marius. Seneca ī hercule furenti. Stratonicus

Hortatoria familiariſſima.

Ad virtutem ego te hortor: vt eum te præſtes quē te parētibus debes ac patriæ. Nam a cūctis expectaris vir clariſſimus : ſi tuis a maioribus non es futurus degener. Virtus te nedum beatiorē deniq; reddet: ſed vel interea lætiorem. Quid eſt enim iucundiꝰ cuiq̄ viro bono q̄ ſecundum virtutem viuere: Adimit ægritudines virtus: rationem pro ſanitate bonaq; mentis valitudine ſubminiſtrat. Quare non iniuria Stoici dicebant: Cui virtus ſit: ei nihil deeſſe ad bene beateq; viuendum. Virtus ſit tibi ſemper comes. Vale. Ex Mediolano pridie Kalendas Martias. — Virtus

Hortatoria Grauis.

Iuſſit Hieronymus adhortari nos alterutrū ab charitatis opera: vt illud ſeq̄remur apoſtoli Pauli: Alter alteriꝰ onera portate. At Epimenides poeta dixit: Hortatur quicūq; aīos ad honeſta pudicos: chalcar equo ſtimulūq; bono cōmiſit: at illis quos fouet ī geniū puerſa mente malignū: ꝑceptoris opē: vimq; impṫit amici Qꝛ & ſi ſcio q̄ ſis tua ſponte vel ſine hortatione vlla deditꝰ pietati: non eſt tñ abſurdū vt te horter: ne deſeras patrē ſeniorē: matrē anū: ſorores īnuptas: Fauēdū eſt ſemꝑ genero. Qꝛ ſi vt vult Chryſoſtomꝰ: nudo veſtimētū debes iuſſu dei: ac egenis reliquis ea quæ cogunṫ mēdicare: quātoplus ea debes parētibꝰ ac tuis ī quos primū: vt propinquitatis: ita charitatis eſt genꝰ: At lex naturæ (quā & diuino verbo nō neſcis fuiſſe Moſi traditā: vt referetet pp̄ro. & Tobiæ ꝑceptis Tobiolo filio datā) te hortaṫ: Quę fieri tibi vis : alijs facias : Et proximum tuum ſicut te diligas. Ne — Hieronymus. Paulus Epimedes Chriſoſtomus Lex naturæ. Tobias.

quicq̃ in aliũ cõferas:q̃d ĩ te nolis cõferri.Qua Cupis ír ĩ te filios aliqñ pietata fore:hac tu primꝰ ĩ parẽtes vtere : Quodq̨ ĩpietatis hos effugere vis genꝰ:idẽ effuge. Nã vt illd̃ docet Iuuenal̃ in quiẽs:Cõdere ficedulas didicit nebulone parẽte: a patribꝰ pueri diſcũt a matre puellæ.Te igit̃ hortor:ſis in virtutis diſciplina tã ſollicitꝰ:q̃ decet eũ eẽ q gloriæ ſit cupidiſſimꝰ. Quid potes in hoc orbe cõſequi ſine virtute:q̃d nõ cõtinuo delabat̃: cõcidat atq̨ corruat:At diſciplina te docebit mores:viuẽdi rationẽ: q̃ſtus ac laudis viã.Hortor autẽ ſup oĩa te ad nominis tutãdã ãplitudinem.Nam qni ſcd̃m grecorum prouerbiũ : Anonymes ſunt: obiere iamdudũ:Et vt Gregoriꝰ ait:verſant̃ in tenebris.Ad eam te hortor quærendã ſupelle ctilẽ:quæ ditiſſimos exprimit. & nũq̃ deficit.Hæc ſi ſequeris:& me hortantẽ audies:nõ pœnitebit te vnq̃.Bene vale.Ex Mediolano Kalendis Martijs.

Iuuenal̃.

Gregorius.

Synonyma hortatoria.

Nihil eſt quod te magis:q̃ hoc deceat:ad quod te ſum hortatus

Ad ea te hortor quæ tuæ conſulant dignitati.

Adhibe tuis(me hortante)parẽtibus omnem diligentiam.

Omnis erga te adhortatio mea in virtute ſita eſt.

Si me audis:eſto in patrem pientiſſimus.

Si vis q̃diutiſſ ac feliciſſie viuet̃:fac vt matri apd̃ te nihil deficiat

Ego te ad doctrinam conſequendam hortor.

Cura ſi me amas:vt mea hæc omnis ad diſciplinam adhortatio tibi ſit non iniucunda.

Nulla re plus debes(me hortante)delectari q̃ ijs ſtudijs: ad quę te ſum hortatus.

Vbi nullum fruſtra triueris tempus(quod te hortor) aſſidue maiorem concipis voluptatem.

Tãto eris aſſidue lætior:quã: o meis diligẽtiꝰ parebis hortatibꝰ

Quo te væhementius amo:te magis ad virtutem hortor & gloriam immortalem.

Nihil eſt vnq̃ tibi defuturũ:ſi meam nõ negligis adhortationem

Cum ſollertius incubueris adhortatiõibꝰ meis : eris & ditior & excellentior.

Ornabis domum tuã omnem:niſi meis defueris hortatibus.

Ad ea te hortor q̃ videor te partũ.vñ laudẽ incredibilẽ cõſeq̃ris

Cum cætera quęq̨ in orbe vana ſint:virtus (ad quam te hortor) eſt & perpetua & diuina.

Titulus.xxxxvij.

Conſultatiua familiaris.

Quæris a me quid ſentiã:ſit ne tibi ducẽda cõiunx: Cõſultatiuũ hoc qui attigit dicẽdi gen⁹:vt ſit omnino prudẽtiſſim⁹: oportet vt inquit Plato. Sed ego familiariter hęc paucis. Vxorem qui nõ ducit:aut vitã cælibẽ ꝓfitet:aut inceſtã. Si turpem in mœchia in ceſtuqꝫ verſat:quid attẽptet ipſe viderit:nihil certe ſancti: nichil boni. Si virginitati ſeruit:a mũdo abeſt: ſibi ne viuendũ ſit ſoli: an & patriæ ſimul & ſuis. Doceant Stoici dicentes:Homines hominũ cauſa ꝓcreatos. Doceat Ariſtoteles inquiens: Naturã ſibi tactum ꝓcuraſſe:vt ſpecies cõſeruaret. Doceat plato: nõ nobis nos ſolis natos oſtẽdens:ſed patriæ:parentibus.liberis. Doceat Aureli⁹ cũ ait:Nulla alia de cauſa nubit mulier:niſi vt mater fiat Doceat demũ Saluator chriſtus: qui non ſolũ nõ ꝓhibuit nuptiás:ſed ad eas inuitatus acceſſit illaſqꝫ miraculis illuſtrauit. Conſulo igitur vt nubas:ſed ei cũ qua illud inuenias Naſonis:Si qua voles æque nubere:nube pari. Duc vxorem nõ virum. Bene vale. Ex Mediolano. vi. Nonas Martias. An ducẽda ſit cõiunx. Plato. Stoici Ariſtoteles. Plato. Auguſtinus Ouidius

Conſultatiua familiariſſima.

Si bonis ducã auſpicijs tibi mercãdũ:me cõſulis: Ego ſic ſẽtio: qđ ab Ariſtotele dictũ ĩ noſtrũ ĩcidit Ciceronẽ:vt quã quiſqꝫ norit artẽ:ĩ ea ſe exerceat. Ex tuis maiorib⁹ mercaturæ vacauit nemo. Te primũ hoc officiũ & vitæ gen⁹ aggredi:nõ ꝓbo. Vult eĩ mercatura virũ & alijs negocijs nudũ: & variarũ gẽtiũ atqꝫ rerũ peritiſſimũ. Tu vero & vrbem patriam alio ꝓfectus nunq̃ deſeruiſti:& habes familiæ tantũ onus:vt vix quotidianis vaces cibis Me tenes. Vale. Ex Mediolano. v. Nonas Martias. Ariſtoteles. Cicero.

Conſultatiua Grauis.

Vis cum turcis militiam paciſci tuã:potius(vt dicis) q̃ inter chriſtianos expers viuere dignitatis. Conſulis me quid ſentiam:qui te amo. Amo inq̃ te plurimum ſed hæc conſultatiua ratio longe ab me abeſt: fugiuntqꝫ me vehementius conſultaui generis argumenta Sed cogit me ſtudium erga te meum:ſententiam apetire. Cretenſium leges: quas Iuppiter ille tulit omnium regum apud græcos antiquiſſimus vetuſtiora dicebant & priora nos patriæ debere:q̃ parentibus officia:poſt ſuperos ſcilicet prima. Nam & plato: & Stoici: & Cicero affirmant patriam eſſe quæ nos aluit:nos educauit:nos in ſede ac ſtatu locauit: Hoſtes autẽ natura inſectamur duce:vt neqꝫ igni cum vndis: nec terræ cum cœlo pax eſſe poſſit vlla. Quis igitur tam iniquus eſt: & ab omni alienus humanitate: vt prætermiſſa patria: deſertis parentibus / relictis filiis / reiectis propinquis / cum hoſtibus conue- Leges cretẽſiũ. Inppiter Plato. Stoici Cicero

Hi ꝑ patria diſcrimen mortis ſubierūt

niat:eis ſit præſidio:illos adiuuet:Maluit regulus ad omnē cruciatū & interitum redire demū:q̄ vt patria captiuis aliquot Africanis potentioribus priuaret. Pro patria ſeſe Mutius Chocles: Decij duo:Fabij tricēti morti dedicarūt.Pro patria Clearchus nihil metuit.Alcibiades nihil formidauit. Tu contra patriā arma capies: pro impio prophanoq́ Mahometo dimicabis contendesq́ cū tuis:Vide ne id vt nefariū factu eſſet :ſic etiā dictu ſit foedisſimū:cogitatu pernicioſiſſimū.Ille barbarus eſt tyrannus: ex parthis oriundus:matre Scythica:ex vtriſq́ parētibus dirus atq́ crudeliſſimus:& cui pater humanū ſanguinem fuit nichil vnq̄ voluptuoſum:quaſi Lycaon edant hoſpites: aut Buſiridi imolent. Tu vero latinus optimis hūaniſſimiſq́ parentibus cretus: quid Potes cum ea fera cōuenire:a qua tantū abeſt manſuetudo: quātum a noſtris īmanitas:Nō es dilectus in patria: Cui viro & veteri & bono non idem accidit: Quot exultarunt philoſophi: Quot viri fortes:Hic te moderare:tolera:fer patienter: vt & cognoſcant te tui conſtantiſſimū: & aliquando inter tuos cōſequaris:quæ nō ſperas.Hæc ego:Tu me audi:& tibi impera. Ex Mediolano.iiij.Nonas Martias.

Synonyma conſultatiua.

A patria ne diſſentias.
Patriæ dignitati ſerui.
Nihil cum patria tibi ſit diſſidii.
Cum vrbe tua ſit tibi vel mens ipſa communis.
Patriam reliquis præfer omnibus.
Ante omnia patriæ faue.
Conſule patriæ dignitati:ſi ſapis.
Niſi inſipias:nihil afferes patriæ detrimentum.
Si cum patria ſenties:terris cæloq́ gratiſſimus fies.
Nulli prius debes q̄ patriæ.
Patriam tueri:te docent humana & diuina iura.
Nihil potes ſine tuo ſummo dedecore nocere patriæ.
Fac vt patriam imprimis ſerues.
Prima deo:proxima debes officia patriæ.
Nulla res tanta eſt:qua maiorem non debeas patriæ
Patriam ſi fugis:parentes omnes fugis & propinquos.
In reliquos ſtudioſus eſſe potes:in patriam colēdā non niſi pius
Qui deſerit patriam reus eſt ſibi ſue necis.
Perinde peccas relicta petria:ac interempto tuo genere.
Nullum eſt ſcelus cum deſertione patriæ comparandum.

Cum pietate in patriã nullum eſt virtutis comparandum genus. Si vir bonus & eſſe cupis & haberi: fac vt imprimis diligenter ſtudeas patriæ charitati.

Titulus.xxxviij.

Accuſatoria publici criminis familiaris.

Nõ quia velim vir malus accuſando cẽſeri clariſſime prætor Antoniũ accuſo criminis publici: ſed vt meo ſatiſfaciã officio: qui cauſis præfectus ſum publicis aduocat⁹. Tunc enĩ (Lycurgus inquit) regi iure ciuitates: cũ neglecturus nemo foret quæ ad ſe attinerent. Læſit is igiẽ virginẽ Veſtalem: in cuius violenter ingreſſus cellulã: a tribuno (qui ea de re admonitus ab me fuit) captus eſt. Sed Clodiũ illũ ſuperauit: qui auſus eſt velle bonæ deæ templum violare. Is enim in iudiciũ accerſitus ſui criminis. Hic ita pecunia tribunũ ſuoſq; occupauit milites: vt cõtinuo dimiſſus libertati reſtitut⁹ eſt. Huius ego hunc duplicati criminis accuſo tibi: & quod ſacrum violauerit Veſtæ: & quod corruperit tribunũ hortorque ac rogo: & inſtantiſſime puniaẽ poſtulo. Ad hæc aũt ne tribunus inſolẽtior poſthac fiat mulctetur: oro. Nam niſi eiuſmodi coercerentur appetitus: nihil ad curiam deferretur. Rem habes & æquiſſimus es: & ego intercedo. Ex Mediolano. iij. Nonas. Martias. Lycurg⁹

Accuſatiua publici criminis familiariſſima.

Deprehenſus eſt cum Gloriæ in lecto Antonius: finxit ſe præualitudinariũ. Alter erat ſibi apud eandẽ lectulus domũ: vbi cũ cõiuge conſueuerat eſſe. At abſente vxore ſororẽ illius adijt. Quid inde nedũ ſuſpitionis: verũetiam expreſſi criminis intelligatur: ſatis cognoſcis: vt es omniũ prudẽtiſſimus iudex. Ego tribunatum (vt ſcis) gero. Mea int'reſt quos in publico deprehẽdi crimine: accuſare. Fac igitur: ne in ſuo tam graui ſcelere glorieẽ. Neu putent alij pariter peccare: licitum eſſe. Bene vale. Ex Mediolano pridie Nonas Martias.

Accuſatiua publici criminis grauis.

Non iniuria decreti ſunt a Solone Atheniẽſi: qui publicis præeſſent criminibus accuſandis: ne quos amici aut ſui ciues accuſaturi nõ eſſent (ne ſimili caſu vel ipſi accuſareẽ) abirent impuniti. Scæuola vero huius & vrbis indemnitati & publicorũ ſcelerum mulctæ præfecit delatores publicos: quibus publicos errores accuſantibus partẽ noxæ cenſores traderẽt. At hodierni cæſares fiſcales decreuerũt aduocatos: qui eidẽ inſtarent officio: nec recuſere quidẽ poſſent ad quos id muneris deferreẽ. Cũ me igiẽ Solon Sceuola.

delegeritis patres cōſcripti: quis inuitum: qui fiſco præſim: non poſſum non ea ſequi: ſine quorū inſectatione venirē nō infamis modo vocādus: ſed negligētię: quin & doli mali plectēdus. Nā vt illud eſt Senecæ: Qui nō ꝓhibet iniuriā (cū pōt) facit. Et Cicero ab Ariſtotele vſurpans: alterū inquit iniuſticiæ genus eſſe: cū qui poteſt iniuriam non prohibet. Ne igit̃ & Antonius in ſua ſe malicia iactet: & alij propoſita huius impunitate: pari culpa coinquinentur: & ego prætermiſſi officij culpa arguar: Antonium ipſum accuſo læſæ maieſtatis. Seditionem enim in populo procurauit. Nam cum eius domum duodecim cōueniſſent adoleſcentes: ex ijs quidem qui primatū vrbis erant filij: propoſuit cœnā opipare cultam: poſt ebrietatem munera: quibus eſſet donaturus qui ſe ſequerentur. Cum illis vrbem diſcurrit: ſuum facit cognomen in principis locum clamari: Reus eſt mortis. Vale. Ex Mediolano Nonis Martijs.

Seneca

Cicero

Synonyma accuſatiua publici criminis.

Antonius publicum commiſit adulterium.
In inceſtu publico Antonius deprehenſus eſt.
In aperto flagitio captus.
Flagrantis homicidij accuſatur.
Tam palam peccauit vt negare nequeat.
In re apertiſſima ſuæ culpe nullam poteſt cauſam adhibere.
Crimen eius eſt omnibus coram.
Tantum hoc & tam publicum ſcelus quis non accuſat:
Tam eſt id erroris omnibus notum: vt cælari nequeat.
Crimen hoc eſt ante omnium lumina.
Qui nō tenet hoc ſceleris ab hoc cōmiſſum is ciuis noſter nō eſt
Non priuatam rem affero: ſed vniuerſis cognitam.
Id ſceleris eſt aptiſſimū: vel ijs etiā qui aliūde huc conuenerunt.
Etiam exteræ nationes hoc facinus tenent.
Nihil eſt in boc facinore priuati: omnia ſunt publica.
Qui velit hoc defendere monſtrū: in rempublicam temptat.
publicum ego crimen ad vos affero.
Reus eſt Antonius publici ſceleris.
Ab hoc ſcelere abſit omnis plectendorum priuatorum manſuetudo: quia publicum eſt.
Tam eſt hoc crimen publicum: vt priuati nihil habeat.

Titulus xxxix.

Obiectia generis vel vitæ familiaris.

Cum hoc meo competitore non arbitror eſſe parem conten-

tionẽ o cenſores. Nam ſi genus vtriuſq; ad hanc dignitatem cõſequendam exquiritur: quis dubitat nichil inter nos eſſe ſimile: Inquit enĩ Seneca: generoſa ſemina ĩ hortis creſcũt ſuis. At generoſum eũ definit Cicero: q nobili genere notus ſit. At nobilitas (vt ait Iuuenalis) ſola ẽ atq; vnica virtus. Q si ob iuris diſciplinã hic homo nouus nobilitatus eſt: at parẽtibus eſt cret⁹ ignobiliſſimis: In me vtrũq; concurrit: & qd generoſum eſt: & qd nobiliſſimũ: vt nõ modo antiquiſſima ſim familia clariſſimiſq; ꝓgenitoribus natus: ſed & iuris inſignis magiſterio: & equitatus dignitate ſim. De moribus aũt noſtris fama iudicat: voſq; cẽſores: qui hũc ſæpe inter ſcorta puſiõeſq; deprehẽdiſtis: ſæpe ĩ meritorijs tabernis: me ſemp in pluteo vacantẽ bonis artibus: aut ĩter doctores diſceptantẽ. Itaq; q̃ cõueniat hui⁹ cõcurſatio: quicq; noſtra cẽſura iudicaturi ſitis: habetis. Ex Mediolano. xviij. Kalẽ. April.

Seneca. Cicero. Iuuenal.

Obiectiua generis vel vitæ familiariſſima

Genus meũ nobile: huius eſt ignobile. Is bubulcis neſcio quibus ſatis abiectis ac mercẽnariis natus: Ego parẽtibus ex primis vrbis huius familiis. Coniunx mihi ex nobilitate ligurum: huic ex infima gallorũ plebe. Vitæ ratio quæ ſit vtriq;: iam quis ignorat: Hic ſorbilandis cyathis: deglutiendiſq; obſoniis terit tempus: Ego ſi quid ocii ab actione ſupereſt verſor in ſtudiis. Quã igiť cõcurrat mecũ ad hoc beneficiũ impetrandũ cõmode: tu videris. Ex Mediolano xvii. Kalendas Aprilis.

Obiectiua generis vel vitæ grauis.

Recte quidẽ & peritiſſime voluit Sulpitius cenſoribus diligentius cõſiderandũ: vbi magiſtratus legendus foret: qui nam eſſent nobiliore genere melioribuſq; moribus ac vita vt & reliqui ad bene viuendum inuitarentur: & ignobiles generis ruſticitatẽ virtute niterentur ſuperare. Quobrem cũ ad Appium cenſorẽ deferretur cuiuſdam ignobilis nomen: qui fœnore ditatus eſſet: Ex qua inquit familia cretus hic eſt: Reſpondentibus fautorib⁹: ex proximo agro Arpini honeſto genere natus. At q̃ vitæ conſuetudine: petiit: ſubdentibus pecuniæ cumulande operam abhibuit: pecuniæ igitur præſit: ai: non ciuitati. Labeo non pauperem ſe malle dixit pręficere magiſtratui bonum: q̃ malum diuitem. Quid cum in alium vtrumq; cor venit: in alium neutrum: Duo nunc ſunt in pretura competitores o princeps ęquiſſime ac ſapientiſſime: quorum alter Anthonius abiectiſſimo genere: vita peſſima: moribus perditiſſimis: alius nobiliſſima familia: ratione viuendi nulla: ſceleribus deditiſſimus. Is vt

Sulpiti⁹. Appius cenſor Labeo

Iuuenal' i vmbricio.

Iuuenalis iquit:quota portio fecis Acheæ:neſcio quo natus Alexi pedite olim tuo: quē quia fuiſſet craſſator nefandus tuo iuſſu furcis ꝑtor ſuſpēdit. At vita q̄ ſit pr̄is hic moribuſq; minie diſſimil':hic liq̄at qđ ex omnibus fere Italię vrbib⁹ exulat ob flagitia cōmiſit:Alibi furta cōmiſit: Alibi cędē patrauit: Alibi violauit hoſpitem:Alibi falſus inuētus ē.Nullibi eē ptō: niſi ꝓpter patrē hic vbi memoria patris eum deberet aſſidue ꝑterrere.At Lęlius qui hunc poſcat magiſtratū eſt generoſa domo ſatus : patre qui tuus ſenator ęquiſſimus diem obijt fauſtiſſime:in ſumma rerum oīm fœlicitate:quē ſic imitatus eſt:vt ipſe ꝓmeritus ſit apud te ſenatum. Quo quidē loco tā modeſte ſe geſſit: tam eſt dilectus oīb⁹:imprimiſq; tibi oīm prudentiſſimo:vt vel hac ſola ratione bonis alijs & pręclaris viris in huiuſmodi cōcurſationibus pręferri poſſit. Vita qua ſit:quis morib⁹:inde diſcatur:qđ aut ſtudet aut docet aſſidue:aut iudicat: aut de bene beateq; viuendo cum philoſophis theologiſq; cōmentat'.Hic tibi deligēdus eſt:quem pretorē deſignes vrbanū optime prīceps.Antoniū ſimilē beluę in ſuam perniciem reijciendę: abs te pelle.Vale.Ex Mediolano xvii.Kalendas Aprilis.

Synonyma obiectiua generis vel vitę.

Hic eſt abiecto genere natus.
Moribus hic eſt perditiſſimis.
Nulla in hoc cognoſci poteſt familię nobilitas.
Nihil eſt in huius vita laudabile.
Omnia ſunt in hoc morum malorum ſigna.
Squalet hic omni generis ignobilitate.
Nihil eſt tam obſcęnum quod in huius non fœdeatu ita.
Cum ſit hic genere obſcuriſſimo:tum vita longe inferiore.
Vt i hoc mōſtro dom⁹ āticq̄tas ē nulla:ita vitę īiquitas oīs ſupeſt
Huic vetuſtius nihil eſt ſceleribus : nouius autē nihil parētibus.
Habet hic bubulc⁹ mercennarius tantum in vita laudis : quantū in genere nobilitatis.
Q̄z abeſt hic a generoſis:tam ab omni virtutis laude.
Sunt huic ignobilia cuncta dedecoroſaq; communiſſima.
Tam hic eſt bonus:q̄ nobilis.
Abiecto genere natus:abiectiſſimam degit vitam.
Vt eſt ignobilis familia:ita vita quidem pernicioſiſſima.

Titulus.xl.

Pacatiua familiaris.

Irritatus es in me:quoniam delatum eſt ad te quidem falſo: me

tibi neſcio quid ſuccenſere. Vide Senecam non minus improbã tem: quod credatur facillime: q̃ ſi priceps nihil crediderit. Quid ſi non audebit me corã delator ille quicq̃ proloqui: Quid ſi peſſimo in te animo dubitãs accuſari: præuenit hoc delationis genus: At ſequere illud Martialis: & delator habet: quod dedit exiliũ. Ego tamen tuus ſum ſeruul⁹: tibiq; vbicunq; vixero: deditiſſimus: nec tamẽ me coges ab vrbe longũ exulare: q̃ ego te ſemper habebo ante oculos: nec cuiq̃ cedã te amãdo: te colendo: te numinis inſtat venerẽdo. Iube vt libet: parebo vt iuſſeris: quoq; lõgius abero: facilius intelliges q̃ eſſem tibi vtilis domi: q̃ fidus Nulla in re poteris alius eſſe mihi ſemp princeps me⁹: ſemper de⁹ in terris ſemp habẽd⁹ ãte oculos. Vale: Ex Me. xv. Kl̃ April̃ Seneca de clemẽtia Martial̃. coquus.

Pacatiua familiariſſima.

Cura vt velis: amabo te ſẽper: nec tua de me merita e mẽte mea delebit vlla tẽporis diuturnitas. Non ſũ ingratus Pluris lõge facio quod me amaris: quod mihi faueris: quod in calamitate me non deſerueris: q̃ non doleo quod illis in me credas: qui & me oderunt: & te nõ amant. Sunt eñ perditiſſimi delatores. Si quid utem erraui: quod caſtris ad deſignatam non interfui diem: pacandus es mi dux facillime: tum quod culpa mea non eſt peccatum: tum quod ſi etiam peccatum eſt: vt es omniũ humaniſſim⁹ deas ignoſcere: vt in multo maiorib⁹ grauioribuſq; peccatis ſoles: Erraui: fateor: Sed vt illud eſt Senecæ: caret hic error culpa. Seneca Imbribus ſum prohibit⁹ iſtuc ire. Flumĩa intercluſerũt iter meũ parce mi princeps. Sis in me pacatus: ſis qui ſoles in tuos. Bene vale. Ex Mediolano. xiiij. Kalendas Aprilis.

Pacatiua grauis:

Nihil eſt: quod facilius fieri poſſe videatur viro docto: q̃ vt pacetur boni principis animus in aliquem odio concitat⁹. Sic enim clementiam Cicero definiuit: vt ſit virtus: quam anim⁹ in alicuius odiũ cõcitatus comitare refouet. Q: ſi turbati principes nõ pacarentur: quibus eſſet viuendũ apud illos: Non illi tunc reges vt dixit Homerus: vocarentur: ſed tyrãni. At tyrãnos Plutarchi Pittacus ille ſimiles vult eſſe ferarum implacabilium. Nam ſi natura vel inter immaniſſimas voluit eſſe feras nonnullas etiam quæ miſſiores effici poſſent: vt Plinius docet: quid eſt in homĩe dicendum qui manſuetiſſimus eſt: Quid in principe: in quem (vt Cleobolus inquit) ſperant ſubditorum omniũ mẽtes: & a cuius ſolius ſalute populorũ omnium ſuę fidei mandatorum pendet ſalus: Iratum eſſe te mihi: factus ſũ hodie certior: quia Fabiũ Cicero Homer⁹ Pittacus apud Plutarchum Plinius Cleobolus.

interemi. Quid ſi nō interemiſſem: Certe nūc ego non viuerem Scio tibi rem intellectam: vt fuit: nec in ea enarranda tero tempus. At qa me accuſas malitiȩ qui cū potuerim eo crimine abſtinere noluerim. Dicis enī: Cur non vertiſti ad eius inſolentiā terga: Cur nō fugiſti: Poteras id efficere commodiſſime: pacandus es mihi animo magno: ſed non æquiſſima iratus mente: ſi pace tua dici poteſt. Quē ego ſum apud te locū aſſecut⁹ mi princeps Militis. At qualē ſe præſtare miles debet: Fortē: infractū: nō meticuloſum: periculorū tolerantem. Hæc quotiens non ſeruaſſem poterā abs te vilitatis accuſari atqꝫ pelli: vt Cyrus dicebat. In ob
Cyrus ſeruantiſſimus aūt horum ſemper extitiſſem cum inuadentem me queq̄: duellūqꝫ poſcentem profugiſſem aut nō iucūdiſſime admiſiſſem. Ad hæc vero quot me contumeliaꝝ cōuitiorūqꝫ cōfecit is generibus: prius ꝙ arma exercuerim: Quo me min⁹ videbat ad telum pronū: eo inflammabat̄ in me magis: fiebatqꝫ petulantior. Hæc improbas: & ego nō ſolū improbo quæ tibi nō placeant: ſed deteſtor acerbiſſime cupioqꝫ aſſidue non exegiſſe. Verū vt illud eſt Agathonis. Vno ſolo priuat̄ deus: infecta facere ꝙ
Agatho. facta ſunt. Vis ne princeps humaniſſime in me vnū inhumanus inexorabiliſqꝫ cognoſci: cum in omnis alios vel illos qui longe maiore fuere in delicto placabiliſſimus fueris: Vide ne vt hoc mihi mortem afferat: ita tibi cedat ad famam: Cum me deles: op⁹ deles tuarum manuū: quæ: vt Pſalmiſta inquit: plaſmauerāt
Pſalmi. me. Quicquid ego ſum: ex te ſum. At non malus dices. Id quoqꝫ non diffiteor. Sed alium ego: ꝙ te: patrem non noui. At patri in
Terenti⁹ ī heautō filium: vt Terentius voluit: pro maximo delicto paululum ſupplicij ſatis eſt. Parce ſeruo mi princeps fideliſſimo: pacatum te mihi redde. Ne ſis dirior: fac vt exorem. Ex Mediolano. xiij. Kalendas Aprilis.

Synonyma pacatiua.

Ne ſis iratus mihi.
Redi in viam pacis.
Præſta te mihi qualem ſolebas antea.
Noli in me dirior eſſe: ꝙ in reliquos ſoleas.
Eſto mihi mitis.
Exhibe te benignum:
Tam humanitatem ne deleat mea culpa.
Te quæro in me pacatum.
Fac vt pacatus me ſerues.
Ira tua mortem: mens pacata vitam mihi quærit

Vt iracundus me terres:ſic pacatus me ſolus animas.
Paueo tuam iram:pacationem cupio.
Nihil eſt quo tibi plus appetam:q̃ pacatus ſis mihi.
Tam gaudeo te pacato: q̃ qua voluptate nulla poſſit mihi maior ſupereſſe.
Vt tuus furor ſolus eſt (qui me cædit) ſic vbi pacatus ad me tedis rediuiuus videor.
Redi mi princeps in tuam innatam benignitatem.
Peccaui fateor errando:ſed tu ne pecces te non placando.
Q̃ lõge abes ab om̃i ſcelere.tã abſis a te nõ paccãdo tuis ſeruis
Redde te mihi mi princeps paccatiſſimum.

Titulus.xli.

Confirmatiua familiiaris.

Quia nihil potuiſſe dicitis o iudices iſtic cauſidicos agere meo nomie:niſi cõfirmẽ q̃ ſunt ab ijs acta: Ita enĩ docetis Marcũ carbonẽ iuriſcõſultũ ſtatuiſſe. Cõfirmo q̃ geſſere ſingula q̃nquidem illos ſcio nihil effeciſſe:qđ mihi non cõducat. Qđ accepturi ſint ..ũt ab ijs(qui mihi debét)pecuniã meã: idq3 ab me vultis cõfirmari prius:q̃ accepta ſit:nõ videt̃ faciendũ: ne poſſit poſtea non tradi:Sed qa vos cautos eẽ oñdit is:ſec⁹ nequiri fieri:cõfirmo id etiã:ita quidẽ:vt quãcũq3 pecuniã is acceperit: ea tradat̃ Sẽpronio fratri meo:ipi vero debitor es ex nũc ꝑut ex tũc dicant̃ abſoluti:quã ſi fraudauerit nec dederit:ſpe futuræ numeratiõis dicat̃ hæc cõfirmatio facta:competatq3 exceptio nõ numeratæ pecuniæ.Ex Mediolano.xij.Kalendas.Aprilis. ·M.Carbo. exceptõ nõ nũeratę pecuniæ

Confirmatiua familiariſſima.

Qui hãc epiſtolã tibi reddidit:iſtuc iuit meo noĩe futurus cauſidic⁹ & ꝓcurator ĩ re mea.Et q̃m ſine mea cõfirmatione: ad nihil gerendũ admittet̃: cõfirmo quæ geret oĩa:ſic quidẽ vt vel vtiliter gerat:vel cum detrimento mearũ partiũ: meo cõſenſu oĩa feciſſe intelligat̃:nec in eũ excipi queat qđ a me non ſit actio ſua cõfirmata.Tuũ eſt officiũ æquiſſime prætor:vt nullius perſonæ facta exceptiõe haud min⁹ ac ꝑbenigne procuratorẽ hunc meũ audias:q̃ ſi quis cõciuis tuus longe doctior ageret iſtic apud te cauſam:Ex Mediolano.xi.Kalendas Aprilis.

Confirmatiua grauis.

Ne qđ obijciat̃ ĩ legitime factũ:iuenit hoc iuris modeſtiſſim⁹ qđ ĩ ijs cõfirmãdis exercet̃:q̃ nõ ĩteruenĩete cõfirmatiõe nr̃a: poſſet nõ iure facta excipi.Nam adeo quiſq3 vtilitatis ꝓprię fallit̃ iudicio: vt ab honeſtate nonnũq̃ diſtrahi facillime queat: & menti-

Panæti⁹. ri non in eũ conſenſiſſe:qui res ſuo imperio geſſerit quæ nõ eũ
Cicero ſint nactæ demũ exitũ quẽ voluiſſet.Quod & ſi Panætio ac Cice
rone teſtibus:vtilitas ab honeſtate ſeparari nequit: ſepata vero
non eſt vtilitas.At eoventũ eſt:vt pauci admodũ idẽ ſentiãt:plu
Euripi- rimi vero nihil admittãt honeſti modo conueniat :q̃d conducat
des. ſuæ cupiditati.Quare Euripides cæcã eſſe dixit humanã mentẽ
in iis quærẽdis cupiendiſq; in quibus in eſſevtilitatem ac lucrum
Sempro conſpicatur . Recte igitur Sempronius iuriſconſultiſſimus : &
nius Publius craſſus voluere ſuis in magiſtratib⁹ neminem alieno ad
P. Craſſ⁹ mitti nomine:niſi & cui⁹ interueniebat nomĩe interuenire & ver
bis:hoc eſt eiuſdẽ confirmaret̃ ore aut teſtimonio q̃d de oriſmẽ
tiſq; conſenſu fidẽ faceret.Confirmo igit̃ cumulatiſſimeq; cõfir
mo quæ geret iſtic meo nomine Scæuola:& quæ geſſit oĩa : qui
q̃q̃ ꝓcurator ab me nõ eſt inſtitut⁹:æque tamẽ omnis eius opera
mea ſententia confirmat̃ ac ſi ego intereſſem . Ad hæc aũt poſci
tis rogatiſq; confirmẽ vobis prætorem atq; deſignem quẽ dele
giſtis.Vt vobis ego vos nõ arbitror:eſſe quicq̃ delecturos q̃d nõ
intelligatis ꝓfuturũ:ita:ita virũ cenſeo prætorẽ ex multis æqui-
Aericles tate:prudentiaq; ſingularẽ delegiſſe:quẽ & fama & rerũ experiẽ
Thales tia cognoueritis ea ſeruaturũ quæ ad prætorẽ & bonũ ptinent &
Plato diligentẽ & gloriæ ĩmortalis cupidũ.Hęc enĩ Pericles debere in
magiſtratu eſſe docebat: & Thales mileſios ſuos admonebat.
Nã vt Plato iuſſit:corp⁹ ſe tueri prætor exiſtimet : cum in vrbe
iudicat ſuis humeris demãdata.Verũ quia noſtrorũ edictis maio
rum(q̃uis q̃optime cuncta delegiſſetis) niſi delecta cõfirmemus
ſtare nequeũt:quæritiſq; hũc conſenſum in re noſtra: hiſce litte-
ris vobis prætorem hunc delectũ confirmam⁹:approbam⁹ ele-
ctionẽ:cõfirmatũ admitti volum⁹ : Hac aũt cõfirmatione noſtra
deinceps eo fungat̃ magiſtrat⁹ eiuſcemodi munere quo reliqui
prætores vrbis iſtius noſtræ cõſueuere fungi.Valete.Ex Medio
lano.x.Kalendas Aprilis.

Synonyma confirmatoria.

Quæ geſſit is confirmo.
Nihil ex iis ĩfirmo:ſz poti⁹ apꝓbo:q̃ meo iſtic noĩe dixi ſcęuola
Aeq̃ habere rata firmaq; Scæuolę geſta volo: ac ſi ego ĩterfuiſſẽ
Confirmo delectum iſtum magiſtratum.
Comprobo quæ villicus meus in prædio geſſit.
Firma ſit mei fundi venditio a Scęuola facta.
Non muto quicq̃ quod is effecerit.
Habeo ꝓ facto ꝑpulchre: quicq̃d meo noĩe iſtic factũ ẽ a Scęuola

Geſſiſſe volo Scęuolam omnia meo cum inſtituto.
Nihil excipio ex geſtis ab iſto:
Fecerit iſte non ſecus ſingula: ac me pręſente.
Sciant omnes me probatiſſima dicere: quę fecit mea in cauſa.
Confirmatũ ſemp tũ ſemp quiſq̃ putet qđ egerit ꝓ me Scęuola
Nuſq̃ obijciã benefactũ nõ eſſe: qđ pro me fecerit iſte.
Ab iſto quicquod effectum eſt: omne confirmo.
Nunq̃ negarim benefacta: quę iſte mea geſſerit in re vlla.
Faciat vt videbitur Scęuolę: recte facctum affirmo.
Quę vobis ſine meo conſenſu non proſunt: approbo cuncta.

Titulus.xlij.

Inuectiua familiaris.

Et ſi non eſt mei neqꝫ animi nec moris in queq̃ inuehi: nõ poſſũ tamen eandẽ in re ſeruare modeſtiam: cuius iure dixerim: vt Hieronym⁹ in Vigilantiũ inquit: linguam pręcidendam: & in fruſta lacerandã: vt qui loqui neſcis: diſcas aliq̃n cõticeſcere. Aſſidue tuo iſto ſcurrili ore ac impudẽtiſſimo in aliquẽ debaccharis: & ridiculũ caput omnes bonos irrides. Aſſidue verſatus in luto ad aures vſqꝫ marcẽtes alios vocas & putridos. Aſſidue iis in deridẽdos & doctos & eruditos inſolentior atqꝫ inſanior. Vñ iſta mordacitas in te tam innata: Vnde iſte tu⁹ furor tam barbar⁹ & imanis: Nam niſi penit⁹ ab omni humanitate ſis alienus: nunq̃ adeo inſanire cogaris: vt neqꝫ modum in dicendo ſerues: neqꝫ modeſtiã: ſed te reuide bone vir Terentiane ac reſpice. Nõne iam annũ ſupra trigeſimũ nactus nihilo plus ſapis: q̃ ſi puer verſareris in cunis: Perſuades te tibi virum eſſe ſapientiſſimum: cũqꝫ nichil vnq̃ didiceris litterarũ (qđ inter litteras cõuenire poſſit) litteraliſſimũ eſſe te ducis: audeſqꝫ de litteris cũ illis contendere qui ſũt in Italia pręſtantiſſimi. Proh hominũ furioſe: immo bęluarũ peſſima: cui nihil ſit tolerabili⁹ maledicentia: cui ſunt om̃ia nulli⁹ p̄ter vęcordiam atqꝫ væſaniã. Qꝫ autẽ ſit leue cerebellũ tuũ iſtud qui neſcit videat tuã iſtam quotidianã in omni re varietatẽ: vt nũq̃ tibi ſis conſtantior q̃ cũ ſtertis: aut crapula & ebrietate obrueris: aut libidinib⁹ vacas: a quib⁹ & ſi nõnunq̃ debilitas neruorũ at nunq̃ volũtas & immenſa cupiditas ſurripit. Quiqđ enĩ patrimonio relictum eſt: quicquid aduenticiũ: aut profecticiũ fuit: omne in hiſce flagicijs cõſumpſiſſiſti: obliguriuiſti: delapidaſti. Nnnc aſſidue tete eneruas inter Ganeones: Helluones: Pędicones: vir immundiſſime: ſceleſtiſſime: perditiſſime. Te igitur caſtiga primum: mox reliquos tui diſſimillimos caſtigabis: & noli fabula

Hieronymus cõtra Vigilãtium

eſſe vulgarium. Ex Mediolano. ix. Kalendas Aprilis.

Inuectiua familiariſſima.

Nequeo me amplius continere vir impuriſſime: ni ad ea reſpondeam deniq; quib⁹ me ſemel iterum atq; rurſus ineptiſſimę tuæ litteræ inuaſerunt. Dicis eſſe me malum: qui te accuſarim ignorãtiæ: ſceleratum qui nõ viuam hominum iudicio. Tu ne queq̃ audes caſtigare bæluarum maxima: Mal⁹ ſum: quia te ignorantem appello: At malus ſim profecto ac peſſimus: ſi hæc ſileam: quæ tui cõmilitones palam exhibent æque ac peculaaria doctrinę bonę præcepta. Nam cum vel ipſam ignores grammaticem ad minimos vſq; characteres componendos. Diſiungis enim in ſcribendo ſyllabas aſpiratas quæ nullam adhibent aſpirandi rationem: reliqua ſunt apud te barbara: qui poſſim hęc conticeſcere: Me vero dicis: non hominum more viuere. Non eorum inq̃ hominũ more me fateor viuere: qui tua ſequũtur veſtigia nebulones: cum iſtud nonviuere ſit: ſed mori. At eorum quidem ſentẽtia viuo qui longe abs te tibiq; paribus abſunt: qui bonis vacant artibus: non ſepeliuntur inter epulas: non ſtertunt in lectulis cũ ſcortis: non ſunt in teſſera impediti vt tu ſoles. Quid enĩ aut cogitas aliud die noctuq; aut dicis: ãt facis: q̃ eiuſmodi quicq̃: Quĩ ſunt tibi ſocij: Ganeones: paraſiti: ſcurrę: tabernarij: coqui: fartores. Quib⁹ oĩa credis tua: Pueris: meretricib⁹. Vbi ſemp verſitas In fornicib⁹: meritorijs: thermis. I maledicte a c elate nec oĩb⁹ de te cachinnũ moueas: & q̃ neſcis: ſaltẽ diſce. Ex me. viij. Kľ Aprił.

Inuectiua grauis.

Cum ex omĩ hominum genere deceat illos imprimis deteſtari qui mali ſunt: Tũ vt docuit Demoſthenes: inter malos ipſos exiſtimandi ſunt illi peſſimi: qui cum omĩ ſint polluti ſcelere: quaſi viri graues atq; cenſores: audent alios (a quorũ moribus bonis inquam atq; innocentiſſimis plurimum abſunt) caſtigare: accuſare: dicere perditiſſimos: & in eos inſolentius inuehi. Ad quos illud Lauronia Iuuenalis inquit: Terti⁹ e celo cecidit Cato. Nã ſi recte conſiderent illius ſatyri verſus: Clodius accuſat mœchos Catilina Cethegũ. Et ruri⁹: Quis tulerit Gracchos de ſeditione quærẽtes: Quis celũ terris nõ miſceat & mare cæloſi fur diſpliceat Verri: homicida Miloni: Ad ſeipſũ cõuertet hanc ſententiã: & Antoniũ dicet illũ eſſe: qui coegit ſatyrũ loqui. Proinde ſi maluiſſes audire Ciceronẽ dicentẽ: neminẽ ad accuſandũ debere paratum eẽ: niſi & ad innocentiã ſuã exprimendam promptus ſit:

Demoſthenes

Iuuenaľ i. ij. ſatyra

Cicero

q̃ tuam iſtam tam inſolentem in dicendo licentiam frænaſſes ali quantulum tete cohibuiſſeſq; tuã tam inſulſam mordacitatẽ po tius:q̃ in me prudenter:Immo tam furioſe irruiſſes. Tunc tibi di uus Hieronym⁹ occurriſſet:conſuluiſſetq; inquiens:Nihil eſt fœ dius riſu in riſione digniſſimo. Quaſi vir religioſiſſimus videris noſtro ſuccurrere ordini: non probas viuentes liberius religio ſos:leges reformas bene viuendi:Miniſtros & præfectos mona ſteriorum admones:quod agendum inſtas:doces :precaris :con ſulis:& quod deterius eſt pecunia corrũpere conaris: Nihil pręter mittis quod dicas nobis profuturũ :quaſi & tu ſolus videas quid conducat: & cæci ſint cæteri :& tu ſapias vnus:inſpirant alij Nũc ego quod in fabulis legitur : video lupum eſſe monachum effectum:Immo nũc eſt locus euangelio:Vt venias in veſtimẽtis ouium:qui eſt intrinſecus lupus rapax. Audes tu quemq̃ accuſa re in obſeruantiæ aut ordinis noſtri obſeruãtiã docere :qui oĩm es ĩobſeruãtiſſim⁹ religiõis :pietatis:pauptatis: caritatis & ipſi⁹ deniq; chriſtianę fidei: Vide ne hoc tam riduculũ deniq; ſit:q̃ qđ maxime. Nam admirabilius eſſet videre te religioni vacãtem a qua ſemp tanq̃ a pernicioſiſſima peſte abhorruiſti :q̃ ſi(vt ille in quit)mulier vitulum:vel ſi bos æderet agnum. Tu nunc e caupo nula clanculum rediiſti ad monaſteriũ :nunc e fornicibus:nunc a puſio num cõmercio:nũc auittata ſacerdote ad hæc ſancta admi niſtranda. Vbi eſt tuo matrimonio tibi relicta pecunia :In fænore Vbi matris dos:In fœnore . Vbi quę clãculum aſſidue ſurripuiſti monaſterio :In fœnore. In quibus vitæ gradib⁹ conſumis hęc fœ nore quæſita:In gula:in ocio:in ſcortis:in conuiuationibus : inq; compotationibus:ebrietatibus: ſceleribuſq; demum omnibus: quibus abiectiſſima pecudum exprimatur conditio:Sardanapa li inſtar:aut Smynderide ſybaritæ. Qui hæc ignorat diligentius inquirat:aut ad me veniat: teſtibus argumẽtiſq; probabo digniſ ſimis:ac omni exceptione maioribus. Sunt Mediolani Romęq; proceſſus quibus de eccleſiaſticis rapinis conuinceretur . Sunt & alij Placentiæ papięq; quibus cõpertus in ſceleribus atrociſ ſimis ęs dedit non mediocre:ne plecteretur plublicęq; dãnaret Sũt de noſtris nõ pauci:qui ſi querãtur:coganťq; dicant : quo eũ comitati ſint de quo loquor:vbi ſæpi⁹ pernoctauerit : quid ege rit:quibus in diſcriminib⁹ vitæ induxerit illos. Sed eſto ſis mal⁹ quantũ vis O bælua:ſis pernicioſus:ſis inq̃ nefarius . Sed nõ ob ſis:niſi tibi:ſis ridiculum monachorum:mimus religioſorũ: ſis inq̃ inter nos ſimia(& vt illud eſt Iuuenalis) fratercul⁹ ille gigãtũ

Hierony mus.

Euange lium.

Iuuenali

Sardana palus.

Smynde rides.

Iuuenaliſ

At non audeas o beſtia velle vir bon⁹ & videri & exiſtimari: nec te iis ingeras negociis: quę longe abſunt ab ingenio tuo iſto: inq̃ tam hebeti ac panicario: ſed malicioſo ſed verſuto: vafro: verſi pelli: doloſo Quid enim vt fiat inſtas: vt Inſubres ac p̄cipue Mediolanei pellantur hinc: exteri ſuccedant: bonæ (vt dicis) legi paratiores: ea dũtaxat hac fingens ratiõe: vt nobis abſentib⁹ tu miniſtres: tu gubernes: tu oĩa tuo nutu imperioq; modereris: O ſãctũ hoc monaſteriũ te duce: O fauſtũ: fœlix ac fortunatũ æuum hoc: quo tu monaſterii hui⁹ inſtaurator declareris. Non ſunt igitur noſtri tam ad bñ beateq; viuendũ accincti: parati atq; apti: q̃ tu: Potes tu quicq̃ O ignare: O impudens: O peſſime: quod nos nequeamus: Abſit: abſit: abſit inquã error iſte patres optimi: vt hic præſit noſtris: vt hic nr̃os ꝓpellat: vt hic hypocrita nobis imperet. Præficite quem malitis: modo iſtius malitiæ non ſit loc⁹. præponite nobis ſæueriſſimum quẽq; rectorem: mõ & iſte cogatur ab illo: videriq; aliquando poſſit quis ſit homo: quareq; iſtitit vſq; adeo Ex Mediolano. vii. Kalendas Aprilis.

Omnium es ſceleratiſſimus. (Synonyma inuectiua.

Nihil eſt in te non flagicioſum.

Nullus es ſceleris expers.

Tam abes ab omni laude: q̃ vir optimus a flagiciis.

Nihil eſt tibi cum bonis commune.

Antiquius in te nihil eſt incontinentia.

Vt es omnium impudentiſſimus: ſic & impudentiſſimus.

Viuis tu quidem peſſime ac pernicioſiſſime: ſi bæluarum dici vita: at non potius mors debet.

Amas omnia male vel facta: vel cogitata.

Quid eſt obſcœni quod non dicas: quid ꝑditi quod non audeas:

Es vna eadẽq; omnium voce ſentina ſcelerũ cloaca fœtidiſſima

Tunc tu plurimum oblectare: cum plurimum peccas.

Nullum eſt tam vaſtum & abominandum crimen: quod tibi leuiſſimum facillimum ac minimum non videatur.

Adhibes ſceleribus omnem operam.

Quo maius eſt ac rarius vitium: eo te illud delectat magis.

Ab omni virtute alienus cunctis criminibus vacas.

Titulus. xliiij.

Amatoria honeſta familiaris.

Quanta ſim erga te beniuolentia: nõ eſt facile dictu. Nã ſi vero illud a Cicerone dictũ eſt iuitari nos ad amandos quos nũq̃ vidimus: in quibus ſit virtutis ſimulacrũ: quo debeo eſſe in te ſtudio

quem vidi noui q; vi℞ omni laude cumulatū : Habes tu quidem quæ in homine ſunt rariſſima: ingenuā indolem: fœcunditatē ingenij nō mediocrē: doctrinam quæ longe lateq; ſuperat ætatem Eſq;(q̄d maxime probandū eſt in hodiernæ tempeſtatis hominib⁹)omniū humaniſſimus atq; q̄ gratiſſimus: nec te officijs vinci ſinis: nec cuiq̄ es difficilis. Amo te igitur væhementius & abs te amari cupio: nō qui rear poſſe te mihi amore parem fieri (ſuperabo te ſemp) ſed qui nō amem: a quo nō amer: Quod tūc fieri poſſet: cū tu maiorib⁹ occupatus negocijs poſſes mei non meminiſſe. Id vt ingrati eſſet hominis: ita cōtra oēm hūanitatis tuæ naturā atq; vim. Nā ſi vero dictū eſt a Seneca: Si vis amari: ama: neceſſariū ē vt amet qui amat: eūq; in naturā & bene viuendi rationem niti qui cum amet nō amet. Si quid ego poſtularem turpius: aut attemptarē indecori: non eſſem amandus: teq; mihi nō reſpondentem in amore nō accuſarem ingratitudinis : ac mecū ipſe potius magnificarem honeſtatemq; ac pudicitiam tuam ne quirē non laudare. At vbi tua me ad amādū inuitauit ꝓbitas : egregia laus : ſūma eruditio: quis poteſt non probare animi mei ſententiā: Quis te nō improbare ſi nō reſpondeas: Ama me igit̃ mutuo: & aliquando quicq̄ ad me dato littera℞ : quibus optimū conſequar amoris erga te mei fructū: legendis ſæpenumero doctiſſime abs te exaratis. Quid ei iucūdius ad me deferri poſſit: q̄ quę tu tā diſertus elegātiſſime ꝑfeceris: At contra tu me: meiſq; oīb⁹ ęquę vtere: ac te tuiſq;. Tūc enī me mihi rem gratiſſimā effeciſſe cognoſcā: cū tibi gratificari me poſſe duxero. Incredibile dictu eſt: q̄ tibi cupiam morem gerere. Ex Mediolano .vi. Kalendas Aprilis. Seneca.

Amatoria honeſta familiariſſima.

Amo te plurimū ob incredibilem doctrinam tuam: cupioq; abs te mihi in amore reſponderi. Q̄d cū feceris & offio ſimul tuo ſatiſfeceris & deſiderio meo: cum neglexeris & a virtute defeceris & ſpem fefelleris meā. Ho℞ vtrum & ipſe velim : ac expectam: & te deceat: tu te iudica qui vir es prudētiſſim⁹. Si me ad te amādū tua promouit eruditio ac probitas: fac ne vel rudis vel iprobus videri malis: q̄ qualis es. Ad hęc aūt ſcribe nō nihil aliqn̄: ac iube vt & litteris tuis elegātiſſimis iucūdus mihi ſis: & mea vtaris opera. Vale. Ex Mediolano .v. Kalendas Aprilis.

Amatoria honeſta grauis.

Cum nihil ab me queri ſoleat diligentius : q̄ vt iactura nulla fit tpis. Nam vt Lactanti⁹ docet: ne quid fruſtra fiat prouidēdum ē Lactant⁹.

Sophocles. Eurupides. Duo officij genera. Theophraſtus. Sulpitiꝰ.

tum hoc etiã diligenter inquirit:vt in ingratũ non ſim officioſus Nam & ſi officiũ in neminẽ eſt negligendũ:vt voluit Sophocles tamen duo ſunt pro Euripide officij genera:quoꝝ aliud exprimit liberalẽ in bñmerentẽ:aliud prodigũ in ingratũ. Vtroqꝫ nos amãt reges ac dij imortales. Vno ſunt hoĩes laudandi. Nam vel ipſi reges:atqꝫ dij: quod Theophraſtus inquit) cũ viderint nos non reſipiſcere officium reuocant. Nos homunculi:quibus non licet:nec eſt ſemper facultas reuocandi:quod dederimus:deſinimus potius dare(ſi ſapimus)ꝙ ſi dederimus. ſperemꝰ reuocare: cum etiam nos Sulpitiꝰ iuriſcõſultus admonuerit: meliꝰ eſſe nõ ſoluere ꝙ male ſolutũ repetere. Cũ igiť ad amãdũ aliquẽ nos ducit:inuitat atqꝫ trahit:quodammodo vlla illiꝰ egregia & raravirtus:niſi nos ab eodem amari ſentiamus:fruſtra noſtrum nos officium impendere:ac tempus terere intelligimus. In quos illud Ouidianũ iure dicendũ ſit: Quid harenæ ſemina mandas: Non profuturis littora bobus aras. Merito poſſimus vel Belidũ vndas haurire:vel Siſypheo ſaxo laborare:vť Ixioneæ inuolui rotæ. Quãobrem cũ ad te amandũ:non vna: ſed plurimæ tuæ ſummæqꝫ virtutes allexerint: vt ſi te non amẽ tota mẽte ſim penitꝰ amens. Amo profecto tam ſincere:tam vere:tam ꝑfecte: vt eoꝝ oeſſeri nulli qui ſcribunť apud veteres tã artis deuicti amicitiæ vicuľ Sed vt amer abs te pariter cupio:ne fruſtra ſim in amãdo ꝑplexus. Haud enim vereor non amari:ſed eo quidem amandi officio mihi nõ reponi quod expecto. Nam vt ad te amãs crebras litteras dabo:ſic referri velim reſponſa: vt mutuos dem accipiamqꝫ amoris fructus. Ait enim quod non neſcis Ariſtophanes: præſentes conſuetudinem ꝙ familiariſſimam amantes habere: abſentes vero litterarum vſum. Itaqꝫ ꝙdiu his erimus locorum interuallis diſiuncti:litterarum contendamus officijs: alter alterum ſuperare:ꝙꝙ elegantia dicendi abs te victus te ſemper amãdo ſuperabo. Scio quid dicam:nunꝙ amando me vincas. Prior incœpi tuis allectus laudibus:Tu me ſequeris. Vocatus reſpondebis. Auctor huius ego ſum beniuolentiæ. Cum facile ſit inuẽtis addere. prima laus in inuentione conſiſtit. Amat:ait Seneca: qui te prius:is te ducit. Dux ducto maior eſt. At Homerus videntem præfert cæco:qui in alio intelligat quod in ſe nequit intelligi. Ego te amo: quoniam es doctiſſimus: eruditiſſimus: diſertiſſimus. Tu quid in me vides:cur ames: Nihil profecto niſi ꝙ amaris. Non es in amando officioſus. Sed ſi non ames ingratus appellare. Tu in me cæcus. Ego in te videns. At amando ſimul

Ouidius in epiſtolis heroidum.

Ariſtophanes.

Seneca Homerꝰ

impera non nihil: vt vſus opera mea: vel ingenio: vel facultatib⁹
videare mutuo me amare. Nam ego vbi videro quicq̃ in te: quo
mihi ſit opus non deſinā quęrere. Si dabis muneri tuo ſatiſfaci-
es: ſi negabis: non ego: ſed tu peccaueris. Quod ſi quid in me vi
deris quo tibi gratificari poſſim: nec eo ſis vſus: perinde maleſe
ceris: ac ſi auaroꝝ more a tuis abſtinueris reb⁹. Mea enim om̃ia
ſic ſunt in te conuerſa: vt ego quoq; conuerſus ſum: a quo nunq̃
aberis: & cū quo: quanto erimus locis diſiunctiores: tāto eris cha
ritate coniūctior: tanto tibi ſū ſemp futur⁹ deditior atq; dedica-
tior. Modo tu me pariter ames: nec indignū putes exiſtimare: de
bere te hoc mihi qđ te amen tam mirifice: vt nihil ſupra. Ex Me
diolano. iiij. Kalendas Aprilis.

## Synonyma amatoria honeſta.

Ego te plurimum amo.
Incredibili ſum in te beniuolentia.
Cupio vt mutuo me ames.
Expecto abs te in amore mihi reſponderi.
Si vis non eſſe ingratus: ama me vt amaris.
Si me mutuo non ames: ſis omnium ingratiſſimus.
Quod te primus amare cœpi: debes tu plurimum mihi.
Fac vt meū in te ſtudium nō negligas: ſed in amando reſpōdeas
Ama me vt te amo.
Cum amen te honeſtiſſime: tu pariter ama.
Quādo tua inuitat ad te amādū me virtus: ne te igratū exhibeas
Ne te inferiorem reſpondendo præbeas: q̃ in tua amamda vir-
tute prior ego ſim inuentus.
Cum intelligas: q̃ te ſincera mente amen: non ducas indignum ſi
me mutuo ames.
Imitare in amando ſi potes fœdundiſſimos agros.
Nunq̃ amando me ſuperabis: ſed vt annitaris cupio.
Ego quod abs te quoq; poſtulo: in amando nemini ceſſero.

## Titulus. xliiij.

## Rei nouæ nunciatiua familiaris.

Quid hic agat noui nūciaturus qđ potiſſimū ſcribā: aliud nō ha
beo q̃ qđ ad nos attinet. Vir ille bon⁹ (hoc eſt omniū fraudulētiſ
ſimus) oppugnat hic bonos omnis: inuenitq; paſtorale quoddā
lupus tegmē: vt quia nō viuitur in hoc monaſterio: aut ait: obſer
uanter: exteri huc traducantur: pulſis noſtris Inſubribus: quaſi
velit obſeruantior eſſe reliquis: aut non potius occupare mona
ſterium: vt ſolus imperet: & ſuis ſceleribus omnia polluat. Nos

obſiſtemus quantũ opera: ope: conſilio:amicorumq; fauoribus poterimus. Sed præcipue dei optimi maximiq; auxilio :qui nõ feret has ſordes hiſce fraudibus tegi. Cætera hic omĩa quieſcũt Nã dux Inſubrium & mater & fili⁹ bene valẽt. Pacata ſunt queq; Bene valemus ſinguli. Tuum ad nos aduentũ expectamus. Vale Ex Mediolano iij. Kalendas Aprilis.

Rei nouæ nũciatiua familiariſſima.

Hic frumenti maxima eſt charitudo. Viuimus omnes difficulter Nam & de peſte non eſt ſuſpicio mediocris. Pullulant eñ ſigna quædam:quibus manifeſto cognoſcitur quid impendat. Fit coniectura de pace potius q̃ de bello:tametſi videantur quedã:ſignificare bellum:quibus diſcordiæ populorũ flagrant:Sed futurorum ſolus eſt arbiter Iuppiter. Tua coniunx aliquantulũ ægrotauit:nunc conualuit. Filius tuus natu maior eſt in litteris diligentiſſim⁹. At plus longe delectatur poeticis :q̃ legib⁹. Quicquid conatur diſcere:carmẽ eſt. Inuito nequit ſydere annitatur : operam adhibe:ne plus ſapere velle videaris q̃ ſapias. Inuitis nihil eſt cõtende re fatis. Frater tu⁹ ex thracia ditiſſim⁹ redijt :nec quicq̃ pl⁹ cupit:q̃ te coram intueri. Cito(ſi ſapis)redi. Vale Ex Mediolano pridie Kalendas Aprilis.

Libaniuſ

Rei nouæ nunciatiua grauis.

Non paruum in ſcribendo mun⁹ Libanius conſtitutũ eſſe dicit: cũ amicis ꝑ litteras res nouas nũciamus. Sic eñ illi rerũ audiendarum nouitate delectantur:& nos officio functi ea in re ſumus. Nã ſi hõ(vt a Platone didicit Tullius)ſciẽdi cupitiſſimus eſt:vel eas res ſcire plurimũ deſiderat:quæ gerunt vbiq; nouæ ꝑſertim ĩ patria:a cui⁹ ſalute ſua pẽdet ſẽp ſal⁹:& cui⁹ cũ ĩcolumitate ſua columitas eſt coniũctiſſima. Qđ ego mecũ aio volutans(quippe qui tibi ſum deditiſſim⁹)conſtitui te de ijs reb⁹ reddere certiorẽ quæ hic aſſidue fiunt. Naues triremes:biremes : myoparoneſq; Parantur q̃ diligentiſſime:vt ingentivirorum lectiſſimorũ numero claſſeq; potentiſſima in turcorũ expugnandũ prodeatur tyrãnũ Lecti ſũt aũt ex oĩbus ordinib⁹ viri fortiſſimi : quorũ ſenatores triremibus biremibuſq; preſint. Eqneſtris aũt ordinis nautę nauibus inſtẽt:ex plebe honeſtiſſimi myoparones regãt atq; ſcaphas:æs grãde datũ eſt merceſq; ꝓpoſita multo maior. Ab inſubrib⁹ huc & pecuniæ multæ miſſę ſũt : & hoĩm cateruatĩ ſtipatorũ nõ paucæ maſſæ. Regẽ Hũnorũ inquiũt : ſeſe huic expeditioni tã acriter deuouiſſe:vt mortẽ poti⁹ ſit ſubiturus : q̃ ſine victoria in Pannoniam rediturus. Francorum autem & Britannorum

plato.
Tullius.

reges in hanc expeditionem paratiſſimos ſcimus vt iam iter aggreſſi ſint. Deum autem optimnm quis dubitat eſſe miſeris calamitoſiſq; chriſtianis affuturum: Omnia ſunt igitur ita nobis appurata: vt in portu nauigare dici poſſumus. De valitudine Venetorum nihil attigero. Tantus eſt enim in hanc vrbem ex varijs concurſus vrbibus vt vndiq; indies peſtilens morbus afferatur nec ſatis valere poſſumus. At pro ea valitudine: que in vrbe quidem eſſe in ijs poteſt qui ſuę vitę cuſtodiam adhibent: nos curamus: quantum poſſumus ne ęgrotationem incuramus. Sempronius diem obijt. Cęteri omnes tui bene valent. Vale Ex Mediolano Kalendas Aprilis.

Synonyma rei nouę nunciatiua.

Hic omnes beneualemus.
Hic annona chara eſt.
De bello nihil hoc loci dubitatur.
Turcorum exercitus fugatus eſt.
Armatur hic claſſis in turcos.
Aes grande militibus datum eſt.
Maximus fit in turcos apparatus.
Tuus frater nauigauit in Syriam.
Pater tuus ex Damnubio reddijt.
Teutonici pugnant cum pannonibus.
Expeditio in Boſnos celeratur.
Rome ſummus pontifex deſignatus eſt.
Nihil eſt tuo filio iam conualeſcenti metuendum.
Audiuimus hic te ægrotaſſe: ſed continuo conualuiſſe.
Tanta hic ſunt frigora: vt omẽs vndæ hic riguerint.
Supplicationes hic pro victoria chriſtianorum triduo factæ ſunt
Nihil amittitur in hac vrbe: quod ad voluptatem attineat.
Hic ciues aſſiduis venationibus vacant.
Qui ſunt in hac vrbe meliores: plus ſtudent libidinibus.
Rogat te Tullius: ad ſe ſcribas nonnumq̃.
Miratur tua cõiuunx: qui ſe a deo negligas: vt de tua valitudine nihil vſq̃ ſibi ſignifices.
Omnes hic tuum ingenium ſummamq; doctrinam admirantur

Titulus. xlv.

Publicæ fidei precatiua familiaris.

Cum iſtuc ire plurimũ cupio princeps optime: tamen nõ abs te: in quẽ nihil vnq̃ peccaui: ſed ab ijs væhementius in me quicq̃ patrari metuo: quib⁹ aliqd debeo nũmulorꝫ: nec hacten⁹ expedire

potui quod debebam. Nam rugiẽtes quaſi aduerſus me leones nolunt meæ conſuli ſaluti: niſi prius fuerint qđ crediderũt cõſecuti. Agathõ. Aſt nemo dat qđ nõ habet. Qđ Agathon ait: nõ ij quid poſſim animiaduertunt: ſed quid velint. Difficile impoſſibileq; ſit vt ex ariditſſimo quidem ſaxo hauriatur vnda vel ſanguis. At illi ſic volum⁹. Nunq̃ redibis in patriam niſi ſoluis. Vnde ſoluam Tua intereſt. Ad te igit̃ humaniſſime confugi princeps: qui ſoles omniũ eſſe miſericordiſſimus: non qui petam hanc pecuniã omnino remitti mihi: ſpemq; creditoribus eius vnquã adimi recuperandæ: ſed vt illi non exerceant in me iracũdiam mihi liceat libere iſtuc ire indeq; ad annum vſq; ſæpius pro arbitrio redire. Interea promitto me omni opera curaturum pro virili mea: vt illi ſatiſfaciam. Vale princeps optime. Ex Mediolano quarto Nonas Aprilis.

publicæ fidei precatiua familiariſſima.

Accederem iſtuc nonnunq̃ vir clariſſime vt cũ principe te viſere & negocia mea procurarem ſi liceret: Sed ſũt quib⁹ nonnihil debeam æris: qui aſſidue intermineñt curaturos ſe meam captiuitatem ſi iſtuc iuero: niſi prius ſecũ pactus fuero. Conditionẽ aũt nullam volũt: niſi vt ſoluam. At nõ neſcis: qui me iam mẽſes aliquot oppreſſerint caſus terra mariq;. Nã & mercatura mari mihi fuit plurimũ detrimẽtoſa: & agricultura terra me fefellit. Quare te vnice rogo: me commendes principi noſtro humaniſſimo eũq; roges publicã mihi fidẽ ſua benignitate largiat̃: vt iſtuc ire: indeq; ꝑ libito redire poſſim. Vale. Ex Mediola. iij. Nõas Apri.

Publicæ fidei precatiua grauis.

Solon Fidem publicã a populis & principibus poſtulari docuit Solon oportere: cum timeret̃ quicq̃ vel in vita vel in re ipſa. Nam vel erratũ ſit quippiam: vel id minus: ſibi cauendum eſſe diligenter Modeſtinus Modeſtin⁹ admonuit. Aliq̃n ſunt delatores: quorũ murmura timent̃: vt apud Neronẽ multi ſunt interempti: plures cruciati: mt̃ti fortunis ac vitæ parte ſpoliati. Nõnunq̃ interueniũt inimicitię quæ a malis exorent̃ cũ dominis. Aliq̃n vero ſolent occurrere alia & alia caſuũ genera: quib⁹ qui nõ ꝓuidet: facillime in miſeriarũ incidit laqueos. Hageſilaus. Publicam autẽ fidem Hageſilaus tanti voluit eſſe: vt qui eam violaret: cõmuni toti⁹ græciæ ꝑſecutione deberet etiã in tẽplis ante deorũ dilaniari ſimulacra. Attilius. Quid eni in vita ſupereſſet fidei: aut pietatis: aut aſyli: ſi principes ſuam fidem non ſeruarent: quam vel hoſtibus ſeruari voluit Attilius: & Cicero .3.of. docut Cicero: Aut enim cum poſtulatur a calamitoſis & quouis

hominum genere:negetur:aut promiſſa ſeruetur:nec in fide publica(vt iuſſit Xenophõ ille ſocraticus)iuſta ne an iniuſta promiſſa ſint:quæraſ̃ poſteaq̃ promiſſa ſunt:ſed obſeruentur nulla interpretatione adhibita:pura:nuda:ſimplici & intacta. Ego tandem quid ſum poſtulatur⁹ vt clæmētia tua funct⁹ primũ remittas mihi quod peccaui. Fateor eni me commiſiſſe in tuam maieſtatem ſed per errorem:ita me adiuuent ſuperi. Non fuit culpa peccatũ ſed quia tanti eſt in maieſtatem peccare:ſed id improbas:& īdulgendum non eſſe ducis:producendum ſaltem non ſtabiliēdum conſilium iſtud velis. Da mihi fidem publicam: vt iſtuc & in omnem regionem tuam:ſingulaſque terras mihi liceat impune ire: pernoctari:morari:ſemelque ac pluries id exequi:ac inde libere diſcedere:nulla interueniente querimonia:cuiuſquãue inquietatione. Id ſi tua benignitate conſequar: in hanc rem publicas mihi decerne tuas litteras tuæ voluntatis ac fidei mihi teſtes:ſuperaque tua manſuetudine malignitatem erroris mei : quod cũ te orem vnice princeps clariſſime : tum ſpero mihi non negaturũ. Ex Mediolano pridie Nonas Aprilis. Xenophon.

Synonyma publicæ fidei precatiua.

Rogo mihi des fidem publicam.
Poſco abs te publicæ fidei litteras.
Inſta cum principe pro fide publica.
Saluum conductum(quem vulgo dicunt)abs te poſco.
Da mihi:vt impune iſtuc eam ac redeam.
Fac vt ad vos mihi pateat liber & acceſſus & reditus.
Ne neges mihi fidem tuam o princeps.
Concede vt tutus ad vos veniam:redditurus pro arbitrio meo
Nihilo mihi magis es gratificaturus : q̃ ſi pro me publicam ab iſto ſenatu fidem exoraueris.
Ego te vnice obſecro:quæras ab iſto pp̃lo litteras publicę fidei
Vt aſylo tuo tutus iſtuc eam & regrediar:quæſo mi princeps.
Vt nullo impedimento inuoluar : ſi iſtuc iuero te oro mi conſul.
Præſta mi humaniſſime regule mihi veniendi tuas in vrbes redeundiq; quotiens voluero:liberam facultatem.
Concede per deum immortalem mi prætor :vt nulla ingruente vexatione iſtuc ire:indeq; quotiens mihi libuerit redire liceat
Da mihi te rogo maximopere:impune ad te ire facultatem.

Titulus.xlvi.

Hiſtoriæ narratiua familiaris.

Cum Belgæ conueniſſent cũ Germanis iјs:qui Rhenũ incolunt Belgæ

Lothorigi. poſteaq̃ illoꝝ dux Carolus bello Germanico perempt⁹ eſt: Lodouicus rex Gallorum adorſus eſt eos: ea ipe ductus vt omnẽ illũ occuparet potentatũ. Cauſas aũt inuenerat belli: qđ ad ſe diceret pertinere vniuerſam Galliam: cuius partẽ in Belgis dicebat ab Allobrogũ ducib⁹ Philippo patre: ac Carolo filio iampri-

Allobroges Burgũdi. dẽ potẽtiſſimis occupatã. Exiſtimabat aũt facile Germanos aut ſibi fauturos: aut aduerſarios nõ futuros: q pauloante ſocietatẽ aduerſus Allobrogẽ Carolũ tuebant̃. Itaq; & ob initã amicitiã: & ob odiũ vetus in Belgas principes: ducebat eos ſibi futuros auxilio potius q̃ detrimẽto. Fracti ſunt tñ iam ter: ac fugati cũ ſuo iãq; duce Belgæ (vt ita dixerim) tã diſſipati: vt eneruati dici poſſint. Hæc hiſtoriæ narratiua eſt ep̄ſ'a: q̃uis familiariter ac ſuccincte oĩa expreſſerim: & p tabellarij celeritatẽ voluerim ad te aliqt ex hiſtoria ſcribere. Bene vale. Ex Mediolano. Nonis Aprilis.

Hiſtoriæ narratiua familiariſſima.

Cum eſſẽt cõfecta repagula mœnia in liburnis a Venetis ad quadraginta fere paſſuum milia: incurſione turcorum improuiſa: & repentino quaſi torrente influente: diruta ſunt ea parte qua magis videbantur eſſe tuta & inconcuſſa. Turcorum autem ductu conuenere ex finitimis plurimi. Pannones: Seraphi: Epirotæ: alijq; vel qui fidem obnegaſſent chriſtianam perfidi: vel qui adhuc in fide verſati: nomineq; chriſtiano nihil habẽt cum noſtris commune. His mœnibus captis: inuadunt ſcænas militum noſtrorum: occupant omnia: cædunt: capiunt: in prædam omnia vertunt: populantur mox & vaſtant agros Teruiſum penes. Quid deinceps dubitandum ſit: quis ignorat: Nam futura æſtate metuitur hiſce partibus væhementius. Hiſtoriam habes: & eam quidem veriſſimam: vt res acta eſt. Bene vale. Ex Mediolano. viij. Idus Aprilis.

Hiſtoria. Hiſtoriæ narratiua grauis.

Cicero. pherecydes Creophilus. Hiſtoriæ deſcribendæ genus vtiliſſimum omnibus: & (vt Cicero inquit) ſpeculũ noſtræ vitæ: primus omniũ Phere. cydes ſyrius adinuenit: id quod plærię Hermodamanti aſcribunt Creophilo: qđ aſcribunt dixi: Immo dono dant. Fuit enim inuentũ vt omnibus iucundiſſimum: ita quidem væhementius neceſſariũ. Nam vt ex hiſtoria multa ſemper diſcimus: quæ prodeſſe plurimũ poſſint: ſic ſine huius lectione quos imitemur in actione vi-

Plato. tæ: vt plato dicit: nõ habem⁹. Aegyptij vero ſacerdotes iccirco dicunt deſpexiſſe græciæ illos ſapientes: quoniam per diluuia plurima carerẽt hiſtoria: nec quicq̃ hoc ſine poſſent ſapere. Ho-

merus autẽ ſcripſit Strabo eo præſtantiorem quod prim⁹ hiſto riæ modum etiam poematis dederit. Vident̃ in hiſtoria quotidi ani & priuati & publici variarum rerum multorumq́ apparatus Intelliguntur conſiliorũ diuerſitates: quæſitæ locoꝝ: & rerum & temporum opportunitates: vt in Xenophonte: Herodoto: Thu cydide: noſtriſq́: omnibus hæc ſingula poſſumus conſpicari di= ligenterq́ conſiderare. At vt epiſtola non nihil ex hiſtoria narra retur: primus eſt apud noſtros Tullius: apud græcos proſecu= tus Demoſthenes ille: non parum hoc ſcribendi genus noſtris hominibus attulit: dicit Aeſchines: quo ſuperiorum temporum noſtrorũq́ res geſtæ memoriæ mandarent̃ atq́ tenerent̃. Hinc ego ductus ſum aliquando ad perſcribendas etiam epiſtolis hi= ſtorias: quib⁹ & ingenij vim exercerem: & non nihil vtilitatis af= ferem illis: qui meas lecturi forent epiſtolas. Quod quidem ani= mi mei inſtitutũ: vt tecũ non negligam: ecce hiſtoriam noſtri tẽ= poris non vulgarem. Archimbaldus Gaſcon ſatis & ingenio a= cut⁹: & corpore fortis: & audacia perdit⁹: cũ inter Liguſtinos mł ta patraſſet fraudum genera: & arces dolo cœpiſſet: & more craſ ſatorum latrocinia commiſiſſet: tandem dimiſſo Saliceto caſtel lo: qđ ſocijs ſurripuerat: alteriq́ vendiderat vili pręcio: venit ad Tauriſcos: ibiq́ non pauca ſcelera (nec minima quidem) ſed & multa & atrociſſima ſecutus eſt. Non multo poſt capit̃ Pinnaro li & in carcerem intrudit̃: publicoq́ damnandus iudicio laqueo expectat̃ ſuſpendi. Videt neſcio quem: rogatq́ ad Lodouicum Sabbadiæ ducem illũ: hæc deferat: haud ſi moleſtã eſſe necem: quã multis maximiſq́ ſcelerib⁹ ſibi procuraſſet: at periniqua ſe mente ferre qđ pri⁹ ſuſpendat̃: q̃ ea duci ſignificet: quæ ad ei⁹ at tinent ſtat⁹ indemnitatem (cui ſi conſulebat) accerſiret ad ſe Ar= chimbaldum: a quo auditurus eſſet mirabilia. Miſit dux ille bo= nus atq́ credulus arquitenentes (quos Galli dicunt ſatellites) ſuos aliquot a quibus ille nefarius vinctus tutoq́ cuſtoditus in Sabbatiam væheret̃. Ita fit: catenis alligatus equo væhitur ſatis debili: ne quo curreret fugam: apturus. In Sabbatiam venit: Ad ducem ductus non prius ſe inquit prolaturum arcana: q̃ & du/ calis ſenatus totus interuenitret. Sciebat enim eſſe in eo ſenatu ex ijs aliquot: qui Gallorũ regis per id temporis Caroli partib⁹ fauerent: quem metuebat ille dux maximopere. Conuenere ſe/ natores: Quæritur quid dicere promiſerit: Tunc ſic ille Sinon: aut Sinone peior. Cum eſſem in pedemontio liber: nonnulliq́ pedites mecum agerent / Aloiſius bellares princeps Relianæ

Homer⁹ Strabo Hiſtorici plures.

Archimbaldus

Sinõ ij. æneī

atq; Centali: cui cauſa eſſet tutādi beneficij: quod ad eius filium deuoluebatur ſeruandæq; poſſeſſionis eccleſiaſticæ: me vocauit cum meis: qui ei vigiliç cuſtodieq; præeſſemus Hinc eſt mihi cū eo pricipe familiaritas maxia comparata: & iam tam aſſidua cō ſuetudo vt aperuerit nobis ſui pectoris ſecretiſſima. Is inquit Carolum regem iniuſtiſſimum eſſe in Lodouicum filium: & ea propter non multo poſt habiturum peſſime: in quem fierent in vniuerſa Francia maximi apparatus: q̄uis occulti ſummoq; cum ſilentio. Ad hæc autem ſentire principem Reliane Lodouici delphinis interceſſione cum Renato rege: Frāciſcoq; Sphortia Mediolani duce in diuidendo pedemōtio: vt pars Renato: pars Inſubrium duci traderetur: quorum mox auxilijs Lodouic⁹ in patrem regem niteretur. Earum autem pactionum litteras horum ſingulorum principum eſſe penes Aloiſium ipſum bellarem in eius pluteolo: quod ſe latere nō dixit: reſeraturumq; reliqua ad hanc rem pertinentia ipſi Carolo regi: ſi opus foret. Non audet dux Sabbatiæ (q̄uis huic non adhibeat fidē) vlterius in hūc progredi: niſi prius huius omnia ſignificet regi. Rex autem his acceptis: per litteras iubet: ad ſe continuo delatorem libertate donatum honorifice mitti. Abſoluitur latro: ſerico auroq; ac equis donatur. Ad regem procedit: Idē replicat: additq; ſi ſibi ex Sabbatia fiat commiſſio: ea eſſe mente: vt principem Centalli capere audeat: captiuumq; in Franciā cum litteris illis pactionibuſq; apertiſſimis mittere. Impetrat quæ poſtulat: fingit ſimulat: diſſimulat. Centallum venit quaſi fugitiuus ex Sabbata: vbi hæc omnia clanculum trāſacta ſunt: in arcem admittitur: Immo quaſi nolens illo proficiſci: cogitur Centalli. Sed iam videbātur hinc illi illinc hi venire Archimbaldum viſuri: cum quibus ei amicitia foret contracta. Cum in arcem ventum eſt: hi ſocij qui ex improuiſo varijs ex locis veniſſe ſimulabant: cuſtodes opprimunt arcis is præfectus latronum filiū ante patris Aloiſij oculos interimit qui vellet rem tueri: patrem capit cum omni familia: arcem occupat munitiſſimam: atque ditiſſimum ſpoliat pricipem. Res cinium in prædam vertit. Nam aſſidue concurrebant illo multi ex finitimis vrbibus: quos ille fur admonuerat. Mittitur Aloiſius in Franciam: ſed ſine vllis accuſati ſceleris teſtibus. Occupat ipſe Centallum munitiſſimo loco ſitū. Quæritur in Gallia vir ille optimus Aloiſius: qui in regem attemptaſſet cum filio. Nihil inuenitur. Franciſcus Sphortia (qui hæc reſciuit omnia ducem Sabbatiæ commonefacit: ni continuo Aloiſium qui fœdere ſibi iū=

ctus erat in ſuum reſtituat principatum bellum ab Inſubria ſibi putet indictum Quid faciat bonus dux. Iam a Carolo Aloiſius liberatus eſt. Expeditio nullum ſortitur effectum. Irridet Archimbaldus & regem pariter & ducem: dicitq; ſibi eſſe quædam cum duce ſigna: quæ niſi videat non eſſe Centallum ſe redditurum. Tandem fit expeditio ducalis in Archimbaldum. Ille rei militaris peretiſſimus: & ad eam natus (vt deinde bello Centallico viſum eſt) ſe tuetur: Pedemontium expugnat: ex finitimiſq; quotidianam prædam refert: multoq; ditatur aſſidue magis. Militib⁹ ſuis gaſconibus inquã plurimis: qui conuenerant illo huius pro miſſionibus pellecti: nunc ſe cum Sabbatiæ perſuadebat ſentire duce: nunc cum Inſubribus. Tandem illo ventũ eſt: vt fraus fraude ſit intercepta. Nam ambroſinus longignana: qui tunc præerat propinquæ arcis eiuſdem prĩcipis cuſtodię: ſimulata ſocietate: diſſimulataq; cauſa: cœpit Archimbaldum ei confidentem Arx ſe continuo dedidit: capto præſide: Inuentum eſt eum nebulonem tam ſagaciter callideq; geſſiſſe: vt paulopoſt futur⁹ eſſet Pedemontis princeps: cum eorum fere omnium cõſenſu: qui in Tauriſcarum vrbium arcibus prę erant: quoq; onmnis in ſententiam diuerſis traxerat promiſſionib⁹. Cęſus & ſectus eſt Archĩbaldus: laqueo ſuſpenſi: centum ac triginta gaſcones corpora fere gigantea. Reliqua non proſequor. & q̃ aſtute geſſerit: & q̃ videretur religioſus: q̃ munificus: quos habebat fautores: quos miniſtros: hic vt intelligas: q̃ ſoleat fortũa multos illudere: ac vt Boetius inquit: ſumma infimis: infima ſummis admiſcere: vtq; a ſceleratis ſemper cauẽdum ſit: qui nil niſi ſcelera machinantur: nil aliud curant. Vale Ex Mediolano: vij. Idus Apri^lis. Boetius.

Synonyma hiſtorię narratiua.

Hic bellum apparatur in turcos

Fiunt in hac vrbe noui pacis appapatus.

Nihil eſt quod dubitemus: huc ſummum pontificẽ eſſe venturũ

Concilium in imperatorem inſtituitur.

Hiſtoriam tibi dico veram eſſe.

Q; velificatus Athos ſit: nõ admiror: cum apud Benacum ſint etiam montes velificati.

Gigantes & nanos vidimus diebus hiſce.

Nuper ego apud Venetos piſcem vidi homĩs habentẽ imaginẽ

Cum eſſem Ferrariæ: hominem vidi bicipitem: vt Geryonem non obſtupeam.

Inter hiſtorias & hoc habe: quod aſinus bipes hic creber eſt.

ſabulam exiſtimas vaccas inuenire bipedes:hiſtoria eſt.
In hac vrbe ſunt galli pondo decem ſinguli referentes.
Volant hic equi:ſi velis hiſtoriam ab me grecā accipere.
Nihil eſt verius hac hiſtoria: qđ nihil hac hyeme rigoris viſū eſt
Hic ferunt turcorum regem eſſe interemptum.
Non vno ex locovera hoc hiſtoria dicitur:cōſtituiſſe Mahometum regem turcorum chriſtianorum ſequi fidem.

Titulus.xlvij.

Fabulæ expoſitiua familiaris.

Vt rideas fabulam accipe:cum ſuperiore nocte apud cauponem peregrinus agerem:nam redibam ex Galliæ diui Antonij templo:inter ſomniandum ſum viſus cum cauponis agere coniuge cauponemq́ʒ non multo poſt inſidias mihi parantem væhementius expaueſcere. Hoc metu perterrit⁹ expergiſcor:& adhuc ſōnij attonitus inuolucro :exagitatuſq́ʒ formidine : vel vigilans in cauponem enſe feror ac furore.Is vir bonus :ſatiſq́ʒ ad preliādū debilis : fugiens delituit in ſtabulo : nec diem illum vniuerſum: noctemq́ʒ ſequentem apparuit.Ego ratusverum eſſe:quod ſomniaram:vxorem eius ſubegi conſentientem inq̄:nec vſq̄ renitentem.In diliculo mox diſceſſurus ab ea donatus ſum tanto nummorum pondere:vt hucuſq́ʒ peruenerim. Vide quid caſus inuenerit:quod arx vix ſibi comparaſſet. Nunc & Iouem in cygnum cū Danae verſum eſſe credo:cū hoc longe ſit admirabilius.Nūc cū Europa in taurum. Interea redeunti mihi domum occurrit in propinqua ſylua ſerpens.Exiſtimaui fatum eſſe(quod vulg⁹ mulierum appellat)ibiq́ʒ p̄noctaui aſſidue cogitans quid hoc eſſet: qđ continue me ſpectās a me nō diſcederet.Sed vbi iam tenebre texiſſent omnia:nec videre quidē amplius poſſem nec videri cęcus viā perrepto in ſerpentem certe conuerſus. Quo me verterē neſciebam.Tandē luna mihi lumē obſecūdauit:& domū.vj.regreſſus riſi ſæpius hoc monſtrum. Vale. Ex Mediolanoęcri Idus Aprilis.

Iuppiter in cygnū Iuppiter in taurū.

Fabulæ expoſitiua familiariſſima.

Nihil hic maiore vēditur p̄cio q̄ fabula.Icc irco vt rē tibi hac ętate dignā mittā:ſic habe. Antonius abfuit hinc menſes duos de viginti.Cū rediit:continuo cōiunx peperit puerū ſcitū:illiuſq́ʒ ſimillimū ſacerdotis quem nō ignoras.Perſuaſit viro Martia filiū eſſe ſuū:ſeq́ʒ compreſſiſſe dolores : donec is redit & exemploq́ʒ firmauit Alcmenes:cuius compreſſus eſt Iunonis cura partus: donec. Sthenelo naſceretur Euryſtheus : qui poſſet Herculi

imperare.Credulus vir conditionē admiſit:ſimileq́ʒ illorū ſe fieri poſſe ratus:fabulam non accepit aliter q̄ diceretur.Vide q̄ pulchre deceant mulieres litteræ q̄q́ʒ plura illæ viderint:q̄ plini⁹ reliquiq́ʒ ſcriptores :quod ad duos de vinginti menſes naſci poſſe doceant partum.Nuc filius educatur Antōio quē ſibi ſimillimū aſſeuerat:ego eam ſimilitudinem video : qua gallus aſini ſimilibus eſt.Vale.Ex Mediolano.v.Idus Aprilis.

Fabule expoſitiua grauis.

Nihil eſt tam iucundū inquit pindar⁹:q̄ fabulam ſcribere. Sed fabularum duo eſſe genera:docēt veteres : tā græci q̄ latini.Aliud de ijs reb⁹:quæ neq́ʒ vere forēt:nec veri ſimiles(vt eſt illud Plauti:in faciē verſus Amphitrionis Iuppiter :aut quod homo in bæluam verteret :cum Ariſtotele teſte impoſſibile ſit vnam ſpeciē in altam commutari)Aliud de ijs quæ ſi non vere :tamen veriſimiles:quæ fieri potuerunt: vt Terentius amare Pamphilū oſtendit:& Glyceriū ei tandem connubio iungi.Horū vtrunq́ʒ probat Symonides:quorum alterū delectet:alterum iuuet:At Horatius inquit:Aut prodeſſe volunt:aut delectare poetę : aut ſimul & iucunda:& idonea dicereverba.At poetas id admonet.Quis in obſeruandū:Idemtidē puto. Nunc ergo ſcribendæ fabulę ratio venit in mentem:vt non deſinas ridere:quā quidem : rem poſteaq̄ fabulam dixeris(quod potuerit fieri)factū exiſtimato: & fabuloſam hiſtoriam appellabis.Salualalius quidem Picęus(vel vt alij dicunt ex flamminia)cū pertrāſiret nemus quoddam :ad quaſdā nuptias profecturus:vir vel mediocris:vel infimo loco nat⁹:ſerpentem vidit:non miræ longitudinis ſed album miri candoris : corpulentum:& ſe ita reſpicientem:vt dicerevideretur ad te ibā hic callem occuppabat nemoris:per quē iturus erat Salualalius Secedit is ex calle:rectaq́ʒ quo conſtituerat:procedit via: ſed reſpiciens aliquando poſt humeros relictum ſerpentem quaſi ſecum verba facere volentem : intuetur ſtare loco:ſeq́ʒ firma ſpectare acie . Horruit primum Salualali⁹ monſtri magnitudinem: mox rem oblitus : in locumq́ʒ perueniens deſtinatum choris ſaltibuſq́ʒ vacauit.Noctu rediēs domū cum ſocijs:nihil vidit.Poſtridie in eaſdem vēturus nuptias:eadem iter fecit via:eundem ſerpentem intuetur:ſed tanq̄ blandientem ac adulātem:toto ſe corpore contorquere ad Salualaliūq́ʒ alludere : ac eundem occupare callem:tandemq́ʒ cum iam ſecurior ille monſtrum ſpectaret cœpiſſetq́ʒ quærere:vellet ne quicq̄ dicere.Si me ſequeris:reſpōdit ſerpens ditiſſimus fies ac maximus vir:nec dubita:me ſeq̄re.

Pindar⁹.
Duo fabularū genera
Plautus.
Ariſtoteles.
Terenti⁹
Symonides
Horati⁹

Factus ille audatior monſtrum ſequitur: in quandam deuenit fo
ueam vbi ſeſe abdebat ſerpens: qui humana voce deſcende ait:
nec quicq̄(dicebat)timeas. Inuēta eſt(vt affirmauit)ſcala ęrea per
quā vbi deſcendit: ſpacium comperit latius: vbi regina quedam
eſſe videretur egregiæ formę multiſq; lapillis ac vnionibus or-
natiſſima: cum virginibus plurimis eodem ornatu ſpecieq; cla-
riſſimis. Admiratus hic omuncio quid hoc eſſet: ad eum ſic regi
na: Ego tibi ſum vniuerſę Italię datura imperium: vade modo: &
milites tibi compara infinitos, quibus (quod ab me ſortieris) ęs
maximum daturus ſis: qui ſi tibi non crediderint: ad nos eant te
duce: voluit: vt inquit: reginā oſculari. Subriſit illa: ſudiditq;: Nō
dum hoc tibi cōſequi licet: ſed cōmodior occaſio dabitur. Inde
hic abiens rem amicis aliquot apperuit: dixitq; quę vidiſſet: ſin-
gula. Sequūtur hunc ex ijs multi: qui ad omne facinus aptiſſimi
vocabantur milites: Incipiunt pecuniam in hanc nouitatem im-
partiri: diuiteſq; pleriq; mercatores: ac ex finitimis locis hone-
ſtiſſiſſimi ciues. Iam coaleſcūt hi milites fiuntq; plurimi. Iā equi-
tum peditumq; ductores non pauci huic hęrent monſtro: fiūtq;
manipli centuriones: decuriones / ex omniq; militum prefecto-
genere atq; nominibus ad numerum vſq; ſex milium / vt omnes
terrę Salualalij nomen viderentur reſonare / in lociſq; cauerno-
ſis echo reboare. Interdum ex his primates ab eo in foueam il-
lam ducebantur / ac ęque reginam illam / quam fatam vocabant /
cum ſuis nymphis omniq; ornatu videbant: ac ipſe Salualalius
hoc etiam plus: quod videbantur ab ea regina illis oſtendi the-
ſauri apertiſſimi ac maximi: quos dicebat ſe paraſſe: vt ſuo tra-
deret Salualalio. Sed nō an̄ octauū Kalēdas quītilis tradere poſſe
ſic eſſe ab ijs ordinatum: qui haberent in his rebus arbitriū. Hoc
eos decepit multomagis qui & ſequebantur hunc imperatorem
& ei pecunias dabant mutuas: quod viderent theſauros: a tātaq;
regina audirent ei peluæ paratos. Sed vide: q̄ ſoleat in ijs eſſe di-
ligens dæmon: quę ad homines fallendos attineant. Cū iam per
vniuerſam Italiam audiretur hæc fabula: in vulgoq; increbuiſ-
ſet hæc vox: apud ſapientes minime crederetur: res tamē ſic ha
beret: ecce diui Ioānis diem feſtū: quo pecunia ex theſauris am-
pliſſimis illis debebat in militiam diuidi: ex qua omnes erant fu
turi q̄ditiſſimi. Conueniūt illi cum Salualalio cuncti lætiſſimi: ad
expugnādoſq; ſuperos imperatoris iuſſu paratiſſimi: modo illi
viſum foret: vt gygantes feciſſe fabulantur. Credulus quoq; Sal
ualalius non latet: exultat: ac geſtit eo die ſe ratus fundamēta ia-

Gigātes ſupos.

cere ad imperium orbis occupādum :neq; regina inuenitur :nec ſouea quidem illa.Hiatuſq; quo ad eam iter erat :inquiritur diligentius.Eo min⁹ inuenitur :nec inveſtigari quidem ſignum poteſt:vbi nā eſſet ille aditus . Cum re perdita ſpeq; ſublata :ſimul eis loci aufertur memoria.Illuſos ſe vidēt illi . Sunt qui velint in eum impetu facto cædere in fruſtra prænaricatorem : quem putant ac præſtigijs viſum.Sunt qui eos frænant:nec deſperandum eſſe ducant:quibus minime fieret veriſimile:hunc nō interim latuiſſe:ſi quid errasſet:aut nō in præſtygijs perſeruaſſe: ſi hoc ſciret.Sunt qui ſimplicitatem illius minus eſſe gaſtigandam cenſeant:q̄ cæterorum:præ cupiditate væſaniam : qui adhibeant illuſionibus infernis fidem. Ex ijs fuit qui dæmonis quandam retulerit hoc modo fabulam.Malus dæmō o ſocijs plurimum ſolet fauere viris illoſque ſæpenumero pro ſua virili obſequi. Quod cum ſæpe alias:tum ſemel vbi miles quidam in tantam eſſetvitę aſperitatem redactus :vt neq; per ſenectutē militaret:nec ei quicquam ad viuendum neceſſarium ſubminiſtraretur . Is enim cum ſe in templa ſępe colligeret: ſuperoſque rogaret ſuę mendicitatis miſererentur:tandem cuiuſdam vetulę admonitus perſuaſuſq; conſilio:candelas aliquot reliqua ſibi emit pecuniola: & accēſas inter ſanctorum ſimulachra in eccleſia depicta diuidit:cuiq; ſuam affigens atque orans ſuę calamitati ſubuenirent. Cum vna ſupereſſet candela:diuiſis cęteris : videretq; demonē catena deuinctum:alligatumq; diui Leonardi ad pedes : En īquit & tibi cęreum votum vt non boni me ſolum adiuuēt cęlites:ſed & tu ſtygię dęmon.Is noctu viſus eſt ei militi ſic loqui :q̄ te plus ego adiuuem:q̄ ij cuncti:quibustot candelas accēdiſti:accipe:hic eſt maximus theſaurus:eum tibi dedico :hiſque dictis euanuit . Miles quid faciat neſcit aliud. Erat enim vt videbatur in prato mundiſſimo:lapidem nō habebat:nec quicq̄ quo ſignaret locum : mane vt ſtatuerat redditurus:deponit illi ſuperfluum onus:credens id mane ſe in prato innuenturum;inuenit quidem:ſed in lecto. Hęc ſolet dęmon Hæc debemus prouidere.Cœperūt omnes ridere: locūq; dederunt fabulę vale. Ex Mediolano quarto Idus April.

Dæmonis fabula.

Synonyma fabulę expoſitiua.

Hic mulier eſt vir effecta.
Nihil eſt in hac vrbe communis auro.
Aſina peperit agnum.
In vnam canem tres ſimię ſunt conuerſę.

Iuppiter in formam eſt fauni verſus.
Lupi ſolēt hic diligēter de ijs rebus prædicare :quæ reddere ſolent omnes ꝗ religioſiſſimos.
Vinum ſcio vbi ex aqua conficiatur.
In Apulia ſunt boues aurum effodientes.
In Lydia dicunt formicas aurum effodere ſolitas.
Mulier formoſiſſima in fœminam euaſit pudiciſſimam.
Seneca cui nihil odioſius in vita ꝗ mulier vxorē duxit.
Pueri duo facti ſunt Inſubria continuo ſenes.
Si ſenem tyrannum audis:admirare.
Mimi ac ſcurræ deliguntur Athenis in præſides.
A Romana dignitate illa quidē cēſoria plurimum abeſt grauitas
Ab inſulſis abeſt omnis leuitas.
Nihil eſt in viro doctiſſimo præſtabilius ignorantia.
Qui diſertiſſimus dicitur Cicero;non audet ſe cum eloquentia cuiuſdam conferre noui.
Agnus apud nos candidiſſimus:qui per vrbem vagabatur:in tigrem maculatiſſimam verſus eſt:
Amicus ille qui dormitat:oua ſolet in lecto ſæpe conficere.

Titulus.xlviiij.

Exemplificatiua familiaris.

Symonides — Poeſim inquit Symonides picturā loquentē eſſe:at picturā tacētem eſſe poeſim. Vt enim debet poeta deſcribere proprietates rerū atq; perſonarū:nihilq; prætermittere : qđ ad vllius artis expreſſionem pertineat ; ſic pictor nihil negligere qđ ad rem perſonamve perfecte cognoſcendam perquiratur. Niſi cæſarem tibi declararit hiſtoria:niſi poſt hiſtoriam ex hui⁹ re geſta:phyſionomia expreſſerit : qualē oporteat eſſe:q hac aut illa eſt natura: quiq; hoc aut illo verſatur in actu : niſi affectus naturales multa rerū experientia cognoſcis:niſi ea proſequi poſſis vel carmine: vel pictura ſingulari:quibus non recitari:aut pingi videatur: ſed homo videri viuus in agenda re perſiſtere:certe neq; poeticam bene tenes qui ſcribis:nec picturam qui coloribus inuolueris ac tabellis. Vt enim Homerus æque recitat Vlyxis naufragiū:præcedentibus tempeſtatis ſignis ſuccedentibuſq; procellis. Identidē q; factitauit aqud noſtros Virgilius at armatos ferociores inducit: cenſores grauiores:conſules æquiores:turbam loquaciorē: ſic & reliqui debent imitari:qui poetarum nomine velint appellari:illudq; ſequantur:quod apud Horatium eſt : Vos exemplaria græca nocturna verſate manu : verſate diurna . Id niſi facturi ſint:animaduertāt Horatianum rurſus illđ:Cur ego ſi nequeo

(Margin notes: Homer⁹ — Virgilius — Horati⁹ in arte)

ignoro〈qꝫ〉:poeta ſaluator. Vt enim recte dictum eſt ac ſapienter: Quam quiſqꝫ norit artem: in ea ſe exerceat. Sic Alexandri Macedonis exemplo non loquamur potius perſice: q̄ ſi loqui neſciamus: linguem illam profitentes: auditoribus ridiculo ſim⁹ Aliorum exemplis viuendū eſt. Vale. Ex Mediolano. iii. idus Aprilis Alexander magnus

Exemplificatiua familiariſſima

Vt ignoſcam Antonio: rogas Exemplo cæſaris: oīa memoria teneo: præter iniurias: & vt Hageſilaum imiter dicentem cum trāſactum eſt crimen: iniuriam e mente deleui: ſic ego vix poſtridie illius diei: quo decoctor Antonius me fraudauit. ſum illius doli memor effectus. Itaqꝫ ne parcam: opus eſt: iamdudum peperci: ac ex animo aboleui fraudem illam. Sed vt in gratiam redeat: non poſtulas: quod ego admiſſurus ſum nunq̄ negligentiæ genus: vt aliis fallendi ſimilem prębeam occaſionem. Eum igitur non ſum odiis inſectaturus: neqꝫ ab aliis principibus quæſitur⁹ vt plectatur: ſed neqꝫ mea gratia ei peccandi aliiſqꝫ daturus exēplū. Vale. Ex Mediolano pridie idus Aprilis. Iulius cæſar Hageſilaus

Exemplificatiua grauis

Non iniuria placent Horonti Artaxerxis genero (quicquid perſuadere quiſq̄ vellet) exemplis firmandum eſſe: vt quas perueſtigia proficiſcētibus præcedentium paratior eſſet ac tutior gradiendi cōmoditas. Nam & Hageſilaus ille rex ſapientiſſimus dicere ſolitus perhibetur non eſſe quicq̄ ulli dubitandum: qui bonorum hæreret exemplis. Xenopbon autem ait: Etſi ſolent qui errare cupiunt exemplis maiorum: qui mali fuerit gaudere: quaſi cæci a cæcis ducti. At bonorum exemplo viuentes ſecuriſſimam habent viuenli rationem. Ambroſius igitur ille non doct⁹ minus q̄ ſapiens. magnam parari ſapientiæ putauit viam: cum exemplis bonorum alliceremur ad bene beateque viuendum. Nam & Ariſtoteles illos refert Heſiodi verſus. Optimus ille q̄dem qui per ſeſe omnia noſcens præceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit. Ille bonus rurſum: monitus qui recta peregit Sunt ei vt Demoſthenes dicebat: doctorum hominum admonitiones: exempla pariter quæ poſſimus imitari: cum nihil in medium afferant docti: quod aut non ſit in recta fundatum ratione: aut inde ſumptum atqꝫ tranſlatum: quod latam habeat auctoritatem: atque plenam. Cum igitur ad te frater optime ſcripturus nō nihil eſſem de iis quæ te cenſerem oportere ſequi: ſum arbitratus exemplificatiuo vtendum ſcribendi genere: non qui te aut doceam: aut horter: aut admoneam ſuadendo: ſed qui ante oculos ex Horōtes Hageſilaus Xenophon Ambroſius Ariſtoteles Veſuſ Heſiodi. Demoſthenes

Alexan- empla ponam:p quæ poſſis & in luce ābulare:& in tenebris. Ale-
der. xāder admodum adoleſcēs nihil vel dicere ſolebat vel facere qđ
a patre Philippo illo ſapientiſſimo vel dictum accepiſſet vel fa-
ctum:dicēs turpe videri ſibi:qui non didiciſſet litteras:eum do-
Alcibia- ctrinam ꝓfiteri publiceue docere. At Alchibiades vir deniqꝫ mo-
des. deſtiſſimus proponebat inter ſenes quæſtionem:de qua illos au-
diret commentari:bene ne:an male: hoc aut illud ab adoleſcen-
te neſcio quo dictum eſſe vel factum: nec nomen cuiuſq̄ aperie-
bat:nec ſuam dubitationē dicebat eſſe illam: ſed vt intelligeret
Cirꝰ iunior illorum ſententiis quid ſibi deligendum foret. Cyrus aūt iunior
præmia conſiliorum grauiſſimis proponebat ſenatoribus:reſqꝫ
arduas quaſi ad ſe non pertinentes in medium afferebat:vt pri-
us eorū audiret ſententias q̄ opus aliquod aggrederetur in con-
ſulto cupio te igitur:qui mihi tū ob egregiam indolem chariſſi-
mus es tum pro ea quæ mihi cum patre tuo pricipe optimo fuit
beniuolentia. vt Alexādrum:Alcibiadem ac Cyrum imitatꝰ vel
nihil dicas vel facias in quo non adhibueris quoquo vel exqui-
ſitiſſimo cōmentationis conſultationis ve modo rerum o
experitiſſimos:aut earum ſaltē de quibus dubitas: viros & do-
ctos:& graues:a quibus vel idem factum aut dictum accipias:vt
per eorum proficiſcare veſtigia:aut faciendum dicendum ve ti-
bi perſuadeatur quibus vti queas dulcibus. Nā cum multa ſint
adoleſcentibus per vitæ nouitatē difficilia:cū id quidē difficilli-
mū:ea in ætate:quæ perfectæ rationis eſt incapax: nō errare: nō
Ariſtoteles labi:non decipi. q̄obrem Ariſtoteles moralis diſciplinæ idone-
os auditores noluit eſſe iuuenes. q̄uis ſubdat non differre:iuue-
Symonides nem eſſe ætate aut moribus: Et Symonides dicat:multos ætate
conſenuiſſe qui ſunt moribus admodum adoleſcētes. Es tu qui-
dem ea ingenii præſtantia: vt ſi quis ex ſe quicq̄ egregii diſcere
poteſt & addiſcere:in te hoc debuerit iam radices propagaſſe.
At ea eſt viuendi rectę parata difficultas:vt vix etiam adhibitis
aliorum & exemplis/ & inſtitutis/ & conſiliis: qui plurimum ſa-
piant:ſatis nobis ſit adiumenti ad eam laudem capeſſendam cō-
paratum:qua debemus ornati & videri ſimul & eſſe: vt immor-
talem gloriam conſequamur. Quot cū habuerint parentes exi-
Ciceroīs mios:præceptores clariſſimos:auxilia naturæ ac artificii pluri-
& Hortē ma in peſſimos nebulones euaſerunt? Præter Ciceronis ac Hor-
ſii filii tenſii degeneres illos filios:circunſpice hodie multos ex omni
degene hominū præſtantium genere:quibus nihil facilius communius
res atqꝫ paratius eſt:q̄ a ſuis degenerare maioribus ſeſeqꝫ inimiciſſi-

mos veræ laudis exhibere. Tu igitur nõ adeo vel acumini tuo cõfidas: vel vllo ingenuæ tuæ naturæ muneri: niſi omnino ſenum aſſiſtas lateribus: ab illis qui plurima ſolſtitia cum virtute viderint aliquid diſcas: ab eorũ fontibus: q viuaciſſima ſũt ſapientia: non nihil nutrimenti haurias. Habebis ante oculos ſemp exempla: quibus nixus cadere nequeas: quorũ ductu p rectã viam gradiaris, quorũq3 memoria ſemp tibi iucũdior ſit. Eo pacto & tibi tua vita ſuauior fiet: & me ſumma quadam afficies ppetuaq3 voluptate. Vale. Ex Mediolano idibus Aprilis

Synonyma exemplificatiua

Cæſarẽ tibi exemplũ adhibe imperando.
Ciceronis in eloquentia exemplo nitere.
Fac vt in republica gubernãda Periclẽ adhibeas exẽplũ tibi.
Neminẽ in pœmatis vtiliorem tibi Naſone ducito ac Marone.
Veli in oĩ tuę prętura adminiſtratiõe: ſoli⁹ Catõis hęreas exẽplo
Noli ab eorum exemplis aberrare: qui fuere modeſtiſſimi
Nũq̃ fallet tua te ſenteñia: ſi cõſtãtia tibi Fabriciũ pponẽs exẽplũ
[illegible] im cõtinẽtiſſim⁹: ſi exẽplo tuæ modeſtię Scipionẽ pficies
[illegible] non deſerueris Vlyxis exẽplum: fies aſſidue prudentior
Si vis fortiſſimus fieri: æacide aut Hectoris exemplis fias
ſcęuolã q̃re ducẽ tuarũ cogitationũ ſi vis iuriſcõſultiſſim⁹ apellari
Veſtigiis hęre Curii: ſi cupis innocẽtiſſim⁹ icorruptiſſimuſq3 dici
Nihil erit tibi cũ vulgo cõmune: ſi ſapientum exẽplis ad perfectam contendes virtutem

Titulus. xlix

Contentioſa familiaris

Quid te mihi præfers o bælua? Quæ tibi mecũ eſſe poteſt ęqua contentio? Generis ve? At tu homo nou⁹ (vt illo in Ciceronem vtar Saluſtii) qui rupto robore natus: vt Naſo inquit: nullos habuiſſe parentes cẽſendus es. Virtutis? At quæ virtus eſt tua? Qd cyathos ampliſſimos: calcis illius naſorum quattuor beneuẽtani ſutoris, nomẽ habentis de quo loquitur iuuenalis ſimillimos vno hauſtu ſorbilare delectaris: in tuaq3 nefandiſſima libidine tua eſt militaris cõpoſita gloria? At mihi & generis eſt nobilitas tãta: vt erubeſcere me iure poſſis: vbi hæc tibi ſit cõtẽtio: & tñ i virtute laudis vt me venerari nõ neq̃as. Cõtẽdis mecũ de diuitiis? Tibi nõ cedo. Nãq̃ habes plures nũmos: plura pdia: plures fũdos: nõ es me tñ ditior. cui⁹ cupiditas nulla ẽ niſi cũ virtute. At tu cupis & inflammaris tuis pturbatiõibus: nec tñ habere poteſ terũ: vt nõ multo auidi⁹ optes pluria. Ego paupertate mea cõtẽtiſſi

Saluſtiuſ in iuectiua Ouidius. i. metamor. Iuuenal.

Terẽtius mus nihil appeto:& vt illo vtar Terentii: cum nihil gabeam:nil mihi deeſt.Ex Mediolano.xix.kalendas Maias.

Contentioſa familiariſſima:

Etſi me ſũmope pudere decet:tecũ cõtentionẽ vllã agere:ne tua te tñ in phreneſi iactes:ad ea contẽtioſe rñdebo:quæ vnis ad me ſcripſiſti litteris.Nõ audere me boas affirmare bene dictũ te coram:Monimẽta:cũ monumẽta dicẽda putes potius.Peto abs te vir ignare litterarũ:moneo qđ præteritũ habeat? Monui dicẽs Quod ſupinũ:monitũ:Vnde hoc monimen:& monimẽtum formatur? A ſupino.Cur igitur i mutabitur in u?Cur in nocumento? Veteri quadem conſuetudine:vel alia formatione q̃ ea quæ ad monimentum attinet:quæ poteſt & debet monitio dici mentis:ita vt nõ monimen:ſed monitio:quaſi a p̃teriti adiectiuo dicatur:& mente deriuetnr:& cũ ipſis componatur.Inde apud Virgiliũ monimentũ & pignus amoris:Et rurſus ab Andromache manuũ tibi ſint monimenta mearum:hoc eſt memoriæ.Sic ego reor.Vale.Ex Mediolano.xviii.kalendas Maias.

monimẽta Monumenta.

vir... ene

Contentioſa grauis

Contendere mecum audes:q̃obrem non eſt mihi negligend... de quo contendas.Non eñ ſumus pduelles:ne c pduellionatus crimen nobis eſt propoſitrm cõtentionis genus.De bonis litteris non de vulneribus:nõ de probris eſt cõtẽtio:quã adeo probauere athenienſium ſcolæ:vt vel præmia contendentibus cumulatiſſima propoſuerint.Romani vero declamatores habebẽt aſſiduos qui & muneribus ſimul & honoribus donabãtur nõ paruis:Si recte tñ Quintiliani:tum Senecę declamatiões intuemur tum paulo prius quæ a Cicerone de multis equalibus ſuis:& de ſeipſo ſcripta ſunt.Cõmentationes aũt a platone: & a Cicerone in ſuis dialogis introductæ:quid ſignificant aliud:q̃ cõtẽtionis genera honeſtiſſima:quibus verum fiebat dilucidius?Quid hodie diui Thomæ ſcotiq; diſcrepationes quibus cum hæc aut illa quæſiuerint:& ſibi reſpondent:& in ſuas arguunt ſententias:vt ea contentione quicquid intricatum erat:magis enodet?Hoc dicendi ſcribendiq; genus cũ vtiliſſimum eſſe probat:Thomas tũ doctis hominibus iucundiſſimum:quo excitantur:vt Lactanti⁹ ait:ſi qua ſunt ingenia ſemiſopita:mentes refouentur:doctrinæ inter ſe coſiliantur.Quanto nos eminus clarorum familiaritates virorum precio? At contentionib⁹ hiſce cum eruditiſſimis ac clariſſimis aſſidue verſemur:opus eſt:quorum auctoritate ac gratia fræti poſſimus eorum ſuperare verſutias callidiſſimaſq;

athenienſiũ ſcolæ declamatores.

Cõmẽtationes.

Thomas Scotus.

lactãtius

rõnes:qui nobiſcum certamen ineunt. Faciunt em̃ eiuſmodi ve
xatiões pſpicatores intellectus:vt docet Seneca. Itaqꝫ tibi contē
dere parato vicem apparo. vt contentione communi:aliquid ad
poſteros a nobis pfectiꝰ deferatur. Quod dixi de polypodis ac
telluris coloribꝰ:improbas. At Ariſtoteles probat:vt ignis ter
rã in ſuũ & naturalem reformãs colorē:albã efficiat:vt calcē ex
lapidibꝰ factã. At Baſilius te docet:cũ nullus ſit natiuꝰ polypo
di color:eũ ſibi ex adiacēte q̃ri ſolo:vt aliꝰ albꝰ ſit:aliꝰ croceꝰ aliꝰ
mixtꝰ. q̃ vero iertiã nõ debere aſpirari affirmaui:tu aſpirari: vis
cõtẽdis rurſꝰ iſipide cũ ſi ars nõ aſpirat vt vł tu nõ negas:iers ab
in & arte dictus:quaſi cui nulla ſit ars:aſpirari nõ poſſit: Ars em̃
philoſophoꝝ teſtimonio eſt collectio præceptorũ ad vnum fi=
nem tendentium. Adducis neſcio quorũ nomina imperitorum
quos obſcuriſſimo loco ereptos ĩ medium affers teſtes tibi tuæ
ruditatis. Tũc tibi credo minꝰ. Dicis & viros hodie doctiſſimos
iiſdem ſcribere characteribus. Si id faciunt:in hoc ſũt ignariſſi=
mi litterarũ q̃q̃ ego pro te dictum hoc puto:qui te doctiſſimũ eſ
ſe ..lis. Sumo verbũ gemino vis m ſcribendum eſſe:vt & ſũmũ
q.od inde dictũ autumas:quia nemo ſumere dicat niſi quod ſũ
mum eſt. Vnde ſomnies hæc non intelligo:cum aliud ſummum
ſit:aliud ſumo:illudqꝫ duplici m ſcribatur quaſi a ſumo & manu
hoc ē:quod tota ſumitur:& vix ſtrigitur manu. Sumo vero vni=
co m ſcribi debeat:quiqꝫ ſecus cenſent:ii falluntur vehementius
Contendis rurſus nõ decere principem magnificũ appellari At
Cicero ab Ariſtotele vſurpauit in ędificãdi ſplēdore:domeſtico
qꝫ apparatu magnificētiã eē ſitã. Qui ergo ædificiis digniſſimis
omni laude delectatur viuitqꝫ pereleganter:is magnificus dicē=
dus eſt. At elegantiam vis in vocabulorũ præſtantia. non in do=
meſtico vel apparatu:vel cultu:vel corporis eē ornatu dicēdam
afferſqꝫ teſtimonium. & Laurētii valle:qui elegantias ædidit: &
Auguſtinum ſenenſem qui elegantiolas effecit: Ego neqꝫ illum
nec illum duces ſequor ſed veteres quos Aulus Gellius probat
Elegãtiam in victu veſtituqꝫ ſitam voluiſſe. Vis tabellas pro p=
uis accipi tabulis: quibus ædificatur:adduciſqꝫ Tibullum teſtē
qui tabellam voluit tabulam eſſe:in qua depictum aliquid in tē
plo foret. Ego tabulas alias ædificiis debitas puto:ex quibus
tabellæ non prodeant:alias quibus ſcribatur pingatur ve quic=
q̃:ex quibus tabellæ prodire poſſint:vt etiam ius ciuile ad con=
tra tabulas titulum habet:& tabulæ teſtamentariæ dicuntur:&
inde tabellæ:ac inde tabellarii; quonian in tabulis ſcribatur cę

Ariſtoteles.
Baſilius.
Iners.
Ars.
Sumo.
Magnificus.
Cicero.
Elegãtia
laurētius
augꝰ datꝰ
Aulꝰ Gellius.
Tabella.
Tibullꝰ.

ratis:vt te dicis non latere. Qđ nõ arbitreris recte dici Martiale ſexto caſu vt iuuenale:non contendas in ſententia volo perma neas;vt apertiſſimus videare fatuus:qui neq; quod ipſe:nec qđ alii f āt:itelligas cætera tua eiuſmodi ſunt obiecta in meas lias vt per ſe ſileant erubeſcantq; meam faciem. Silevit ineptiſſime

Alexander. Contentio ſit tibi poſthac cum tui ſimillimis:mihi vero non niſi cum doctiſſimis atq; diſertiſſimis:vt & Alexander inuitatus ad ſtadium ſibi reſpondit:non niſi cum regibus currendum No luiſti hac contentione(vt opinor)nõ nihil tibi gloriæ comparare. Eſto:ſis quod optabas aſſecutus. Nihil ex tua pereat opinione. Reſipiſce. Ex Mediolano decimoſeptimo kalendas Maias.

Synonyma contentioſa.

Non habet hæc res:vt tu ſentis.
Hector nequit(vt ſentis)inaſpiratum ſcribi.
Male opinaris de bubalo:quod ſit genus elephantis:
Recte dixi elephanti probloſſidem:eminentiam eſſe naſi.
Rhinoceros ſecundum caſum male tua ſententia format rhino cerontis:ſed habet rhinocerotis.
Nõ bñ doces:rhinocerota ĩ frõte cornu habere:cũ habeat ĩ nare
Nõ ẽ ſapide dictũ(meliꝰ dici)honor q̃ honos & lepor q̃ lepos
Glorioſum vetuſte admonui nõ inueniri niſi in malam partem
Fac vt elegantius ſtudeas loqui:ſi vis doctus haberi.
Nihil dicis:cũ ſi cõtẽtione vtẽdũ ſit:non poſſum aliquid addere
Noli tecũ cõtẽdere:qđ ſi facerẽ:mľta ĩ te falſo dicta cõiicerem.
Habes tu quidem in ſenſu nihil de litteris ſani.
Quod credis de litteris breuiandis:omne falſum eſt.
Mľta ĩ ſillabis diſiũgẽdis fĩgis q̃ neſcis tã abdere vt ẽẽ vera videãt

Titulus.l.

Comminatiua familiaris.

Affẽciſti tu me quidẽ iniuria:qui cõuitiis famã meã maculare ni xꝰ es. At eẽ me puta nõ aſſuetũ cõtumeliæ tolerãdæ. Reddã tibi

Terẽtius ſed maiore mẽſura multo. & nõ ſolũ par pari(vt apud Terẽtiũ legit:qđ te mordeat) ſed tãto magis quãto ſũ te lõge maiore quidẽ aio. Tu tñ a tuis non degeneras:q ea fuere ſemp cõditione:vt in cõtumeliis & cõuitiis ſũmope deteſtãdis aſſidue ſunt verſati. Sed cũ quo credis agẽdũ eẽ tibi:qñ mecũ? Certe cũ illo q multos tui ſimiles caſtigaui:mľtos caſtigaturꝰ ſũ:interminatũ eſſe me tibi:nõ mľti facies At id exequar cõminationis:qđ deiceps magis metuas. Afficiã te tãto(nõ metu ſolũ)ſed dolore:vt poſſis nõ iniuria optaſſe me tibi fuiſſe nunq̃ antea cognitum. Faciam vt faunꝰ

Herculis ictu cadas:aut nanus gigantis percuſſione delebare.Sanus ſis.Ex Midiolano.xvi.kalendas Maias.

Comminatiua familiariſſima.

Non ſum ego ex eo paſſerꝝ genere:quibus fiunt laruæ formidabiles ſed hoc tu tibi nõ eſſe ꝑditũ:neges me oĩ opa curaturũ:vt ꝓ tuo tam acerbo furore plectaris.Sũt vt nũ neſcis:& amicitię tot mihi:& cliẽtele vt poſſim te in ęgiptũ vſqꝫ inſequi.Nec falli qdẽ potero: Scio q̃ ſis intrepidus:q̃ elata mente ac ſuperbo ſpũ:qui neminem metuas:ſed erũt ſine inſidiis:eæ paratæ vĩdictæ:quas me tuliſſe præſtiterit. Hoc autem facilius offendere:quod lædi a nullo dubitas tantum tibi eſſe virium:tantum facultatum exiſtimas:Reſipiſce.Ex Mediolano.xv.kalendas Maias.

Comminatiua grauis.

Nihil eſt durum vt Aeſchines inquid:q̃ publicas iniurias perpeti.Quid aũt(vt Tucydides voluit)tam publicum exiſtimari poteſt:q̃ quod in omnium eſt ore conſtitutũ? Iam vel tonſores vel piſtores clamitant:fuiſſe te in nos iniurium:violenterqꝫ nobis prædium ablatum poſſidere:nec vereri iudiciũ aliquod:nec nos metuere.Sic ſolebat Diomedes Thrax:qui tyrannus acerbiſſim⁹ oĩes afficiebat iniuriis Sic Antæus qui ſuo ducebat potentatu confundere cunctos quire. Quod te conſilium in hoc perduxit patrandum ſceleris? Quę tibi confidentia in nos fuit? Habes tu quidem non nihil pecuniolæ:ſed non tantum vel imperii vel potentiæ vt nulla in te referri vis valeat.Non eſt opus Alcidem renaſci:qui te puniat.Animo es perditiſſimo:ſed neqꝫ ingenio:nec facultate.quæ vires ſuppeditet menti potes & a me longe inferioribus lædi:nec cum magna vi:manu certe parua. Fac igitur vt quando me inimicum maluiſti q̃ amicum poſthac tibi diligenti⁹ nocte dieqꝫ caueas:cuſtodiaſqꝫ tuam vitam ſi vis mea non interire opera.Nolim ego abs te nunquam:ſi vulneribus confoſſus euaderes:dici proditorem aut perfidum.Leonis ego plus natura delector q̃ vulpis. Nam haud e memoria excidit:quod apud plutarchum legi dicere ſolitum Ageſilaum inſidiatorem vel in ara interfici oportere. Nunquam inſidiabor: Apertis vſum me comninationibus in te probabo.At quo pacto poſſim ego: non eſſe honoris vltor.præter prædiũ meũ tam fertile:tam pulchrum:tam nobile quod mihi ſurripuiſti:debacchatus es in me ſine vlla tuæ linguæ mitigatione:vllo fręno:eaqꝫ de meis & parentibus & morib⁹ dixiſti:omni verborꝝ obſcęni

Aeſchines.
Thucydides.
Diomedes.
Antæus.
Alcides.
plutarchus.

tate adhibita:quæ vix auſim de tuis cogitare. At linguam dicebat prinenſis ille Bias:& optimum eſſe membrum:& peſſimum Quid em̃ excellentius q̃ eloquentem audire virum de bono bene dicentem? At quid fœdius:quid inq̃(vt inquit Tullius)imanius q̃ eloquentiam ad vſum naturæ atq; ad amicitias cęlitus datã:ad perniciem hominum cõuertere? Tu vero quaſi ſuauiſſimo quodam nectare plurimum oblectaris: maladicentia me fœdare:nec vſq̃ de me in ſermonem incidit:ne me(nõ modo pugnas) ſed acerbiſſimis inſectere verbis. Fingis autẽ ea de me ſcelera: quorum ego antea neq; noĩa quidẽ audiuerã. Id vnde audeas neſcio:niſi quia nimis me bonum:nimis inueniſti mitem nimis iniuriarũ imemorem. Non nego:me ſolitum iniuriarum penitus obliuiſci:ſi eum errari pœnituit:qui fuit in me malus. At ſi pertinacior es nolim(Apoſtoli ſententia)crudelis appellari:qui negligam famã meã. Id em̃ vt obeſſet famæ:ſic tibi licentiam paret cæteris exemplis ad oẽ malignitatis genus. Vt apud Ariſtotelẽ vocãtur inſenſati:qui nullã accipiũt ex iucundis rebus voluptatẽ:ita quidẽ non habent homĩs quippiã:qui cum eis ſubtra. bona fama:non excandeſcũt. Nam vbi etiã tibi nocere nõ vellẽ: in ꝓpulſanda iniuria:quicq̃d agerem iniuſt⁹ dici nõ poſſem. Docuit em̃ plato. non eſſe quemq̃ iniuria conficiendũ:niſi cum propulſatur iniuria. Inferre non licet iniuriam dicit pherecydes:ꝓpulſando autẽ inferentẽ cædere ſemper licet. q̃ obrem ego prędico tibi:curaturũ eſſe me omni diligẽtia:vt tibi nõ oris fæditate: ſed re ipſa reponã:vt verberibus ad mortẽ vſq; cæſus reſipiſcas fiaſq; aliquãdo tuæ linguæ cõpos. Id ſi times (vt timere te certe ſcio q̃uis non ſimules vereri)fac vt prædium reſtituas meo villico:fructuſq; quos iam circiter annos triſq̃diu in britãnia abfui percepiſti:continuoq; apud oĩs apud quos meæ detraxiſti laudi:reſtituas mihi famã:& euangelico inſtituto:mẽtitũ te dicas cũ detraxiſti:& me nõ ſolũ mitigabis:ſed ad veram inconcuſſamq; amicitiam pacatiſſimũ reddes:ita quidem vt nihilo ſim tibi defuturus:q̃d in me ſit magis q̃ fratri. ꝙ ſi meã hanc neglexeris cõminationẽ:vel quia nolis inferior me videri vel quia vt es petulans ſis etiã temerari⁹:teq; plurimi faciens cæteros aſpnere:nec tuas vires:nec alteri⁹ metiare cuiuſq̃:non multo poſtea procurabo qb⁹ manifeſto cognouiſſe fatearis:quãtũ inter aſinũ interſit & leonẽ. Scis quæ mihi ſint & diuitiarũ fundamẽta & famulorũ clientũq; tubæ. Te tibi vẽdica:nec in id incidas diſcriminis vnde facile neq̃as regredi. Ex Mediolano. xiiii. kalendas Maias

Bias

Tulli⁹ in officiis.

Apoſtol⁹

Ariſtoteles

plato

pherecydes

Synonyma comminatiua.

Ego tibi ob tuas in me collatas iniurias:interitum ꝓcurabo.
Caue tuæ vitæ:cuiꝰ ego finem omni diligentia quæram.
Nihil plus appeto q̄ tuam necem.
Sum in te interimendo continue occupatus.
Amici mei nihilo ſe nūc ſciūt mihi potiꝰ gratificaturos q̄ ſi te cędent.
proditorē me nemo dicet:tibi mortē īterminor.
Hęc epiſtola ſit tuæ mortis tibi comminatiua.
Tanta me non cōtumelia ſolum:ſed iniuria cōfeciſti vt mortem tuam ſim omni ſtudio procuraturus.
Habes me tuum aſſiduum hoſtem.
Nunq̄ hoc tibi remittam in me crimen.
Tam me turpiter affeciſti:vt ſim nullis temporum diſcurſibus indulturus tuæ culpæ.
Tua in me malignitas quotidianam vltionem expectat.
Nulla mea ſimulatiōe aut diſſimulatiōe:indultū ab me tibi iudica
Semper ero curioſus tuæ ignominiæ.
[illegible]ue in tuis ero damnis occupatus.
Cum tutiore te loco cenſebis:maiora mea ſollertia tibi tunc imminebunt pericula.
Nuſq̄ eſſe te ſecuriorē a me iudicato:q̄ vbi luce functus eris.

Titulus.li.

Belli edictiua familiaris.

Vt naturæ bonorum omnium pax eſt iucundiſſima:ſic ab ingenio meo ſemper alienum fuit bellum. At cum pace viuere non licet:non laudatur minus apud doctos Mars æquus vel armatꝰ cruentatuſq̄:q̄ phœbus crinitꝰ cū citharaq̄ decorus.Ego nichil omiſi:quo me paci præſeruarem:nec miſeros colonos tuos cogerem plangere:ciues collachrymare: te vero tandem & regno cedere:& fortaſſe vitæ:Sed nihilo profeci magis q̄ ſi littus ararem quod Didoni obiicit apud Maronem Hiarbas. Aſſidue peior & immanior factus es:nec quicq̄ præteriiſti quod ad me prouocandum intellexeris poſſe facere.Nā & ſeruos meos cæcidiſti:& agrū inuaſiſti:& affeciſti nos omni iniuria.Cogimur & nos (vt homīes ſumus:ſentimus dolores/ac nequimus nō interdū ꝑturbari) cum vrget cauſa væhementior:aliquando vlciſci nos atq̄ noſtros:declarareq̄ q̄ iniqua tulerimus mente tuam in nos diuturniorem inſolētiā atq̄ imodeſtiſſimam vaſtitatē atq̄ depopulationē:Ne igit̄ aut in obſernantes nos aliqs vnq̄ dixerit Martialis legis:aut tu te oppreſſū īprouide dicas īdicimus tibi bellū Vir.iiii. æne

ad tertium Kalendas Martias:vt deinceps intelligas nec ad nos tuto venturum ex tuis quemq̄ eſſe:nec non tibi agro tuo: tuiſq; cauendum eſſe die noctuq; terris. Tunc enim edicto belli nemo nos accuſabit iniuriarū:nec tu tibi non prædictum eſſe:dices Rē habes.Exercitus apparabimus:quāto poterimus plures:quotq; nobis videbuntur equitum peditumq; milia:in te debellandum traducemus:omniq; annitemur opera:tibi declarare q̄ male ſenſeris:cum amicitiam noſtram non tantifeceris: quanti faciunda fuit:ſicq; alii quādoq; deterrebuntur ab iis ſceleribus cōmittendis:pro quibus ſe pœnas aliquādo daturos eſſe ſciāt Ex Mediolano.xiii.kalendas Maias.

Belli edictiua familiariſſima.

Quātis noſtros affeceris incōmodis:& miniſtros contumeliis: agros depopulationibus.& filios ipſos interdū vulneribus nō ignoras.Nos omnia volumus prius experiri:q̄ armis cōtendere pacis poti⁹ſtudioſi:vt regulos eē decet q̄ belli:cui vix ſufficiunt tyranni.Te nonnunq̄ admonuimus/vt deſiſteres ab iniuriis nō eſſe nos aliud q̄ homines:aliquādoq; fortaſſe nō toler[illegible] qd ſæpius vidimus inuiti quidē.ſed tuā demolitionē expectantes.Eo fuiſti tu ſemper īmanior.minuſq; noſtris cōminationibus credidiſti.Quare cum verbis proficere nos nichil poſſe intelleximus:ad arma cōfugere auxiliaria cōnſtituimus: & q̄q̄ regulus nō multū apparere poſſum armorum:non multo tn̄ poſſe te plura ſcimus:q̄ nos valeamus.q; ſi qui tecum ſociale bellū ex noſtris finitimis contrahent(vt ſolent aliquādo inquieti velle viuere multi)nos quoq; ſocios ex iis nobis aſciſcemus:quib⁹ in te væhementior ac æquior ſit pugnandi cauſa q̄ illis in nos. Ego nemini ſum iniuri⁹. Tu multis.De me nemo.de te iure queruntur multi:Sed tu curabis vt voles:ego rem ſequar vt videbitur.Tu tibi hac epiſtola bellum indictū cenſeto:vt poſt tertium kalēdas martias:hoſtē me paratum eſſe tibi ducas.Ex Mediolano.xii.kalendas Maias

Belli edictiua grauis

plato Ariſtoteles Homer⁹ Seneca i tragœdiis Tulius

Bellum edicere dixit Plato:nō decere quemq̄ niſi reges At modeſtius Ariſtoteles artē eſſe militarē inquit:in qua non niſi iuſte ſe quiſq̄ exerceat.Non enī iniuſtis victoria eſt expectanda:vt Homer⁹ait.ſed interit⁹.Sequit̄ enī a tergo iniuſtos deus:Seneca teſte.Oīs igit̄ in bellādo ratio fundata eſſe debet in ęquitatis lege: vt nihil iniquum attempteturvt voluit Tullius:nihil fiat:quod a bonis & æquis viris probari nequeat.Nā vt negligant̄ iura nō

regibus locus eſt:ſed tyrannis. Hi cm̃ (modo ſic libeat) illi ſunt iuuenalis in quos illud iuuenalis dici poteſt: Sic volo: ſic iubeo ſit pro ratione volũtas. At vbi iura ſeruantur: nihil eſſe poteſt violabile/ nihil corruptũ nihil ĩmundũ: vt Gregorius inquit. Qui Martem ſequũtur: eũ ſequi Martẽ debẽt: cui ſacra fieri queãt: q nõ iniuria ſit in cõcilio cõnumerãdus ſuperũ. A quo nihil iuenit factũ violẽter omnia innocenter: & illo (vt Virgilius docuit) præcepti fine: parcere ſubiectis: & debellare ſupbos. Immo iterdum eo de quo inquit pſalmiſta: Quis aſcendet in montem ſanctum tuũ: aut qs ſtabit in tabernaculo tuo? innocens & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo. Homũculi quid in hoc orbe facimus: qui ſocios iugulamus/ finitimos violamus: nec propriis (quaſi pelopes) filiis parcimus? Vnde tantũ creuit in nobis facinus? Non aliunde certe: q̃ ex auariciæ labe: ambitionis rota: inuidiæq; liuore: vt in te manifeſto cognoſcimus qui iam phinaus effectus es: aut Tantalus: cui⁹ & detur parint Harpyię menſas: & neq; vnde potẽt: nec poma ſatu ; prę nimia qua detineris cupiditate: quiq; nõ fabuloſe at vero dici poſſis in Ixionis torqueri rota: Siſyphiq; aſſidue vehendo ſaxo cruciari. Quid eñ tu non concupiſcis æſtuante iſta tuæ mentis furioſiſſimę fornace? Quos amicos (q̃uis ſimulatos omnis: nullos ſtabiles) non ambis: vt maior fias ac potentior? Quibus ſatellitibus (q̃q̃ fidelibus nullis: ſed ad tempus tibi obſecundantibus) non polliceris plurima: vt tibi morigeri ſint in omne ſcelus? Quotiens tu nocte intempeſta furtis eos & latrocinijs exercuiſti: quos vidiſti tibi deditos? Quotiens multa vicinis eripuiſti? ſacros prædiorum ac finium lapides ſubtraxiſti. In ipſis lectulis eos cæcidiſti a quibus rem tuam detegi poſſe credidiſti? Proinde qui tecum in aliquo fuit nefario crimine: curat nihil aliud: q̃ vt abs te prope diffugiat: hinc alios quæris tibi fures: alios tranſfugas: alios perfidos. nec conſideras in eum eſſe fidem poſſe neminem: qui fidem nulli ſeruat: cuiq; credere valeat nemo. Reſciuntur inde nõ multo poſt omnia. quæ clanculũ te ducis commiſiſſe nulliq; nota. Quod cum alias ſæpe: tum hoc anno bis ad nos delatum eſt ab iis qui neq; mentiri ſunt ſoliti: nec alia id mihi reſerarunt de cauſa ; niſi quia noluerint tantam me ſemp incõmoditatẽ ſequi: nec me quicq̃ ex ea re ſcire. Nam vbi quererer: & armẽta mihi noctu ſurripi & in prædiis nocturnas factas eẽ depopulationes ac vaſtationes innumerabiles & in agris multa deeſſe: quæ quis ſubtraxiſſet: neſciremus: detexerunt ii

Iuuenalis invi: ſatyra. Gregorius Vir. vi. æne. Dauid

Pelops

phinaus
Tantalus
Ixiun
Siſyph⁹.

latronē:probarūtq; non vulgaribus argumētis:quid in nos egeris:quid agere nixus ſis Scripſimus ad te ſæpe:rogauimuſq; ne nos malles hoſtes ꝙ amicos:contra ingenuā meā viuēdi rationē eſſe vt moleſti cuiq; fieremus :ſed coactos id demū non eſſe nos neglecturos.Reſpōdiſti tantū eē ab Lacedæmone Athenas:quātum Athenis Lacedæmoniā:neq; curare te verba cum viri ducis fili⁹:non mulieris famulæ fueris:Tandem hucventū eſt:vt Marte nobis hæc tua iniuria ꝓpulſanda ſit:quā phœbo tueri me nequeo.Tua tamē cauſa in bellū nos exiſtimes cadere:memineriſq; quod Virgilius ait ſanctiſſime. At ſperate deos memores fandi atq; nefandi.At tertium kalendas Martias indico tibi exitiale bellum.quod ferro flammiſq; definiat.Vt enim & crudeliſſim⁹ es:& ſæuiſſimos habes clientes atq; tuorū miniſtros ſcelerum:ſic nos fore in te tuoſq; imaniſſimos:expectato.Si qua in re mitiores nos exibebimus:id benignitati naturæ noſtræ concedet:quæ iterdum plus ſibi ſeruiet ꝙ tibi ſæuiet.Præterea cōiugi tuæ pudiciſſimæ filijſq; tui diſſimilis compatiemur:vt homines ſumus:& Terentiano inſtituto:nihil humani a nobis putamu[illegible]enum.Tranſacto igitur eo die quo edicimus tibi bellū hac epiſtola belli edictiua:nihil eſſe tibi tuiſq; mecum atq; cum eis commune ducas:præter præliandi cupiditatem:Nunc habes & quid tibi cauendū ſit & quid mihi cogitandum. Ex Mediolano vndecimo kalendas Matas.

Vir.i.ꝗne

Terenti⁹

Synonyma belli edictiua

Tali die bellum indictum eſſe tibi:ſcito.
poſt eum diem pax mecum tibi nulla futura eſt.
Fac vt exiſtimes poſt eū diē ꝑpetuas tibi mecum inimicitias.
Implacabile tranſacto eo die exercebitur inter nos odium
Nihil poſt eum diē inter noſtros tuoſq; exercebitur beniuolētię
Tuā ob cauſam talis dies initiū nobis conſtituet belli.
prælia quæ tali die ſum⁹ tecū inituri:ceſſabūt deinde nunꝙ.
Ea dies principium nobis erit præliādi:nullū habitura finem.
Fecere iniuriæ tuæ vt nūꝙ poſt eū diē bello cōſtitutā abſtinere.
Nēo me iā diſtrahet:vt pacto die illo:ſi aſſidue tibi bellū illatur⁹
Fruſtra laborabis:ſi lapſo die illo cenſebis poſſe nos a præliando diuertere.
Cupim⁹ diē talē aduētare:vt deinceps geramus ſꝑ bella tecum.
Adeo me coegiſti tuis iniuriis ſæuire:vt eo die ſupato immortales ſumus futuri hoſtes:

## Titulus.lii.

pacis proclamatiua familiaris.

poſteaq̃ non mediocres nos ad bellum ꝓuocauerunt cauſæ:ſub eſt iam vltima prȩliandi ratio:vt in pace ocioq́ꝫ viuatur:vt apd̃ Thucydidã legit̃ & Cicero ꝑpulchre complexus eſt.Nos iamdu dum iuſte mouerũt ad communes inimicitias rationes: quibus alteri alteris non ceſſimus.Credidere tui iã ſibi fines noſtros cõ munes eſſe paſcuiſq́ꝫ ſuis debitos.Nos ſecus ſenſimus.Res diri menda bello fuit poſt cruoris tantum effuſum:Mars viam inue nit veri.Sublatæ ſunt diſcordiarum viæ.In pacatiſſimam & trã quiliſſimã venimus mentem.Ager noſter nobis relictus eſt.Vos iure ceſſiſtis.Iam eſt pax perpetua proclamãda.Sciant igit̃ & no ſtri oẽs & exteri:licere publice priuatimq́ꝫ inter nos noſtroſq́ꝫ qc qd rerũ agi:& cõmerciorũ oĩbus trãſigi:ſublataſq́ꝫ nobis belloꝝ leges præconiſq́ꝫ voce nr̃as haſce ꝓclamatiuas pacis litteras de clarari.Ex Mediolano.x.kalendas Maias.

Thucydides
Cicero

Pacis proclamatiua familiariſſima

Curate o noſtrarũ vrbium præſides:paſſumq́ꝫ cuſtodes vbiq́ꝫ pu blice proclamare præcones noſtros:poſt diutina bella inter nos mauriſcoſq́ꝫ tranſacta:iam pacẽ indelibilẽ eſſe firmatam.vt om nibus liceat quoquo modo res ſuas in vtriuſq́ꝫ imperiis:tum pe demõtanis apud inſubres tum inſubribus in pedemontio:tum exteris in vtriuſq́ꝫ principatibus:omnes eñ ceſſarunt diſcordia rum cauſæ:cũ de iniuriis quas querebamus nobis illatas eſſe:pa ctiſimus:nec cuiuſq̃ vel minime rixæ ſuperſit cã.Lætãdũ autem & publicam læticiam ambabus agendam partibus remur quod tam cito beneq́ꝫ ſedatis periculis: quæ vtriſq́ꝫ iminebant/ paca ta ſint omnia:Proclametur igitur hæc epiſtola:& publicȩ ſeruia tur læticiæ:Ex Mediolano.ix.kalendas Maias.

Pacis proclamatiua grauis

In omni humanæ vitæ actione:id præcipue quærendum docet. Theophraſtus:vt medicos bonos imitemur:qui ſi poſſunt:præ ſeruant valitudinem bonam:curantq́ꝫ prouidentes:ne quid acci dat ægrotationis.Vbi vero vel naturæ malignitate.vel viuendi corruptela in morbũ inciditur: & diligenter & cito annituntur manibus pedibuſq́ꝫ:aut omnino/aut magna ex parte ægrotatio nẽ tollere:ac radicitus extirpare..Id cum in aliis plæriſq́ꝫ cauſis videam valere ſimilitudinis tum imprimis in præliando .pace armiſq́ꝫ viuendo:vt docet Heſiodus inquiens:Si pace viuere li cet:bella non quærant.Si bella temptanda iminent:quãto ocius ſedanda ſint. Prælia ſunt quibus ager ſudat hominum cruore.

Theophraſtus
Heſiod⁹.

Pax eſt quam in terris ad conſeruandum genus humanum inſtituit dominus. Vt enim bello cæduntur homines: ſqualent vrbes: ſordeſcunt agri: ſic pace naſcuntur viri: ſplendent ciuitates læti ſunt ſuis ſatis vberrimis coloni. Iãdudum inter nos & Tauriſcos: intercedentibus quorundam diſcordiis finiũ: bella ſunt geſta: in quibus nec eis conduxit præclari: nec nobis quidẽ. Tandem huc vẽtum eſt: vt ſedatis diſcordiarum viis: in perpetuam conuenerimus pacem atq; concordiam. Vt enim æquitas iubet

Cato & admonuit olim Cato: nec nos omnia cõſecuti ſumus quæ poſcebamus: nec ipſi maluimus vtriq; regredi finibus q̃ progredi ne quid ad publicũ delẽdum odium deeſſet rationis: nec vt Mar

Cicero cum Carbonem Cicero factitaſſe refert p iniquè rem nõ noſtrã quæſiuimus vſurpare: ſed quiſq; de iis potius quæ ducebat ad ſe pertinere partem dimiſit: q̃ ſi futurus in ea ſeruanda pertinax

plato ſemper in bello viueret: Hæc ſumus a platone admoniti: eſſe re

Horontes rum diuturnarũ fundamenta: quibus in quiete ac ocio vt Horõtes ait: viuendum eſt. Vbi autem in ſententia ſtare cõſtituunt hoſtes: nunq̃ viuitur: diſſipantur vrbes: corruũt principatus: ... uantur omnia, quibus eſt opus vitæ noſtræ. At vbi mentes pace ſibi ſuiſq; indulgent: in id deuenitur ingenii: vt omnia ſileãt q̃ torpebant, reficiãtur quæ calamitoſa modo fuerant: veluti ſplẽdeant: reddanturq; fœliciſſima. Pax igitur eſt nobis conſtituta: & ea quidem mente: vt ſtabilis inuiolabiliſq; permaneat: nec vllo mutari queat caſu: nec vllis rerum euentibus. Delegimus enim futuros arbitros: ſi qua vnq̃ interuenerit controuerſia vel contentio Ad hæc autem & affinitate propinquiores facti ſum⁹ vt quos fortaſſe diuiſos ſanguine mentes acrius diſiungebant coniunctio proximitatis nunq̃ in diuerſas traducat ſententias. Vos autem o noſtrarum vrbium iudices: prætores: præſides tribuniq; publica præconis voce vbiq; facite proclamari pacem hãc: vt licere omnes ſibi ſciãt: in locis pacatiſſimis omnia ſequi quæ ante bellum indictum: aut agebat: aut agi procurabant. Amate autem ac honorate quos fuiſtis odiis olim hoſtes inſectati: ſic eni nobis plurimum gratificabimini. Ex Mediolano viii. kalendas Maias.

Synonyma pacis proclamatiua.

Seruite publicæ inter nos initiæ paci

proclament præcones noſtri pacem publicam.

Vt a nobis eſt pax perpetuo duratura firmata: ſic curate vt omnibus innoteſcat.

Facite cũctis notam eſſe:quã cũ Tauriſcis firmauim⁹ pacẽ. Plurimum cupimus pacem hanc a nobis tam dılıgẽter inſtitutam omnibus palam eſſe.
Adhibete curam omnem:vt pax nobis Tauriſciſq; communis ad exteras vſq; nationes fama perferatur.
Nihil hoc tp̃e magis optam⁹:q̃ attẽtiſſime hãc pacẽ ꝓclamari:
Sit hæc epl̃a pacis ꝓclamatiua:quaſi ore nr̃o ſentẽtia.
Mittite p̃cones nr̃os:qui vbiq; ꝓclamẽt hãc pacis firmitatem.
post diutinas diſcordiarum cauſas pacem nobis firmatam eſſe diuturnam omnibus aperite.
Cũ ſublatæ ſint offenſiones :paxq; inter nos ſtabilita:vos quoq; hoc omnibus declarate.
Quod pacata ſint inter nos omnia:deſideram⁹ omni ſtudio cũctis populis reſerari.
Sciant omnes ex vehementiſſimis odiis inter nos ſummã beniuolentiam ſtabilitam.

Titulus.liii.

Fœderis icti ſignificatiua familiaris.

vnid ſceleris ſit ortũ admiramur : vt ĩt finitimas nõnũq̃ vrbes odia ſitnatiua q̃dã:vt nihilo ſe pl⁹ amare poſſũt q̃ ſi aſſiduæ inſurgerẽt læſiones:aſſiduæ cædes.Habem⁹ em̃ añ oculos Romanos cũ pœnis:cũ latinorũ multis:cũ quib⁹ & fines cõmunes forẽt:& interdũ cõſãguinitates:in quos inferebãt iniurias:& ſemper bellis inſtabant crudeliſſimis.Hoc autem cum natura non patiatur conſuetudo non ferat: propinquitates non tolerent: vt Aurelius inquit:ſola procedunt animorum væhemẽtia:qui ſuperbiſſimi atq; pacis impatientiſſimi:aut alienæ:fœlicitatis inuidiſſimi atq; multarum rerum auidiſſimi ſemper aliquid cupiunt. Nos tamen ſolutis hiſce tenebrarum vinclis ſignificamus omni hominum generi: cum Tauriſcis ictum nobis fœd⁹ indelebile. Ex Mediolano ſeptimo kalendas Maias. Auguſtinus

Fœderis ſignificatiua icti familiariſſima

Cum Tauriſcis nobis ictum fœdus omnibus ſignificatum eſſe volumus hac epiſtola icti fœderis ſignificatiua. Quid enim dirius erat q̃ cum finitimis noſtris:cum quibus communibus aſſidue deuinciebamur affinitatum vinculis: ſemper gerere bellum? Ad id aliquandiu:vel noſtra negligentia:vel ipſorum incuria factum eſt :vt nec homines:neq; deos veriti noſtris inſeruierimus odiis: agros alternos depopulati:omneq; diſcordiarum genus inſecuti Tandem in mentes rediuimus bonas:& pu

blicum nobis eſt fœdus ictum diuinis auſpicibus. Ex Mediolano. vi. kalendas Maias.

ictì fœderis ſignificatiua grauis.

Themiſtocles. Nō fuit eius Themiſtoclis parua diligētia qui ad frænādos iracūdos & perturbatos animos: iacere fœd⁹ instituerit Quod vel induciarum vel ꝑpetuæ pacis genus tā voluit apud nostros Mamerco ille prudētiſſim⁹ & bellādi peritiſſim⁹ obſeruari. q̄ qd̄ diligētiſſime poſſet mentes inſtituere ad amiciciæ ſēpiternā viā cōparandam. Quid em̄ homines vt ſoli ſumus aut diſcordes: ſi pace nō viuimus: aut ſi cū bellādi cauſæ intercidūt nō eſſe vllum fidei munus: quo nobis credere poſſimus? At fœd⁹ a fœda porca dictum: quæ in medio decertātium poſita: lapidibus ſolebat fędari ac cædi: verba hęc malis in obſeruantes omnibus proclamabat: ſic in eū obruat̄ qui fœdus hoc infringet. Fœdifragi deinde cū fidifragis cōparati publicis odiis vindictiſq̧ digni omni incōmodorū afficiebantur genere: in quos poſſunt libere impuneq̧: immo & ꝓpoſitis publicis præmiis tendere laqueos atq̧ vltionis viā oēm. q̄obrē in pœnos Romani fuere difficili q̧ fœderibus quidem inter Affricam & Sardiniā ictis nō ſeruat... viſi fuerūt om̄i perſecutione digniſſimi: & quorum deniq̧ vrbs ſolo ęquaret̄. In pyrrhū fuere mitiores ac in oīs eos qb⁹ fędera inuiolata ꝑmāſiſſet. Hoc tā præſtanti munere cōcordiæ ſeruādę nunc cōuenimus nos & Tauriſci: cū quibus fuerāt aliquod ānos publica bella. Ne pluribus tādem moleſtiis & noſtros & eorum clientes cruciaremur. pridie kalendas decembris fecimus apud Verellū fœdus his verbis: vna eadēq̧ oim voce cōfirmatū: Siqs in hoc inter Inſubres atq̧ pedemontanos audebit vnq̄ vel recto vel indirecto quidē argumēto quicq̄ anhelare: in eū & aſtra cōiurēt: & oēs Italiæ populi: & licite illi⁹ rē ac vitē poſſit vel extern⁹ quilibet ſibi q̄rere: iureq̧ vendicare. Significam⁹ igr̄ ſigulis hęc Christianoꝝ populis: vt ſiquādo quicq̄ huic fœderis obſeruantiæ minuetur: in minuētem omnes inſurgant: arma capiant: eū deleant. Quid enim iniquius āt pernicioſius: q̄ ſimulatione diſſimulationeq̧ propoſita: id non obſeruare qd̄ ictum eſt fœdere Vt em̄ qui fidunt illis auſpiciis: puri ſunt atq̧ dei manibus educati: ſic et deum ipſum vltorem habent ſi falluntur. Quamobrē Hageſila⁹ de fœdifrago quid eſſet demeritus cum captus foret: rn̄diſſe fert̄: oē crucis genus: cum id existimaret omniū ſcelerum ipietiſſimū: & ei āpli⁹ adhiberi fides nequiret qui fœd⁹ violaſſet Fœderis igitur ſit ſignificati obſeruantia ſincera & imutabilis

Mamerco

Fœdus. Ser. vii. æneí.

Carthaginenſes

Pyrrhus

Hageſilaus.

q̄ apđ oĩs ſēp fuit ſācƚiſſima:vt ſi qua fides iter eos repiř:qui fu eritioſtes:hęc ſi maxia & certiſſia q̄ & hoies & deos aduocat teſtes:& hoim pariter & deoꝝ cuſtodiā vocat:quā ſum⁹ nos quidē ꝑpetuā imutabilēq; ſeruaturi. Ex Mediolano.vi:klēdas Maias.

Synonyma icti fœderis ſignificatiua.

Iecimus cum Tauriſcis fœdus.

Poſita eſt nobis in medium & cæſa fœdere porca.

Inuiolabile nobis firmatum eſt fœdus. Vir.vil. æn:i.

Nihil minus ſumus vnq̄ hoc fœdere violaturi.

Sit hæc epiſtola icti inter nos fœderis ſignificatiua.

Cupimus inter nos ictum fœdus cunctis aperiri

Vt omnes ſciant ictum hoc inter nos fœdus:facite.

Firmauim⁹ ꝑpetuam pacē publico inter nos icto fœdere.

Erim⁹(vt opinor)in fœdere qđ iecim⁹ tenēdo immortales.

In obſeruando fœdere (quod iecimus)æternos fore nos ſpero.

Qui cenſent nos ocius a fœdere quod iecimus defuturos fallentur vehementius.

[illegible]il eſt quod magis appetam q̄ omnib⁹ ſignificari nobis hoc ictum fuiſſe fœdus.

In oēs hoc ictū inter nos fœdus facite gētes ſignificari. Eſtote in ſignificādo hoc īt nos icto fœdere cūctis populis diligētiſſimi.

Titulus.liiii.

Triumphi expoſitiua familiaris.

In nulla lęticia geſtiēdum inquit Fabius.Itaq; nolim geſtire forte videri cuiq̄ in hoc nouo mei triumphi feſto:ne aut a veterum inſtitutis cenſear diſcordare :aut eorū lætari calamitate:qui ſūt in prędam verſi At vt humaniſſimum illud eſt:ita quidem inhumanum glorię non eſſe participem illum.qui longua difficultate ſummiſq; laboribus triumphauit. Vt enim quiſq; fert patienter plurima:ita patientiam nō neſcit eam eē rerum duriſſimaꝝ tolerantiam:cui ſperat voluptatem optatorum ſucceſſuram.Itaq; cum expugnauerimus Tauriſcos:nec ſine noſtrorum hominum cæde non vulgari : tandem victores: vrbe Taurino capta: principibus vrbis vinctis:populo ſeruato triumphantes huc rediuimus. Ex Mediolano.v.kalendas Maias. Quitilianus.

Triumphi expoſitiua familiariſſima.

Cū triūpho demū ex Tauriſcis rediuim⁹ quos nō puis laborib⁹ ſine ſūmaq; difficultate ſupauim⁹. Sūt viri nō bellaces mi tū:at pertinaces nimiū:qui vel imbelles ac iperitiſſimi militandi:cū capiebātur:cædi mallēt q̄ cædere. Supauim⁹ eos in prælio ſæpe. Vr-

bes aliquot cœpimus.nec a militũ furore potuim⁹ violentiã cohibere:ne in prædã verterent.Hortati ſæpe ſumus:vt cæderent. Superſtites fiebãt aſſidue ferociores.Deniq; vniuerſis vrbibus domitis:ex ſingulis nobiſcum ducimus primates aliquot ſecutos triumphũ.Ex Mediolano.iiii.Kalendas Maias.

Triumphi expoſitiua grauis

Ninus

q̃ bnee & ſancte inſtituit Ninus aſſyriorum ille rex fortiſſimus. Semiramidis vir:vt poſt victoriam triumpharetur.Is enim quæ vera victoria foret:eſt primus expertus omnium:qui finitimos expugnauit:regnandi cupiditate ductus: ſupauit duxitq; captiuos Sed eã certe dixit Herodot⁹ victoriã eſſe debere :ex qua triumphari poſſit in qua&milites victi ſint & ĩpator :aut rex bello capt⁹& vrbes ſupatę:vi captiui poſſint triũphãte ſeq:& ex domitis ſigna referant & prędę.Sic Scipiões legim⁹triũphaſſe:ſic Marcellũ:ſic Fabiũ ſic Martiũ.Mun⁹ eſt aũt hoc glorię nõ mediocris:vt q tot diſcriminib⁹ in prælia ndo vitã ſubdidit:tot laboribus ac anguſtiis die noctuq; cõſulẽdo:regẽdo:ducẽdo ſubactus eſt multifariãq; cõquaſſatus:is tantos poſt labores hãc lau hæc clariſſima laudis ſigna cõſecut⁹:& ipſe fiat in tales euentus prõptior & cæteros alliciat paratiſſimos.Spes eĩ victorię militẽ bonũ facit:vt inquit Homer⁹. At ſpes triũphi præſtare cogit ĩmperatorem quæ in ſe ſunt omnia ſumma Recte apud græcos Apollinis Phythii iuſſu ſtatuę triũphantibus aureæ cõſtituebãtur:quæ in eius ſitæ templo declarabant eos quorũ exprimebãt nõia:debere plurimũ apud omnes græcos honorari.Inde autem apud Romanos antiquiſſima fuit ſtatuarum ad arcus triunphales(qui ſic a triũphãtiũ ſtatuis dictæ ſunt)collocandarum gloria vnde cognoſci poſſet q clari⁹ militiæ ſuæ munus e dicto publico retuliſſet.Quãobrẽ iuuenalis ſatyrus:cum doleret in id calamitatis puentũ eſſe:vt in illas ſtatuas eorũ conuenirent effigies pb⁹ nulla fuerat gloria militaris:in Criſpinũ inquit : Inter quas auſus habere neſcio quis titulos ægyptius aut arabarches:cui⁹ ad effigiem non tantũ meiere fas eſt.Quid eĩ fœdius q̃ quibus debent(vt dicit Vegetius)diuina munera:in eorũ cœtũ conferre malos: aut ĩmeritos? At vt ad me tãdem veniam:& vobis proceres mei exprimãrem haud iniucundã:& ſi nequiui eſſe in patria cum gloria:ſum tñ apud exteros cũ dignitate :quod vobis vniuerſæq; noſtræ patrię non debet.nõ lætũ eſſe. Nunc vbi geſſiſſẽ in Tauriſcos bellũ : & annos circiter duos aliquot eorũ vrbibus obſidendis verſatus forẽ:tandẽ omnia ſuperaui: & quod pauci

Herodotus.

Qui triũpharunt publice romæ

Homer⁹

Apollo phythi⁹

Iuuenal. in Criſpinam.

Vegeti⁹ de re militari

admodũ ſiue ſolẽt:ſiue poſſũt:frenari me ĩ victoria ſupra modũ ac meorũ coercui mentes militum. Qui enim quoniam iamdudum non hi ſeruaſſent defatigatiq; mirum cum ſuis famulis armigeriſq; fuiſſent:amiſſa iam maxima & equorum & ſarcinariũ parte:væhementius irati ac infenſi ſeruabant inſectabanturq; Tauriſcos:erat difficile prohibere illis in victoria prędam. Sed prohibui vetuiq; ne quid violentiæ vel in fœminas ſit illatum vel in domos:Præter eos:qui primo impetu dimicantes cęſi ſũt nulli deinceps vel cæſi:ſunt:vel minima quidẽ iniuria laceſſiti. Qui quod ex illis ad me ſunt adducti nonnulli:qui multis in me cõuitiis abuſi fuerant prius q̃ vincerẽ. Abitrabãtur & cæteri oẽs & illi ſe nihil niſi fruſtra me pro vita ſua precturos. Cœperunt apud me flere veniamq; precari:calamitatem ſuã exprimere:miſericordiam implorare. Non modo peperci ſingulis :ſed nequiui non collachrymare humanã cõſiderans conditionẽ:vt q pauloante tam acres & in loquendo erant & in agendo:nũc tã demiſſa & voce & mẽte ſupplicarẽt:nequiuiq; nõ laudare maximope/re [illegible]ſarem cum in omni vita: tũ vbi fleuit Pompeii viſo capite [illegible]trũcato. Nec illis aſſentior qui rem ſimulaſſe dicãt ſed humanam viuendi gerendarũq; rerũ legẽ ac ſortem animaduertiſſe duco:quos in maximis triũphis maxime interdũ erumnæ ſequerẽtur & opprimerent. Sic cogitans plurimos libertate: omnes donaui vita:multis etiam rem omnem quæ in militum deuenerat manũ:reddi iuſſi:tantũdẽ aliunde illis decernẽs. ne me violẽte eſſe dicerent. Demum pacatis omnibus: ꝓuinciæq; cuſtodibus deputatis: cõſtitutaq; veteranorũ diuerſis in vrbibus deuinctis turba:dies triumpho dictus eſt quo me reciperet rex ille:cuiꝰ ſũ in id belli decretus impator. Renui triumpho quantũ potui:ne aut gloriæ viderer cupidus:aut ſi eum malebat rex ipſe:ducerer eius opinioni velle refragari. Niſi rex clariſſimꝰ ſuos oratores a quibus non ſecus honoraret:ac i[illegible]e foret ſi adeſſet. Deſignatus eſt locus vnde in vrbẽ vehere [illegible]uadrigis equis albis cãdida reda candido indutꝰ veſtimento ſerico. & corona laurea inſignitus:cuius quidẽ pręcederẽt illi redã quos magno loco natos vel donaſſem vel donare libertati conſtituiſſem:ſequerentur aut illi vincti quos eſſem captiuos habitutꝰ. In vrbis ingreſſu carmẽ rerũ a me geſtarũ cecinit pandiocles poeta principis:qui iure ac merito poſſet cũ veteribus cõuenire. nec cuiq̃ poſt Maronẽ atq; Naſonem cedere. Tam fuit ẽm & cultum & elaboratũ induſtria illius poema in meas ꝓfuſius laudes. vt nequeri nõ admirari die

Cæſar iulius

Triũphi apparatꝰ

pandiocles

bus noſtris tantum poeta videri poſſe. Nō multo poſt orator re gius in platæa orationem mihi procedēti recitauit. qua & nomi ne regio:& totius prouinciæ illius dicebanī inſtitutæ gratiæ qui tantā victoriā illis comparaſſem. Mox in ſacrum deueni. publi cæq; ſunt ibi feſtiuæq; ſupplicationes pro me factæ: inde domū meā reuectus cum omniū plauſu dimiſſus ſum. Nolui hæc vos ciues meos ignorare. quorum opus ſum: cum mea gloria veſtra ſit. Ex Mediolano iiii. kalendas Maias.

Synonyma triumphi expoſitiua.

Marcus eſt triumphum aſſecutus.
Poſt egregiam victoriæ laudem triumphauit.
Hoc ſibi deerat laudis: vt triūpho potiretī quo nūc eſt inſignitus
Magna fuit euis in triumphando gloria.
Cū oīa inuictiſſime hic geſſerit: triumpho demū dign⁹ eſt effect⁹
Nec victoria huic defuit ſingularis: nec triūphus victoria dign⁹
Triūpho iam illuſtratus quid maius atq; nobili⁹ in vita quęrat?
Quod præmium ſummis laboribus vix ſunt pauci cōſecuti: triū phum hic tandē aſſecutus eſt.
poteſt hic demū inter triūphales deſcribi cū iā triumpharit
Eā ē triūphi gloriā ſua virtute nact⁹: vt cupere debeat nihil mai⁹
Triumphauit hic: quod ei non fortuna: ſed īnumerabiles ſui la bores præſtiterunt.
Tanto hic ſemp & ingenii fuit acumine: & militaris peritiæ ſtu dio: vt nunc deniq; triumpharit.
Gaudendū eſt ſuæ patriæ: qd tam digne Marcus triumphauit

Titulus. lv

Inhibitiua familiaris.

Officiū noſtrum hoc a tuo differre: vt ego prouinciæ præſes: tu prętor vrbanus ſis: ego tibi poſſim inhibere: ſi qd iniq videā vel agere vł attēptare: Tu cogaris obedire. Idē eñ iuris Labeonē inſti tuiſſe deſcribunt: ne minorib⁹ ad inique iudicandū magiſtratib⁹ pateret adit⁹. Nōnunq̄ corruptelis id fieret: Aliqñ amicorū pre cibus: Nūc aūt eoꝝ imperitia: q iudicāt. Nolunt eñ ſemp iniqui eſſe: ſed errore inducunī: vt peccent. Tuliſti tu quidē in Lælium ſentētiā interlocutus te iudicē eius eſſe: cōpetereq; tibi aduerſuſ eū iudicare. Is autē qui ſibi ſcit īmunitatē a pricipe factā. vt eius oīs cā imediate ad puincię præſidem deueniret: iſq; ſolus iudex hui⁹ cōpetēs diceretur: appellauit ſcripto: noſq; adiit cum abs te impetrare non poſſet: poſtulans vt inhiberemus: quod & inhibe mus. vt poſt appoſitā appellationē ſub gratia noſtra nil īnoues.

Labeo

Ex Mediolano Pridie kalendas Maias.

Inhibitiua familiariſſima.

Cum tete ingeras in iis reb⁹: quæ ad te minime pertinent: Inhibemus omnino tibi. ne poſthac rē noſtrā vllā iſtic geras: quā ſi geres tuo periculo: noſtro vero commodo ac lucro geſtam intelliges. Quid tam es audax ac temerarius: vt cum intelligas nolle nos tuam adminiſtrationem in cauſis noſtris ac rebus interuenire: non deſiſtas? Vniuerſis aut ē prædiorum noſtrorum villicis inhibemus: ne quid tibi obtemperent: ſi nolint id oē in eos conuerti malignitatis: qui tibi obtemperauerint. Scimus enim q̄ verſutus ſis: q̄q₃ multa ſummo noſtro geſſeris detrimēto: Rē habes: Abſtine. Ex Mediolano kalendis Maiis.

Inhibitiua grauis.

Niſi Virgilianū illđ in multos ſuarum rerū dn̄os cōueniret. Qui Vir. i. ęne
p̄mere & laxas ſciret dare iuſſus habenas: peſſime fierēt a pluri-
mis plurima: nec poſſēt deinceps repari. Mittūt a regib⁹ legati:
qui p̄uaricatione corruptelisq₃ pellecti: cōmittūt in dn̄os ſcele-
ra ... cernūt a ciuib⁹ p̄curatores: qui ſentiūt interdū cū aduerſa
riis. præficiūtur multis cauſis multi: qui errāt peccantq₃ væhe-
mētius: a quibus omnis abeſt innocētia: omnis grauitas: oīs fi-
des. Eos caſtigari iuſſit. Solō de re male tractata: ſed interim ne
deterius gererent: inhiberi: ne quid vlterius conficerent. Hinc a Solon:
pud Athenienſes & Romanos nōnulli ſunt malæ adminiſtratæ
reipublicæ damnati: vt alcibiades: Cyrillus: Diocles: Cicero: Sci
pio: Eurius: & nihilominus inhibita iis imperia: inhibiti magi- Qui p̄p̄t
ſtrat⁹. Id vt alias: ita nunc apud n̄ros obſeruatur: edicto publico malā ad-
ne q̄d audeat q̄ſq̄ exercere officii: in quo cōtaminatus eſſe ſuſpe miniſtra
ctus ſit. Quamobtem & paulus iuriſcōſultus inhibitorias inſti- tionē rei
tuit litteras: quibus vlterius progredi nonnullis inhiberetur: q̄ publicæ
male aliorū & inique cauſas agerent. Nec id quidē iniuria. Nam damnati
ſi loc⁹ eiuſmōi repatiōi nō foret: facillie lōgiores magiſtrat⁹ mł ſunt.
ta peccarētnā vt ait lactāti⁹: p̄poita nōnūq̄ ipunitate: q̄ & magni paul⁹ iu-
eſſent: & neminem vererentur: multa committerent. Quamob- riſcōſul-
rem illud recitatur. Naſciſcæ Scipionis: qui deleta Carthagine: tus.
ſuperataq₃ Græcia: nunc inquit nobis væhementer eſſe metuen lactātius
dum arbitror: ne fiamus inſolentes: cum neq₃ quos timeamus: Scipio
habemus: nec quos erubeſcamus. Quid autem et malos: vt The Naſcica.
ophaſtro placuit: magis arcet a peccando: & bonos vt attenti- Theo-
us bene viuant: cogit: quam cum intelligant paratos eſſe cenſo- phraſtus
res: a quibus plecti queant? Cum igitur hiſce diebus tu præ-

Gregoriani apoſtoli

tor vrbane ſententiam interlocutus ſis: qua quidem Læliũ eẽ torquendum cenſuris: qm̃ accuſatus eſſet parricidii: nec eum reclamantem audiueris: appellãtemq; non admiſeris: dicens: apoſtolos illi te Gregorianos daturum: nec modo Gregorianos dederis: in ſoleas eum conüciens atq; compedes: ſed etiam Neronianos: qui eum acerbiſſimo cruciatu quæſtionaris: ſum⁹ admirari tuam hanc temeritem: vt neque nos ſis veritus: nec ius ipſum. Sciebas autem eſſe nobis tui caſtigandi facultatem Quam ſi poſſe te id efficere cogitabas: cum id obſeruare interdũ liceat: ne appellatiõis officio: iuris tollatur executio: ſuccedebat quod animaduerteres: illud. Terẽtii: Sũmũ ius: ſũma iiuria ẽ. Tandẽ ne deinceps hũc dilaceres: ſi dilacerãdus nõ eſt, aut vbi plectẽdus ſit: ne nos paruifacias quibus minime deferas inhibitiuis hiſce litteris tibi ꝓcipim⁹: ne quid poſthac appellatione pẽdẽte innoues in Læliu: ni malis indignationẽ expiri nr̃am quinimo ad nos cõtinuo cũ Lælio mittas oĩs ea in cauſa ꝓceſſ⁹ cũ iis quæ ab illis pendẽt & emergunt: et etiã iis connexa ſunt vt quid rite iudicaturi ſim⁹: q̃q; tu recte iudicaris: intelli[illegible]⁹. Ruríus in eos ſoles imperium exercere: qui maieſtatẽ lædũt: cũ iampridẽ cõmiſerimus tibi: ne quid eiuſmodi iudices: quod crimen ad maius auditoriũ atq; tribunal pertinet. Verũ & remanerẽt impunita delicta: lædentem maieſtatẽ in ſeditione publica: vel cruẽto facinore: aut qui læſiſſe accuſaretur abs te captus ad nos remitteretur vigilum diligentiſſime cuſtoditus manu. Tu vero captiuos eiuſcemodi criminoſos aut continuo cædis: aut abſoluis: aut clanculum ea tractas: vt a nobis cognoſci non poſſint: nulla (vt cenſendum eſt) alia de cauſa niſi vt concuſſias & corruptelis delinitus demolituſq; potius tuo lucro q̃ publicæ conſulas dignitati. Quamobrem hoc tibi quoq; inhibemus: ne quomodolibet læſam cognoſcas maieſtatem: aut publicam ſeditionem: aut cruentam factionem: aut conuenticulas: aut rapinam & manipolium: ne & magiſtratu priueris. & omni re tua. Ex Mediolano vi. Nonas Maias.

Neroniani apoſtoli.

Terẽti⁹.

Crimen læſe maieſtatis.

Synonyma inhibitiua.

Fac ne hanc te in cauſam deinceps intromittas.
Ab hoc iudicio poſthac omnino ceſſa.
Inhibeo tibi omnem hanc cauſam.
Nihil auſis deinde in Lælium attemptare.
Nolumus licere tibi poſthac quicq̃ in eum.
Auferimus hac inhibitione tibi omnem in eum facultatem.

Inhibita ſit tuo magiſtratu deinde oīs opera in eam rem.
Abs te ſurrepta ſit omnis hac in cauſa vis maieſtatis.
Nullum deinceps ſit tibi in Lælium robur.
Vires officio tuo hac inhibitione cædimus.
Volumus vacare te penitus huius cauſæ cura.
Suſtulimus tuo tribunali cauſam hanc omnem.
Eſt tibi nihil agendum inhibentibus nobis in Lælium.
Aliis adhibe curam: hanc inhibemus tibi.
Nolumus ſis poſthac in Lælium curioſus
Cauſa omnis Lælij noſtro iuſſu tibi eſt abrepta.
Lælius in tuis non erit deinceps manibus.
Nō moleſtꝰ ſis āplꝰ Lælio: cuiꝰ cām nobis reſeruamꝰ. Inhibemꝰ hac epl'a oino tibi: ne quid audeas in Lælium animaduertere.

Titulus. lvi.

## Legis enunciatiua familiaris.

Fruſtra leges a principibus dicerētur (vt Mercuriꝰ inſtituit Triſmegiſtus) niſi ſuis enunciarentur & populis & iudicibꝰ vt quid ſ[...]uādum eſſet: aut a quibus abſtinēdum intelligi poſſet. Nā Athenienſes nonnunq̄ Ephoros lacedæmoniorum irridebant qui leges dicerēt ſuis. eaſq; in archiuū conferendas dicerēt: quaſi cunctis innoteſcerent: quę in archiuū cōferētur. Ego vero ſecus cēſeo faciendum ſeruandūq; potiꝰ Romanorū edictū: vt nulla lege poſſet hō plecti: quæ nō eſſet enūciata. Statuimꝰ igr̄ hoc tpe legē: vt nullus frumētum ex noſtro regno in aliud trāſferat: ni malit nos indignatos ſua experiri pœna. Id eñ̄ iccirco indiximus pœnę, vt abſtinerēt: q̄ ſolebāt in ſūma regiōis nr̄e charitudine maiorē inopiā facere. Sūt eñ̄ aliquod qui abūdāt annona: cūq; preciū eius intelligāt hac tēpeſtate ſummum: non animaduertūt: quid in patriā detrimēti cōferāt: vbi alio miſſo grano: ne ceſſitas ſuos vrgeat. At nos eos vel tenere ſua iubemꝰ: vel nr̄is venūdare: a qbꝰ ſi nō idē traditur precij. non iniqua ferāt mēte auariſſimi omnium: & ſuorū cōciuiū ac p̄ximorū inimici: ac inſuperos ingratiſſimi: a quibus cum acceperint beneficium in legendis pluribus q̄ cæteri ſoleant: abutuntur munere: indigni quidem quibus munera dimittantur. Lex igitur hæc epiſtola enunciatur vobis ſingulis ſubditis noſtris ac terrarum noſtrarum incolis: accolis atq; aduenis: ne quid poſthac temere præſumatis frumēti: vel exportare: vel exportādū alio venūdare ſub noſtrę indignationis pœna Ferremus enim tam grauiter vt grauius nihil eſſe quiret. Ex Mediolano Nonas Maias.

Mercurius. Trimegiſtus.

## Legis enunciatiua familiariſſima.

Enunciam⁹ hac epiſtola publica nobis legem quam ædidimus indictamq̧ voluim⁹ noſtris omnibus: vt nemo ſeſe in galliam: aut mercandi cauſa conferat: aut q̄uis occaſione inuēta vel cauſa: ne īcurrat & rei quam ſecum deferat perditionem: & quadrupli ſolutionem. Nec qui non obedruerit quicq̄ expectet a nobis gratiæ. Quid eñi inepti⁹ eſt in principe q̄ ſ ieorū miſereat a quibus cōtemnitur? Cauſas aūt huius legis & multas & equiſſimas fuiſſe oēs exiſtimēt. Nichil ſolemus pperā meditari: præſertim in gallos cum quibus ſumus nedū antiqua familiaritate coniunctiſſimi: verūetiam affinitate deuincti Sed ita nūc opus eſt facto vt aliqñ nos oīno nō negligāt: & arbitrentur poſſe noſtros ſine illorum viuere nondinis: ex quibus omnem toti⁹ orbis theſaurum prodire iactant. Occurrunt & alia quæ neſciūt: quibus ſatis eſt obedire. Ex Mediolano. iiij. Nonas Maias.

## Legis enunciatiua grauis.

Cecrops Solos. Iuſtinianus. Theodoſius

Nō iīuria Cecrops Athenarū inſtaurator inſtituit qd a Solōe nō mō mutatū nō eſt: at poti⁹ cōfirmatū vt ſigulis vrbib⁹ atq̧ [pri]cipib⁹ fas eēt: ſibi ſuiſq̧ legē dicere. Itaq̧ id in cūctos licere populos lege publica ſancitū a iuſtiniano legim⁹: & a Theodoſio cōpbatū & pri⁹ inuētū. Nā vt vrbes q̄q̧ ac pricipes alias habēt nationes atq̧ cauſas: ſic eis leges ſubminiſtrāt. Itaq̧ in ægypto ſiluas cædi nephas eſt. In Liburnis ac epiro: vbi robora ioui ſacrata eē dicūt: ſed publica: nō cædi ſyluas: ē nephas. Græcas mulieres ad circū ſaltare nō dedecuit: ad latinas ſaltare: dedecet. Regib⁹ ob rōnē quōdā dabat purpura: nec m[u]lto añ impatorib⁹ Thraciæ: nūc oēs ea indui poſſūt. Alicui vineta ſūt rariſſima: tibi pœna mulctant qui in vineas pdeūt. At in Creta: Naxo: Chio: Chāpania: Liguria ſūt fertiliſſima & plurima hæc: neq̧ exigit: nec indicitur pœna. Recte igi voluit legis ferēdæ miniſtrū Sceuola: di-

Sceuola ligentius conſiderare: abrogaret ne lex: aut derogaret. rurſuſq̧ inhiberet: an licentiam daret: atq̧ iterū pmitteret ne aut vetaret & id omne aut aliud ad tempus: an ſemper cum hiſce viis pararētur legum ferendarum rationes: aliudq̧ ex alio iuſtū ac hone-

Mutius. Scæuola ſtum naſceretur. Nā Mutius legem ſtatuit vt vinū mulier ſi qua biberet. veſtalis eſſe ſacerdos non poſſet: turpiterq̧ nobili mulieri vino vti turpe ſit. Semper igitur obſeruandum inſtitutum eſt quoniam conducebat pudicitiæ atq̧ modeſtiæ. Virgineus de-

virgine⁹ creuit: ne mulier in templum iret nuda caput: niſi tegeretur vndiq̧: ne cui viſa placeret. Id hodie non obſeruatur: vel peiorib⁹

fortaſſe tēporibus:vel moribus hæc non admittentibus.Leges ergo ſeruiunt & cauſis & temporibus: & ſunt ferendæ non ſine cauſa: ſed non nunq̄ ignota pluribus cauſa.Vanū enim eſſet vo=care vel minimos quoſq;: vbi lex ferenda foret:qui aut cauſas audirent:aut aſſentirent.Vt enim vulgus eſt ineptum.ita in contrarias ſæpenumero ſententias traheretur.Vbi vero multitudo foret dominantium:in illud incideretur Licurgi:cum declarauit quare plures dominos Lacedæmoniis non decreuiſſet.Nunc autem & nos tulimus duas leges: quas expoſuimus populis:vt obſeruent: Aliam decimariam(vt vectigal decimarum quod no=ſtris maioribus iamdudum tradi conſueuerat:neſcimus qua incuria vel egeſtate temporum deſuetum) in vſum redeat Aliam ſalis:vt idem in ſale vectigal expendat:quod iam annum cēteſimum circiter ſolebat.Si quis eni admiretur:reuocare nos haſce tam obſoletas leges & populo odioſas:aut tacitus conquieſcat: etiam ratione non audita :aut hūanitate noſtra functus hanc ha=beat rationem: p id tpis has fuiſſe vectigalium abrogatas leges q [illegible]ceſſitas vrgebat & metus.Nā in væhementiſſima primū peſtilentiæ vi annū centeſimum circiter exactum: tanta fuit turbæ paucitas:vt ſalis tradendi conditionem opus fuerit incidere ac expectare vt populi creſcerent:quibus ſal traderet:non quia nō eſſent ſuperſtitibus illis opes:quibus vectigal ad ſe pertinēs traderent:ſed quia nos in conducenda tanta paruitate: ſalis amiteremus potius ex precio q̄ lucraremur.Nunc autem in priſtinā redeuntes conditionem ſalis a nobis noſtriſq; vectigalib⁹ emendi & precium & pœnam illam indicimus :& legem eandem quę in Archiuo eſt inuenta noſtro:reuocatam in vſum:annunciem⁹. Decimarum autem legem per id temporis obſeruari deſiiſſe ſcimus: quo finitimi nobis bellum comminati multos ex noſtris habere conſentaneos.q̄obrem & nos inualidi ac minores natu: & metuentes ne quid ſeditionis obeſſet: tolerauimus quę populi voluerūt:q̄q̄ inique in noſtros reditus priſtinaq; ſeruitutē violenterq; cōſtituta.Nunc aūt reuocamus eam legē in vſum vete=rem:enūciamuſq; oībus reuocatā hortamurq; ne q̄s obſeruator nos irritet:cogatq; reuidere quātū ſim⁹ hacten⁹ paſſi detrimēti: vobis q̄d debebatis nō ſoluētibus.Leges ergo quas reuocatas innouataſq; vobis enūciamus obſeruate:ne pœnam grauiſſimam incurratis.Ex Mediolano.iii.Nonas Maias

Lycurg⁹

Synonyma legis enunciatiua

Legem hanc a nobis latam eſſe:vobis enunciamus

Abrogaſſe nos hanc legem ſignificamus.
Scitote nos ei legi derogaſſe.
Non eſt amplius ea lege (noſtro iuſſu) abutendum.
Reddimus vos ea de lege certiores.
Ne vos lateat: hanc nos legem edicere.
Conſtituimus eam ſeruari legem.
Cupimus a vobis intelligi: eā nos legem decreuiſſe.
Quę lex fuit hactenus obſoleta de decimis. in vſū reuocata nūc ē
Legē ſalis olim iacentē nūc e ſomno ſurrexiſſe: vobis enūciam⁹.
Ne abutimini poſthac ea lege.
Rediit ea lex in vim priſtinam.
Facio vos commonitos: meo iuſſu locum eſſe legi Agratiæ
Reddidimus legi iuliæ ſuas vires.
In ſuū antiquiſſimum robur. illud reuocauim⁹ legē Corneliam
Non eſt dubitandū de ſicariis: q̄a lex eſt a nobis in eos facta.
Quid noua noſtra lege decreuerim⁹: vobis enunciamus.

Titulus. lvii.

Læticiæ nouæ nuncia familiaris

Plutarchus. Quam mihi vita hoc tempore iucūda ſit: hæc epl'a nouæ læticię nuncia tibi ſignificabit. Sum enim illo plutarchi ductus ad ſcribendum hoc quoq;: cum ait voluptatē amicis ſignificatam amicorum perinde ac propriam eſſe. Quo enim a me differs alio q̄ corpore? Animo ſumus ambo quidem vno. Itaq; quod mihi lætū ē: lætū eſſe tibi pariter nō dubito. Nō videt̄ igr̄ alienū a rōne ſi te participē facio rei tuæ. Sum aūt in hac vrbe plurimū honoratus a principe maximopere: qui non ſolū præſum monaſterio: q̄d & ingenii acrimonia: & inconcuſſa mente: & ſumma prudētia opus eſt gubernare: ſed in multis exerceor maximiſq; rebus in cōnubiis tranſigendis: diſcordiis plurimorū ſedandis: amicorū animis recōciliandis. componendiſq; cauſis ĩterdū difficillimis quibus & ſi viro longe præſtantiore foret neceſſe: ſuppedito tamen tantū induſtriæ: vt nequeam non gloriam reportare pluſq̄ optatam. Id ego tamē diuinæ tribuo benignitati quæ multo largitur ſeruis plura q̄ ſint promeriti: eo magis eos ad virtutes: pietatem: æquitatem: charitatēq; inuitans. Ah hæc autem ſum ad finitimas perplures inuitatus prædicationes: non qui merear eſſe tā attente vocatns: quaſi aut ſanctus ſim moribus ac vita: aut ingenio doctrinaq; maximus ac diſertiſſimus: ſed eadē vt opinor diuina largitiōe: q̄ vt plura in me cōfert: eo me vocat in grādiorē ſui numinis curā. Hęc ſūmatī habes ĩtelligiſq; q̄ lęt⁹ ſim & q̄ te

(q̄ me amaſ) oporteat lætū eē. Ex Mediolāo pridie Nonas Maias

Læticiæ nouæ nūcia familiariſſima

Tam ſum hoc tp̄e lætus mi frater: vt plane geſtiā. Rediit enim ex Syria pater meus ditiſſim⁹. poſſumq; poſthac non angi: vt ſole bā futurā vitæ conditionē meditatus. Nam vt nō te latet: quib⁹ non eſt in hoc orbe ſummū æs: ii muſſitant diuites læti ſunt Di ces in virtute diuitias ſitas eſſe. Nec id quidem inficior. Sed vt Iuuenalis inquit: haud facile emergūt quoꝝ virtutib⁹ obſtat res angusta domi Crede mihi (qđ apđ Naſonē legr̄) miſeros pruden tia pria reliq̄t: & ſeſ⁹ cū re cōſiliūq; venit. Lętícię nouę ſit igiť hæc epl'a ſed familiariſſima nūcia: cui⁹ & te p̄ticipē eſſe velim: quem amare adeo me ſcio: vt oia mea ſint tibi cōmuniſſima. Ex Medi olano. Nonis Maiis. Iuuenalis in vmbri cio Ouidius de ponto

Leticiæ nouæ nūcia grauis.

Qui primi oīm læticias hoīm mētib⁹ inſtituerūt: eos (vt Heſiod⁹ docet) ſuperos fuiſſe cenſeo. Nam mœrorē certe lachrymas la bores/ languorē/ & reliquas aī p̄turbationes recte poete noctis & ..ebi filias declararūt: Eumenidaſq; vltrices ab inferis p̄dire quæ nō ſināt iniucūdos cōq̄eſcere: at delectationes a cęlitib⁹ tra ditas: & Charites a diis p̄creatas nō iniuria deſcripſere. Nā quæ mens inquieta vel p̄turbata q̄c q̄ poteſt vel recte iudicare: vel nō poti⁹ errore ad iudicādū induci? Vt ei Ariſtotele teſte: temeritas obeſt cōſilio: ſic rationi p̄turbatio. Quo fit: vt neq; afflictus poſ ſit nō temere iudicare: necnō p̄turbare. At deus optimus cū mer cedē voluit rite ſibi obtēperātib⁹ polliceri: Gaudete inquit & ex ultate. q̄m merces veſtra copioſa eſt in cælo. Gaudēt & lætenť an geli aſſiſtentes ſuperis: Affligunť & torq̄nť dæmones mali dāna ti apud inferos. Lęticia quę nos acceperit noua: eſt tibi nūciāda vt cognoſcas q̄ me deus foueat. Vbi legebā inť nr̄os quotidiana illa philoſophica & theologica: q̄ nr̄a eſſe nō neſcis: venit q̄dā fu rioſior poti⁹: q̄ ſapiētior ſed neq; rudis: neq; nō diſertus q̄ voluit me tēptare: rogauitq; q̄d exiſtimarē eſſe Angelū? bonū rn̄di nun ciū At ipſe male inquit accipis. Nam ſi angelus bonū per ſe nun ciū ſignificaret: fruſtra dicti ſūt Euāgeliſtæ boni nūciatores: aut Euangeliū bona nūciatio: cum: Eu: apud græcos idē ſit: q̄d apud nos bn̄: vnde & Euchariſtia bona gratia. Huic ego: dic mihi bone vir: q̄uis id etiā proprietas vocabuli nō ſonet: poſſet ſonare vo cabulū re ipſa? Negāte illo. Sic ego: inuēt⁹ dū Saluator in medio doctorū in templo rn̄dens & interrogās illos: Ad doctores omēs intelligimus: q̄ docent: quoquidē vocabulo & ii dici poſſūt: q̄ prę

Heſioduſ Eumenides Charites Ariſtoteles Chriſtus Angelus Euāgeliſtæ Euchariſtia

ſũt litterariis laudis. Vnde id poti⁹ cẽſendũ eſt eſſe de theologis doctoribus q̃ de reliquis dictũ? propterea inquit: ꝙ dei filius nõ niſi de diuinis cenſendus eſt ſolit⁹ cõmẽtari. At & homo chriſt⁹ erat: & inter hoĩes verſabatur: & tũc admodum erat puer: cur nõ ſic de humanis vt de diuinis? Q̃m qđ erat in templo cum doctorib⁹: id ſignificat: cũ alio loco dixerit: Dom⁹ mea dom⁹ orõnis ẽ. Huc ego te demũ puexi quo volebã: vt faterere vocabulum illd̃ vniuerſale ad oẽs doctores: ad eos hic reſtrĩgi ſolos: qui de diuinis rogabãt atq; rñdebãt: pręcipue cũ Ieſus ad matrẽ dixerit: Neſcitis in iis eſſe me oportere q̃ patris mei ſũt? Angel⁹ igit̃ & ſi nõ bonũ poti⁹ nunciũ: q̃ nunciũ abſolute ſignificet: cũ tñ diuin⁹ ſciatur nũcius eſſe: bonus intelligi debet nuncius. q̃ aũt euãgelium dictũ eſt: ad excellẽtiam diuini verbi dictũ eſt. Obſtupuit ille tam diſert⁹: vt dicitur: gręc⁹ vocabulorũ interpres: nec auſus eſt obiicere quicq̃ aliud me ſibi ſatiſfeciſſe perpulchre dicẽs. Id & ſi nõ eſt læticiæ maximę munus per ſe: nunc tamen ſũma me affecit: voluptate: cũ inuidi nonnulli exiſtimarẽt nequire me q̃cq̃ aduerſus illius dicta rñdere. Læticia igit̃ hæc fuit hoc maior: quę ſunt liuore tincti q̃ cũ tibi amiciſſimo cõmunẽ eſſe ſciẽ: quẽ vnice amo: & a quo amari plurimũ opinor: Ad te ſcripſi: vt non minus tua ſit voluptas hęc q̃ mea. Ex Mediolano. viii. Idus Maii.

Synonyma læticiæ nouæ nunciatiua.

Magna me tui fratris videndi læticia cœpit.
Haud facile dixero: q̃ lætus nunc ſim.
Hæc voluptas in me maxima quidem eſt.
Nihil hoc tempore iucundius eſſe mihi potuiſſet.
Affect⁹ ſũ tuo filio viſo tãto gaudio vt mai⁹ vllũ eſſe nequeat.
Læticia eſt hac in re mihi maxima.
Tã lęt⁹ ſũ hoc tuo munere: vt ãpli⁹ eſſe nõ poſſe vnq̃ opinor.
Nõ exiſtimabã vnq̃ ad me tantã vlla pro re læticiã peruenturam
Quid eſt cur lætius viuere queam: q̃ nunc viuam?
Fuiſti in me letificando propenſiſſimus.
Ego tã lęt⁹ ſũ hiſce tuis acceptis lr̃is vt lętiorẽ eẽ m̃ poſſe nõ ducã
Hoc gaudiũ commune tibi eſſe volo: quod maxime me letificat
Cura vt tam lætum me ſemper efficias: q̃ nunc effeciſti.
Debebam tibi plurima: ſed quod me adeo nunc lætum effeceris debeo dedicoq; me totum.

Titulus. lviii.

De filio principi nato lætificatiua familiaris.

Et ſi multa ſunt argumenta: quibus omnis fortuna noſtri prin-

cipis nos debeat plurimum obleƈtare:tū hoc imprimis:cum fi=
li⁹natus eſt ei.Tunc eñ intelligimus nos eſſe diutius ſine cura ī
pace quieteq; noſtra faƈturos negocia & omni moleſtia vacatu=
ros.Nam vt Homerus ait:cui principi non eſt fili⁹:is perīde ac Homer⁹.
priuatus populis vir .At vt Euripides dixit:principis filius læ= Euripi=
tificat populos.At non iniuria Heſiodus inquit:Nihil eſt tā po des.
pulis exoptandū:q̄ vt principi filius ſit:cuius ſe facie quaſi ſolis Heſiod⁹
aſpeƈtu a tenebris diuidi poſſe cenſeat.Natus igitur noſtro inui
ƈtiſſimo principi fili⁹ tam nos reddidit oēs lętos:q̄ quicquid vſ=
q̄ voluptatis contingere quiuiſſet.Quid eñ ſi ſapiebamus:væ=
hemētius optabamus?Noſtris deniq; precib⁹ ſupplicationibuſ
q; ſuperi ſatiſfecere.Puer nat⁹ eſt nobis:vt illo vtar Chriſtiano:
& filius datus eſt nobis:cuius fide ac prudentia poſſumus aliq̄ñ
iuſtiſſime regi:pacatiſſimeq; gubernari.Hanc voluptatē noſtris
oibus communē eſſe reor:verꝫ etiā illis ad quos nihil hæc ſucceſ
ſio pertinet.Manifeſto eñ quotidie intuemur & cometē:& alia
cæli ſigna pro principibus apparere:quippe quorꝫ ortu atq; in=
tiūt & deficiunt plurima.Quod eñ vnius obitu principis
cuius non ſint ſucceſſionē hęredes vlli filii poſſeſſuri:mutatio=
nes faƈtas eſſe legim⁹ vidimuſq; nonnūq̄?At nomē hoc filii co
hibet oīa:nihilq; permittit aduerſi patrari:nihil inſidiarꝫ a fini
timis parari.Gaudete igitur & nos vobiſcū hoc tam optato bo=
no & alios noſtra leticia gaudere ſil' docete:vt et noſtra ſua cau=
ſa itelligāt finitimos ēt nr̄os lętos eē.Ex Mediolano.vii.Id⁹ maii

pro filio principi nato lætificatiua familiariſſima

Quod plurimum omnes optabam⁹:ſum⁹ hoc tandē ſummis in
numerabilibuſq; ſupplicatiōib⁹ cōſecuti vt natus ſit noſtro prin
cipi filius.Oq̄ ſcitus eſt infantulus.Facies priami vt Ariſtoteles Ariſtote
ait:digna eſt imperio.Nihil habet cum plebæis commune:tam les.
formoſus eſt:tāta proceritate mēbrorꝫ:tam egregie robuſtis no
dis ac internodiis.Admirantur hunc matrone:natumq; dicunt
iam triēnem exiſtimādū q̄ ſit hec huic vniuerſo regno vęhemēs
læticia īñ potes cōieƈtari:qđ vt optabam⁹ & ſperabam⁹:ita dubi
tabam⁹ nūq̄ nō poſſe a ſuperis conſequi. Deorꝫ beneficio faƈtū
eſt:vt & nos votis noſtris largitionē inuenerimus:& de hoc pri=
cipatu ſit ſubditis vniuerſis ſpes bona reliƈta: Nam vt eſt prin=
ceps noſter prudentiſſimus:& gubernat nos ſapientiſſime:ſic fi
lium inſtituet ſui ſimilem:ad omnē virtutis gloriam.Lætemur
igitur & exultemus omnes:hoc tam iucundo & fœlici munere.
Ex Mediolano.vi.Idus Maii.

f 3

pro filio principi nato grauis.

Antiquiſſimus populorum mos extitit:vt cũ principib⁹ filii na
perſæ. ſcerẽtur:oẽ ſũmæ læticiæ gen⁹ declararet.Quãobrẽ perſæ vndi
q; cũ munerib⁹ eo caſu cõueniebãt.vt & regi gratularent:& pſal
tis choruſciſq; publicã exultationẽ exprimerẽt.At ægyptiis re
ægyptii. gibus aliqñ plus dicitur:vno filio nato:tributi acceſſiſſe:q̃ cũ to
ti⁹ anni reddit⁹ mittebãtur.Quare apd̃ illos trito id cęperat vſu
plato. pari(vt Plato inqt)verbo:boni ſunt anni fructus:ſi fili⁹ regi nat⁹
Thraces eſt.Thracibus vero regibus ſolebãt occurrere cũ ſacrificis ſacer
dotes pæana canentes:cuius auſpiciis bonis filii creti forent il
Diome- lis.Quẽ quidẽ ritũ cũ dirimiſſet Diomedes ille crudeliſſim⁹:po
des. pulis odioſiſſimus fuit.At Arcades habuerũt Lycaonẽ ſemper
Arcas. infenſũ:poſteaq̃ Arcadẽ(quẽ poetæ iure fabulantur in vrſũ eſſe
verſum:qm̃ patris metu lateret in ſiluis)pepuliſſet ex regia:coe
giſſetq; profugũ in certa latere ſede.Nã ſi gratulãdũ eſt principi
q̃ filios cui filius nat⁹ ſit:multo debet eo filio magis lætari pater cui⁹ eſt
eiecerũt. & cui⁹ cũ ſalute ſua cõnexa eſt ſalus:q̃ ſi vero modo nõ lætatur:
ſed eius interitum quærit:is merito eſt oĩbus odioſus & Ly[ca]
nis ꝑmerit⁹ eſt cognomẽtum:eoq; pei⁹ qd̃ vel ipſi lupis ſuis a[m]i
Tantal⁹. ciũtur fœtib⁹.At Tantal⁹ rex tam illuſtris q & europæ magnas
rexit vrbes:& grandem Aſiæ ptẽ ſubegit:iccirco coactus eſt de
mũ in ſe ſuoſq; mores omnes poetas plura fingere:q; cũ habe
ret pelopem filium:nõ modo lætus eo non erat quẽ amabat vni
pelops. uerſa gręcia:ſed eũ a ſe pepulit:& exulare coegit:quã gręci im
primis odiũ eiuſq; virtutẽ ſibi regẽ aſciſcentes:ab eo ſuę regio
ni nomẽ dederũt.eãq; Peloponneſum vocauerũt.Quid Ageno
rẽ i mediũ afferã:quã phœnices pari ſũt iſectati rõne:quod Cad
Agenor. mũ a ſe filium abdicaſſet:Is aũt non multo poſt in Boetia The
Cadmus bas condidit.Aſtyagem in nepote Cyro eiiciẽdo dãnãt:& Amu
aſtyages lium in fratris Numitoris eiiciẽdis nepotibus improbãt:& La
Cyrus. ium crudeliſſimũ in Oedipo filio feris mãdato:ſui ſceleris paſ
amulius ſum eẽ pęnas dicũt:propterea quod non læticiã publicã(vt de
Laius. bebant)exegiſſent:ſed dolorẽ acerbiſſimũ:quod ab oĩ nature
vi alieniſſimũ & videbatur & erat.Quo eñ debẽt iucũdius exhi
larari parẽtes ac aui:q̃ ſi filii nepoteſq; naſcãtur a quib⁹ ꝑpaga
ri videant genus ſuũ ſuæq; imortalitati ſtuderi:Tã eſt imortali
tas ſola(cuius videtur eſſe omnes:quãto maiores & magis ſunt
illuſtres cupidiſſimi)bonis omnibus exoptãda:vt cum aliquid
acquiritur:vnde poſſit ea quiq̃ nãciſci muneris:in eo ſit omnis
mẽs occupata:ab eo pendeat voluptas omnis.Quare ſapientiſ

ſime dictum eſt apud Virgilium illud: Omñis in aſcanio chari ſtat cura parentis. Natus igitur nunc nobis filius & nos ſummopere lætos fecit: & vt epiſtolas ei⁹ cauſe lętificatiuas ad amicos mitteremꝰ atq; ſubditos fecit. Lętari certe nos ſumꝰ ſupra modũ: nõ ſolum ea iucũditate: quę communis eſt patribus ſingulis: vt filiorum ſucceſſione viuãt: ſed ea voluptate quę nos nobiſcũ ſubit: vt videamus iam parari: qui nobis obeũtibus aliqñ: vt mortales ſumꝰ interituri: noſtro nomine ac nutu: iuſte ſapiẽterq; vos omnis moderetur atq; regat. Quid eñ eſt dubitãdũ populis: ne pace viuant tranquiliſſime: cũ bene natũ regem habent? At vobis amici ac fœdere mecum iuncti communẽ iccirco voluptatẽ hãc reor: qm̃ vt patrimonioꝝ ſũt filii Demoſtenis inſtituto: ſic debẽt paternaꝝ eſſe amiciciaꝝ hæredes. Quare vt ego veſter ſemp fui nullaq; in re diuiſus a ſtudiis & voluntatibus veſtris: ſic filiꝰ hic futurus eſt meꝰ paternæ mentis emulus: ad quæ omnia ſic inſtituam: vt in eo alium meipſũ vos eſſe nactos: ſitis nõ multo poſt intellecturi. Gaudete igitur mecum et publicæ huic læticie feſt uiſce dedicemus dies: cum ſacris etiã vt talis in nos filiꝰ futurꝰ ſit: qualis pr añhac ſẽp extitit. Ex Mediolano .v. Idus Maii. Vir. i. ęne Demoſthenes.

Synonyma pro filio principi nato lætificatiua

Lætandum eſt nato principi filio.

Communis nos pro nato nobis regulo voluptas capiat.

Fandem agamus lęticiam propter natum nobis principis filiũ

Choros & ſaltus adeamus pro nobis nato principis filio.

Gaudeant omnes hoc nato regis filio.

publica eſt hæc non priuata læticia: quod noſtro principi nato ſit pignus.

Succeſſurus noſtro regi nunc natus infans communem in nos contulit voluptatem.

Sumus tam ſumma detenti lęticia propter principi natum hoc die filium: vt nihil voluptuoſius: nihil iucundius dici poſſit.

Tanta læticia tenemur: cuncti vt nihil addi poſſit ad cumulum: quia filius eſt principi noſtro nunc natus.

Ob natum nunc mihi filiũ: cupio vos mecũ pariter exultare.

Qui me amant: hanc meam exultationem propter natum mihi infantem ſibi communem faciant.

Qui particeps eſt meæ iucunditatis: quia natus ſit mihi filiꝰ: nõ me minus longe exultabit.

q meꝰ ẽ vl' affinis vl' ꝑpiquꝰ: natũ mihi filiũ meũ ſũmope lætet:

Titulus. lix.

De filia nata lætificatiua familiaris

Viri boni iuriſconſultorum illud maximum vitium conſiderantes, vel duce natura: non minus filias amant: q̃ filios. Eodem beniuolentiæ gradu ſuo ſemine natos proſequuntur. Quamobrẽ
Artaxerxes. Artaxerxes vna dicebat ſibi nata filia: duos ſibi filios quæſiuiſſe quoniam Horontem ſibi generum adoptaſſet. Inde fit: vt neq; natura repugnet: nec interdum conſuetudo nec iushominum vt amentur filiæ nõ minus: q̃ filii. Quare cum mane ſit nobis nata filia: & nos lætati ſumus maximopere: & vt lætentur æquæ amici noſtri: plurimum cupimus: qui nullis a mente noſtra videantur eſſe ſtudiis abhorrentes. Si nos igitur amatis: vos ſubditi publicam læticiam choris/ſaltibus/ſupplicationibus triduanis efficite: omneq; voluptatis honeſte genus exercete: At vos amici patres atq; fratres: declarate cæteris mea queq; nobis eſſe cõmuniſſima. Ita enim me dii adiuuent: vt non minorem ex hac nata filia voluptatẽ ſuſcepimus: q̃ ſi fili⁹ ortus foret. In hac noſtrã nos ſolabimur ſenectutẽ: arbitrabimurq; naſcituros nobis nepotes oẽs filios fore: vobis (vt opinor: & curabo) gratiſſimos Ex Mediolano: iiii. Idus Maii

De filia nata lætificatiua familiariſſima

Cum nobis ſit nata filia. ſumus non mediocriter lætati: ſiue qđ nullum haberemus antea pignus: ſeu quod eo pacto nos ad amãdum inuitet natura hominum hac in re ductrix atq; gubernatrix Cupimus autem eadem eſſe lætos iucunditate cæteros: qui nobis ſunt vllo vel amicitiæ vel propinquitatis deuincti genere. vel clientelæ ac ſeruitutis ſubditi debito vt patefaciãt: nulla ĩ re vel mœſta vel læta: ſeſe a nr̃is mẽtib⁹ eſſe diſiũctos. Itaq; quo plurib⁹ ac maiorib⁹ puublicę leticię ſignis hæc cõis mihi vobiſcũq; reliq̃s finitimis omnibus voluptas declarabiť: eo mihi rẽ gratiorẽ & chariorem effeceritis. Ex Mediolano pridie idus Maii

De filia nata letificatiua grauis

Quamq̃ natura docet: nõ minus amari debere filias: q̃ filios (vt
plato Plato docet) tamen eſt & illud nobis argumentũ: quod veteres omnium doctiſſimi non ſine cauſa: vna voluerunt appellatione
Cicero mares fœminaſq; dici filios: vt Ciceronem legimus: cum ad filium filiamq; ſcribebat: dicere ſolitũ filios dilectiſſimos. At principibus Aſſyriis qui primi omnium regna gubernarẽt: non min⁹ filię ſuccedebant q̃ filii. nec Medis rurſus: nec Græcis ſi & in
plato Argiuis videanť & in Thebanis plurima. Nec me deterret ꝙ pla
oui. i. me to voluit muliebre ſemẽ eſſe fœminã; virile vero marẽ qđ & Na

ſo declarauit illo Deucaliõis accepto pyrrheq́ꝫ oraculo:vt quot tamor
quot lapides poſt ſe iaceret frater:mares quotquot ſoror: futu=
ræ fœminæ quidẽ eſſent:cũ Ariſtotelẽ.quã ſequunt̃ hodie omẽs Ariſtote=
ſapiẽtes:ſciamꝰ oẽs filios patris dicere:nec cõiugẽ aliđ q̃cq̃ ope= les
rari q̃ tellurem.quæ acceptũ foueret ꝓpagaretq́ꝫ ſemen.Sed eſto
ſit verus plato: qui pote hoc fit:vt mater tam amet ſincere igit̃ plato
filium marem illum quidem quem ipſa non genuit: Vt ea com=
munis & ſtudiis& mente viro idem pignus amat:quod ſine viro
nunq̃ edidiſſet ſic amet & pater filiam qua niſi coniugi fuiſſet ad
iumento:nũq̃ illa peperiſſet. Quid ꝙ Ariſtotelis teſtimonio pa= Ariſtote.
ter plus filiæ afficit̃ neceſſario:mater vero filio? Nam cum ma= les
ter non auxiliaris ſit:ſed quę auxilium poſtulet:illum filiorum
amat væhementius:a quo plus intelligat aliquando ſe poſſe ad
iuuari:cuiuſmodi marem ſibi futurum adiumento certo ſcit qui
naturæ ductu patris ſupſtes:matrẽ poſſit adiuuare .At pater qui
auxiliator eſſe ſolet:& ea de cauſa filios amat:vt ipſis adiumẽto
ſit iccirco diligit natas pluſq̃ natos:quoniam maribus om̃ia ſũt
ꝓſ ra:fœminæ ſine ſubſidio patris male ſint habituræ.Quid
quod hinc affinitates principibus quæruntur q̃ plurime:quibus
ſolent contineri principatuum nerui:ſucceſſioneſq́ꝫ ſtabiliri Nã
ꝙ inter Cęſarem & pompeiũ:inter Danaum & Aegyptum:inter ꝙ affini
Aſtyagẽ & filiæ natum fuerint diſſidiæ:diſcordiæq́ꝫ non vulga= tates ali=
res:id ne quidem reliquos ad minus amandas cõmoueat filias: q̃ñ ſũt
cum & ille id quidem accerbiſſime tulerint:& non omnes eædẽ cauſæ diſ
ſunt filiæ:non omnes iidem generi.Quanto Oedipo iucũdior fi cordiaꝝ.
lia:quæ cæcũ eſt patrem ſemper comitata:& ea quidẽ tutata dili Oedipi
gentia:vt nihil ei potuerit eſſe hac ſublata iucũdum:cum hac ni= filia
hil pene moleſtum? Quot poſſemus eaſdem in medium afferre
quibus intelligeret̃:non lætos eſſe poſſe patres minꝰ filia nata q̃
filio? Quid ſi interdum & multo magis? Hinc vbi nunc nata eſt
nobis filia:nec minus lætati ſumus:q̃ ſi filius naſceretur:nec mi
nus alios eſſe lætos decere opinor:qui nobis afficiuntur. Itaq́ꝫ
vos qui nobis eſtis ſubditi.debetis publicam hanc læticiam ex
ercere:vt intelligatur a nobis noſtraq́ꝫ voluptate pendere veſtrã
quos nihil alienum a mente noſtra factitaſſe aut facturos certum
eſt.Vobis aũt O amici ac nobis fœderibus deuincti:nõ edico nec
præcipio.ſed ſupplico:& ſi æquũ eſt pro mea in vos fide: rogo
atq́ꝫ obteſtor:ne minus ſitis in hac læticia publica me minus iu
cundi feſtiuiq́ꝫ:q̃ ego& fuerim & ſim & eſſe conſtituerim.Nolim
enim quemq́ꝫ arbitrari:quoniam filia ſit:aut nos auaricia ductos

dotis adimplendæ cauſa:aut vllo doloris genere pellectos: confuſos exiſtimari. A mente noſtra nihil eſt alienius vituperatiõe nihil nobis cõmunius & antiquius cupiditate glorię:vt facile cognoſci poſſit:nihil mihi ſimulandum aut diſſimulandum. Quare cum & ipſe vere lætor: & vobis lætandũ eſſe ducam: rogo vt hanc publicam læticiam ſic exerceatis: vt exercui ego hactenus Ex Mediolano idibus Maii.

Synonyma de publica pro
filia principi nata læticia.

Lætandum eſt publicæ pro filia principi nata:
Nihil voluptatis omittendũ eſt pro ea quę nata eſt principi filia
Cum creta ſit principi nata:gratulandum eſt ei
Nobis ſummopere gaudendum: quia filia eſt regi noſtro creta.
Poſt ſatam regi filiã:& ipſe exultat:& nos exultamus
Summa nos voluptas conſequatur:quando filia regi nata eſt
Nihil poteſt hoc tpe nobis iucundius eſſe: q̃ ꝙ regi ſit nata filia
Pro ea læticia:qua rex noſter exhilaratur propter natã filiam & nobis pariter lætandum eſt.
Nihil eſt publicæ prætermittendũ feſtiuitatis vt principem imitemur in nata ſibi filia.
Tã eſt dux nr̃ ꝑ filia ſibi nata læt⁹:vt nobis identidẽ faciundũ ſit
Faciemus rem duci iucundiſſimã:ſi propter filiam ei natam publicam lęticiam exercebimus.
q̃ gratiſſimi poſſumus eſſe duci:pro eius filia publicam exercẽtes feſtiuitatem
Ob filiam duci natam debem⁹ & choros & ſalt⁹ ꝑ vrbem agere.
Afficiemus ducem incredibili iucũditate:ſi ꝑ filia ſibi nata vt ipſe iubet:publicã lęticiam oſtendemus.

Titulus. lx.

De hoſte fugato vel cæſo familiaris.

Iam deniq; cæſus eſt noſter hoſtis:qui nos atq; noſtros omĩs iãdudũ inſectat⁹ eſt om̃i ꝑſecutionis ac odii genere: Iam nihil nobis eſt timendum amplius. Imitari debemus Aſſyrios. quibus ꝓ hoſte cæſo faciebant non publica ſolum ſacra:ſed feſta triduana vt declararetur omnibus q̃ hoſti cauendũ foret:cũ eo cęſo tantũ exultaret. At Perſæ inter eoſq; magis Zoroaſtris inſtituto cõſtituerunt:vt quicũq; hoſtem cæcidiſſet:non ſolũ publico donaret munere:coronaq; magni pręcii:ſed int ciues ſũma valeret & auctoritate & gratia q cæſo q̃dẽ hoſte ciuitatẽ omni metu laboraſſet. Vt enĩ hoſtilis manus calamitatẽ inducit nõnunq̃ maximam

Aſſyrii

Zoroaſtres

ita eius interēpti cōditio maximā affert vrbib⁹ voluptatem. At Sempronius Cappadociæ rex iampridē in nos fuit acerbiſſim⁹ in nos viſus eſt omnium inimicitiarū & publicarū & priuatarum genere. Affecit nos nedū contumeliis / cōuitiis / probriſq; q̄plurimis : verūetiā quotiens in agrum noſtrū excurſionibus nixus eſt: prædas reportauit: captiuos duxit omneq; ſcelerum exercuit genus. Precabamur ſuperos: vt huius nos peſtis metu liberarent. Noſtra cura ſublatus eſt: deniq; ſuperatus & cæſus in fruſtra: vt publica læticia merito debeamus diis immortalibus habere ac dicere gratias: q nobis hunc ſuſtulerūt morbū. Hoc ego & in templis & in platæis agendum iubeo. qđ & vobis precipio: quos ſcio mei ſtudioſiſſimos. Ex Mediolano. xvii. kal. Iunias. Sempronius rex cappadocie.

De hoſte fugato vel cæſo familiariſſima.

Fugatus eſt demum noſter acerbiſſimus hoſtis ille : qui nobis tanto fuit nonnunq̄ terrori: a quo ſumus aliquando tam acerba calamitate confoſſi. Qui iuſte dimicant: ſic ſolent ſemper ſuperos adiutores ſperare. At quibus iniquitas eſt ad decertandum propoſita: iis imminent ſuperorū conſilia: & a tergo mundi penitentia: quibus facillime pplexi ac irretiti nihil poſſūt euitare demum incōmodi. Quod q̄ verum ſit: vel ex vno hoc hoſte nobis nunc fugato turpiſſime: fiat in reliquos cōiectura. Q not fœdauit modis noſtros oīs? Quib⁹ eſt in nos iniuriarum gradibus nixus? Quid omiſit calamitatis: quo nos non confecerit? Pridie huius diei: cum in agrum noſtrum plurimis & violentiſſimis quidem vt videbatur: ſatellitibus comitat⁹ feciſſet impetum: diis fautoribus populo noſtro nobis comite in eum occurrim⁹: oppugnauimus: ex ſuis multos occidim⁹. coegimuſq; demum terga turpiſſime vertere: tāq; fugauim⁹ fortiter: vt nunq̄ audeat amplius de nobis expugnādis cogitare. Vobis publicā ſignifico læticiā: quam & nos exercemus. Ex Mediolano. xvi. kal. Iunias

De hoſte fugato vel cæſo grauis.

Non ſine certa ſanctiſſimaq; rōne: præter triumphū: aliud inuenere græci victoriæ genus: quo qui potirent̄ in hoſtem & lætari publicę deberēt: & ſuos amicos ſubditoſq; ad læticiā eandē inuitare. Non eñ ſp captiuus ducit̄ hoſtis. vt in triūpho ligat⁹ fidē faciat victorię: ſed aliq̄n eſt: q platonis inſtituto malit armatus mori: q̄ inermis triumphi pompam & catenatus augere. Al quando ſunt ea conditione quidem hoſtes: vt terga vertere potius velint: q̄ vel cædi vel capi. Quāobrē trophæū a græcis dictū eſt triumphi genus: quo nō duceret̄ captiuus hoſtis: nec eius vrbs vl- Græci plato Trophæum

Babylon Lucanꝰ in primo | la ſubacta eſſet. Huiuſmodi genere victorię Babylon viſa eſt ſæpiꝰ & potita: vnde illud poeticū: Babylon ſpoliata trophæis. At Ninus aſſyriꝰ: Cyrus perſa Alexander Macedo. Cæſar Romanꝰ cū ſepænumero vertiſſent in fugā hoſtes: & ex eis multos interemiſſent: raro tñ triūphaſſe dicūtur. Sed ab Aſſyriis ipſis ad Perſas/ Medos/ Græcos/ Romanoſq; deinceps hic mos inſtitutꝰ eſt vt cū vel cęderet vel fugaret hoſtis ipſe: publica fieret exultatio quibuſdāq; ornatiſſimis donaret muneribus q ceci diſſet ſiue fugaſſet: vt & alii ad eandē inuitarent victoriā: & in eum qui viciſſet populi regeſq; nō viderentur ingrati. profecto laudat adhuc illud Hannibalis ſupra modū: qui cum Marcellum cuiuſdam fortitudine conſtantiaq; coactum terga vertere: vel nō multo interliminio accepiſſet eum donauit in vrbe prædiis: in caſtris autem corona: quæ ſumuū preciū habuiſſe phibet: Id vbi Carthaginenſes admirarent: quæreretq; cur tm̄ in eū muneris cōtuliſſet: vt & reliqui dixit: idē conent: & vos ingratos non me reddam accepti bñficii. Scitis fuiſſe nobis iamdudū crudeliſſimū hoſtē Cleophilū: qui nobis tam fuit moleſtus: vt dirior eſſe nemo poſſet [illegible] deuentum eſt vt aliqñ auderet: velle nobiſcū de noſtris agris paciſci: noſq; ī tā aſperā anguſtāq; calamitatē ac fortunam redacti fuiſſemus vt ſalua vita cupemus oīa nr̄a illū poſſidere. Quod & tranſegiſſemus (vt nō neſcitis) ſi cōfidere illi tuto potuiſſemus: Sed vt perfidiſſimꝰ erat: ita nullā pollicitationibus oībus fidem adhibendā cēſebamꝰ. Cura noſtrorū militū fortiſſimoꝝ inquam & cōſtātiſſimorū fugatꝰ eſt primū triduo prius q̄ interimet. Mox in præliū animoſior ſolito rediens: cum pugnaret ſæuiſſime nihil ſine cruore noſtro poſtulās cæſus eſt: cuiꝰ neſcit manu: pluribꝰ cōfoſſus vulneribꝰ. publicam læticiā & nos fecimus: & vobis faciendā iccirco ducimꝰ: ac ſi ęquū eſt rogamus. Ex Mediolano xv. Kalendas iunias

Margin notes: Quivicto riā obtinuerint precipuā; Hānibal.; Cleophilus

Synonyma de hoſte fugato vel cæſo lętificatiua

Exultandū eſt ob fugatum hoſtem noſtrum.
Sæuiſſimꝰ eſt nobis ītereptus hoſtis: ex quo lætādū eſt publice
Cędes nr̄i hoſtis crudeliſſimi nos ad publicā inuitat læticiam
Cur exultare palā nō debemꝰ cū fugatꝰ ſit nobis noſter hoſtis.
Multo nos magis reliquis ꝓuocat ad lætādū hoſtis nr̄i fuga
Qđ cęſus ſit nr̄ hoſtis: vt princeps lætꝰ eſt: ſic & nos eſſe debemꝰ
Iucundiſſima ſimꝰ mēte: cum hoſtis noſter fugatus ſit.
Ob cædē hoſtis noſtri geſtiamus choros & ſaltus exercentes
Nihil eſt publicę nobis feſtiuitatis prætereundum: vt: cæſus eſt

noſter hoſtis.
pro cæde hoſtis noſtri quæ ſatis ſit publica feſtiuitas?
Affecit nos hoſtis noſtri fuga: demũq; cædes tanta voluptate vt Incredibile dictu ſit.
oi cura i publicã debem⁹ lęticiã attẽtos nos ob cęſũ hoſtẽ xiberee
Tanto nos metu cęſus hoſtis liberauit: vt poſſim⁹ eẽ iucũdiſſimi

## Titulus.lxi.

### De familiarib⁹ negociis familiaris

Negocia mea hic publica nulla ſunt. Sum enim vir in monaſterio clauſus: & ciuilia nulla quæro: quæ ad monaſterium attinent: curo. priuata igitur & familiaria negocia ſunt plurima: quibuſq; tranſigendis non mediori opus ſit ingenio: atq; qui bene trãſigit (vt dixit apud plutarchũ Bias) laudari maximo pe poſſit Nã in ſũma re℞ oim charitudine mihi tenẽda eſt in monachos abundantia: in ſũma loquacitate ſilentiũ ꝑcurãdũ: in omi ægritudine adhibẽda valitudo. Verũ ego quo difficiliora ſũt negocia familiaria eo cõſtanti⁹ pſeuero. paratã mihi ſaltẽ apud eũ mercedem [illegible]: q cõpenſator eſt laborũ æquiſſim⁹. Tu rẽ habes: intelligiſ [illegible] qd ſũmati de negociis meis familiarib⁹ ad te ſcribi poſſit. Curatñ vt cito his difficultatibus liberatus ad vos eam: Ex Mediolano xiiii. kalendas iunias. Bias apud plutarchum

### De familiaribus negociis familiariſſima.

Antonius hic priuatim agit nihil. Eſt cum principe tempus (vt aiunt) terens. Nuſq̃ enim exercet ingenium: cumq; videat ſe ocio perdi: ſuam fert ruinam perbelle. Familiaria igitur negocia ei⁹: de quib⁹ te rogas faciã certiorẽ: nulla ſunt. Vide quo redactus ſit: vt neq; velit ĩpenſæ domeſticæ ſibi faciũdæ laborẽ: ſed domũ ſe alterius cõferat. a quo accipiat: qd comedat: dato ei maiore precio: q̃ opus ſit. Neſcit (vt paucis agã) ſibi viuere: nec aliis quidem Sæpius hũc interpellaui: accuſaui: cõminatus ſum Narrat fabulla ſurdo. Ex Mediolano: xiii. kalendas iunias Terẽtius

### De familiaribus negociis grauis.

Et ſi mihi familiare videatur eſſe graue poſſe (vt pittac⁹ inquit vnus ex ſeptem) eſt tamen inter familiaria quidẽ ipſa qd prę cæteris poſſit appellari graue. Vt enim vult Ariſtoteles: ex duob⁹ malis minus malũ illud eſſe: qd alteri⁹ reſpectu poſſit bonũ vocari: ſic & in hiſce reliquis relinquitur cognoſcendũ. Nam inter familiaria ſi quid ad honeſtatẽ eximtã turpitudinẽq; muliebrẽ attinet: ſi quid ad filiorũ egregiã laudẽ aut vituperationẽ pertinet illud graue dicendũ reor de quo ſerio non familiariter tractãdũ ſit. Pittacus Ariſtoteles.

Nũc igr̃ vt rẽ oẽm accipias: quã ego epiſtolæ hoc graui gñe ſcribẽdũ ad te volui: fili⁹ me⁹ religionẽ ingreſſ⁹ eſt: ea quidẽ (vt opinor) ſententia fortaſſe: vt bon⁹ fieret. In mũdo eñi iãdudũ ſibi cẽperat deſperare: qui cũ vniuerſũ circuiſſet terrarũ orbẽ: nec vſq̃ ſibi relictũ vllũ videret amiciciæ gen⁹: ad id tãdẽ ordis ſtatuit deuenire in quo bñ modeſteq́ꝫ viuere cogeretur. Sed vbi aliq̃diu inter ſacerdotes verſat⁹ ẽ: decreuitq́ꝫ ſacerdos initiari: & initiatus eſt & fact⁹: & multo tñ peior euaſit q̃ antea fuerit vnq̃. Nũc prep tat vrbes mulierib⁹ vacãs & gulæ: ocioq́ꝫ incũbẽs adeo pdite: vt nulli ſe dedicet arti: nulli ſtudio. Si q hũc accuſant: irridet eos: vt iã in iocularium verſus publicus monachoꝝ ſcurra cẽſeatur. A me vero non ſemel & a matre caſtigatus ſimulat aliquando quicq̃: ſed nunq̃ reſipiſcit. Hæc ſunt quæ ad te grauiter ſcribẽda non neges: Nam vt pondus res habet: non paruum vt me interdum affligit: ſic & tibi moleſtum fore non dubito. Scio enim q̃ me ames: & q̃ te mea quæq́ꝫ commoueant in læticiam læta: in mœrorem luctuoſa. Verum ne me ducas: hanc perditionẽ hominis tanti facere: vt nequeam recreari. Ea mẽte fero: qua quod iam i... teratum eſt malum: & qua ipſe fert meum pro ſe dolorẽ. Ad ipſum eñi hoc plus longe: q̃ ad me pertinet. Si bon⁹ erit: & ſibi conducet: & me afficiet voluptate. Si malus ſibi obierit: hæc habes Ex Mediolano. xiii. Kalendas iunias.

Synonyma de familiaribus negociis.

Nihil hic agimus domi.

Meus filius ægrotat.

Res meę familiares ita puæ ſũt: vt de his nihil ſcribẽdũ arbitrer

Quid ſcribam ad te familiare: cum nihil habeam:

Si de negociis vis meis familiaribus fieri certior: aliunde q̃ a me poſtula.

pauca ſũt mihi familiaria negocia: de qb⁹ q̃cq̃ poſſi ad te ſcribere

Omnis familia mea bene valet: hoc eſt quod de meis familiaribus negociis ad te ſcribam.

Sunt omnia mea familiaria negocia iucũdiſſima

De meis negociis familiaribus hẽs alios & ſcribas & nuncios.

Res meæ familiares habent perpulchre

Lætare (ſi me amas) negociis familiarib⁹ meis: ſũt eñ fauſtiſſiã.

Cupio tam eſſe familiaria mea negocia tibi cognita: q̃ mihi.

Familiariũ negocioꝝ meoꝝ magna me voluptas capit. Nihil ẽ mihi familiaris negocii: qđ me nõ delectet pr̃imũ Scio te meoꝝ familiariũ negocioꝝ curioſiſſimũ: ſed hñt oĩa ppulcre: vt cupio

## Titulus.lxii

### publicæ fidei familiaris.

Hiſce publicæ fidei nr̃æ litteris:neminē ignorare volumus:nr̃o iuſſu Lælio(qui has ſecū attulerit)patere ad quālibet vrbem noſtrā/oppidūq₃/paſſū/arcem ac terrā aditūac morā:& inde reditū ſemel & ſæpi⁹:vt ei viſum fuerit irē/morā ducere/atq₃ regredi:cū omni familia ſua:req₃.ſuppellectile:ac fortunis &bonis oīb⁹ tā cōiūctim:q̄ diuiſim:ac ſine impedimento/inquietatione vexatiōeq₃ quacūq₃.q̄ ſi cui deberet aut ſubdito noſtro:aut locoꝝ noſtroꝝ īcolę:āt alienigenęquicq̄:cui vel publico vel priuato deuīctus foret documēto:volum⁹ eū in pſonis aut rebus cōuenīri apud nos noſtroſq₃ iudices & ſatellites quire.Si rurſ⁹ aliqd in noſtrorū aliquem:aut externorū commiſiſſet:quo plecti apud nos noſtroſq₃ valeret:derogam⁹ omni legi:quæ hoc admitteret cōuentionis gen⁹ & accuſationis officium.Volumuſq₃ tandem eā huic ſuiſq₃ rebus ac perſonis immunitatem adiutricē atq₃ fautricē :vt ſi quo iure potuiſſet tam inpetitionibus ciuilibus:q̄ī accuſationibus criminalibus perturbari atq₃ cogi:quaſi ad aſilū confugiſſe ducatur cum huiuſce noſtræ publicæ fidei munimine.Iubemus iccirco noſtris omnibus tam peditibus q̄ equitib⁹ militibus:& tam tribunis:q̄ cæteris quibuſq₃ magiſtratibus:ne quomodolibet has audeant commentari litteras:aut ī vllo eas violare:aut quicq̄ vlla via vel exquiſitiſſima attemptare:quo minus quietus cum ſuis omnibus in noſtris ſingulis locis ſit ipſe:Lælius id ſi ſecus aut fieret aut attemptaretur:indignationē noſtram quilibet inobſeruator præcepti noſtri ſe ſciat indubitanter incurriſſe.Ex Mediolano.xii.Kalendas iunias.

### publicæ fidei familiariſſima.

Huius epiſtolæ ſerie volum⁹ omnes tam noſtrarum vrbium cuſtodes atq₃ magiſtratus ſingulos:q̄ milites atq₃ ſubditos nobis:quomodelibet ſeruientes:in noſtriſq₃ locis verſatos fieri certiores:patere Lælio ad nos additum:& omnes ſingulaſq₃ terras noſtras:ac loca maris ſita:fluminibuſq₃ quælibet cum familia omni ſua:ſuiſq₃ ac familiæ rebus omnibus:ſine inquietatione moleſtiaq₃ quæ vel dici poſſet vel excogitari ob aliquod priuatū debitum ac publicum:crimenq₃ quodlibet. præcipimus igitur nr̃is ſub pœna indignationis noſtræ.ad vnguem hæc obſeruari:nec quiq̄ attemptari:quo minus hæc publica noſtra fides ſeruetur.Ex Mediolano.xvi.Kalendas iunias

### publicæ fidei grauis.

Sunt certe quidẽ cauſæ:quibus principium animi facillime qdẽ
inducũtur:vt illis faueant:& in iis etiam ſuccurrant: quæ legibꝰ
videnť aliqñ derogare: qui ſunt omni laude cumulati. Nã ſolet
Cicero. multos & graues & bonos viros(vt ait Cicero)vel ãguſtia rei op
primere: vel fortunæ caſus vt nequeãt videri quales ſũt:vel qa
Aratꝰ Si- deficiãt a fide:vel quia nequeãt obſeruare diẽ:vł quia in rebꝰ re
cyonius. ſtituẽdis aliquo ſit ĩpedimẽta perturbati:q̃obrẽ Aratꝰ Sicyoniꝰ:
cũ in patriã(a qua iampridẽ exularat)rediiſſet:ſuorũ ciuium ali-
quos:qui decoxerãt magno donauit ære aliquibꝰ fidẽ præſtitit
Cæſar iu publicã:vt nulli perturbarẽtur:Cęſar aũt:quot huiuſmodi fecit
lius. dona ex Gallis Romam rediẽs? Quot ea fide ſuccurrit publica?
Sũt qui hoc immunitatis genus moleſte ferant:cur illis quibus
publica præſtatur fides:aliquid etiam doneť:cũ aut multũ æris
debeãt/aut ĩ ipſos ẽt prĩcipes nõ nihil iniuriaꝝ intulerit? At ſi re
cte cõſiderãt:ſine publica illos fide in eas vrbes nũq̃ eſſe ventu-
ros:malle debebunt vel tutos illo ire:cũ quibꝰ poſſit paciſci nõ
nihil & aliqñ ſperare quicq̃:q̃ ſi minime tuti nũq̃ venerit. At nõ
veniãt inquiũt:abſintq̧ potiꝰ:q̃ qui aut nobis debẽt:aut nos
fecerunt iniuriis:nobis inuitis ad nos eant. At principes o boni
viri hoc ſolo differũt a priuatis:quod ĩperant:quoq̧ pluribꝰ prę
cipere quidẽ poſſũt:hoc: maiores ſunt principes. populoꝝ eos
ligurgus multitudo atq̧ cõcurſꝰ(vt ligurgꝰ ait) reddit principes. præſtat
igr̃:vt illis interdũ additꝰ pateat:qui pñt aliquo pacto nõnũq̃ ꝓ
deſſe:aut nũq̃ obeſſe. Quid ſi & nobis debẽt:dimittimuſq̧ ad tẽ
pus aut omnino:vt tutiꝰ nobiſcũ verſari velint? Quid ſi vel no-
bis fuerũt iniurii:toleramuſq̧ veniendi ad nos:morãdiq̧ licen
tiã:vt potius pœnitẽtibus vtamur:q̃ nullis? Læliũ igr̃ huius epi
ſtolæ publicæq̧ noſtræ in ſe ſuoſq̧ fidei oſtenſorem volumꝰ ſe
mel ac ſæpiꝰ ad nos & quęlibet noſtra loca tam terra q̃ aquis/vr-
bes/oppida/arces/paſſus/pontes/& cętera quæq̧ venire poſſe
cum omni familia ſua:ſuiſq̧ ac familiæ rebus:vel ſine:vt ſibi li
buerit ac viſum fuerit:& in illis ſigulis die noctuq̧ morari:ac in
de diſcedere:rurſuſq̧ ac iteꝝ idẽ efficere ſine moleſtia/inquieta
tiõe/vexationeq̧ qualibet:atq̧ cuiuſuis generis arreſtatione ac
retardatiõe. Non obſtantibus tã priuatis q̃ publicis debitis:qui
bus cũ inſtrumẽtorũ fide aut teſtibꝰ aut ſine:obligatus tã nobis
foret ac noſtris:q̃ aliis quidẽ oĩbus:nec obſtãtibꝰ q̃buſuis crimi-
nibus:quoꝝ reus cuiuis eſſet principi atq̧ potentatui:etiã ſi in
nos crimẽ læſæ maieſtatis commiſiſſet:quibus quorumq̧ con-
uentationi atq̧ accuſationi ꝓceſſuiq̧ ac pœnæ volumus hac pu

blica fide derogatũ:etiã ſi ea forent:de quibus hic oporteret ex
præſam fieri mentionem. Iubem⁹ autem magiſtratibus noſtris
quibuſcunq; ac ſubditis ſub noſtre indignationis hæc obſerua-
ri pœna. Ex Mediolano. x. kalendas Iunias.

Synonyma publicæ fidei.

Sit huic noſtra fides publica.
pateat Lælio ad nos noſtroſq; liber aditus atq; reditus.
poſſit Lælius ad nos & loca nr̃a immunis ire ac eẽ:& diſcedere.
Quotiens placuerit Lælio:huc & in ſingulas terras noſtras:lice
at venire ac regredi.
Nullum obſit iudicium ei in noſtris locis.
publica hæc noſtra fides eum tueatur ab omnibus immunem.
Sub noſtra protectione cum ſuis omnibus ad nos is accedit.
Fides noſtra publica data ſit Lælio.
Nihil impediat eum:cui publicę fidei lr̃as haſce dedimus.
Qui has oſtenderit noſtræ fidei publicæ tabellas : is inquietari
a nullo noſtrorum vllo iure queat.
Nulla ſit i Lęliũ moleſtiæ cauſa:cui ſũt nr̃e fidei publicæ lr̃e.
Si quis in eum quicq̃ attemptarit:quem publica fide communi-
uimus is a nobis plectendus acerbiſſime maneat.
Læli⁹ nr̃am habẽs fidem publicã nulla de cauſa poſſit iquietari.

Titulus. lxiii.

Familiaritatis inſtitutiua familiaris.

Eos ſibi debent principes familiares aſciſcere:vt Ageſilaus ait qui ſunt:vel genere vel moribus principum familiaritate nõ indigni. Quamobrem cum Iulius & nobiliſſimo genere natus ſit: ex Romana quidem antiquitate: & vitæ inſtitutione tam clara: vt merito ſit inter maximorum familiariſſimos principum admittendus:volumus hiſce publicis familiaritatis litteris omnibus manifeſto patere:hũc nos vobis familiarem deſignaſſe:velleq; vt illis deinceps honorib⁹ immunitationib⁹/libertatibuſq; potiatur quibus familiares reliqui nobis iucũdiſſimi potiti ſũt & gaudere conſueti. Ne quid autem vectigalis aut exactiõis cuiuſq̃ ab hoc exigatur eunte/ ſtateunue / aut redeunte per quæuis vel noſtra vel amicorum noſtrorum loca:cum ſuis rebus omnibus:ac ſociis ſiue famulis:ad numerum vſq; perſonarum ſex: noſtris edicimus ſub noſtræ indignationis pœna. Amicos vero non ſecus ac patres fratreſq; rogamus. Ex Mediolano. ix. Kalendas Iunias. ageſila⁹.

Familiaritatis inſtitutio familiariſſima.

Qui hanc oſtenderit epiſtolam: vir om̃i laude cumulatus noſter eſt familiaris: eũq; ſic in cœtũ ac numerum familiarũ noſtrorum collocauim⁹: vt oĩbus poſt hac illis fungatur dignitatibus ac immunitatibus: quibus cæteri familiares nobis periucundi fungũtur. Rogamus igit̃ illos quoſcũq; principes patres ac fratres: ad quoꝝ hic peruenerit vel ſolus: vel cum famulis: ſiue comitibus loca vſq; ad ſex pſonas: cumq; rebus quibuſcunq;: vt ſine vlla hunc inquietatione aut exactione ire/ ſtare/ redireq; permittãt. Noſtris aũt hæc iubem⁹ obſeruari ſingula ſub noſtræ ĩdignationis pœna. Ex Mediolano. viii. kal. Iunias

Familiaritatis inſtitutio grauis

Inachus Cæſar iulius

Cõmodiſſime ꝓuidit primus in gręcia inachus: apud latinos Cęſar vt in eos ſe familiariores principes præſtarent: qui laudatiſſimi viderentur: & eos ſuis litteris inſignirent: vt apud exteros pateret. q̃ pro ſuis meritis amarent̃. Hoc eñ pacto ſolent animi bonorũ ad aſſidue meliora & cogitãda & agenda inuitari: & reliqui paratiores ad virtutem fieri: vt paribus exemplis ad ſimileſ dignitates alliciãtur His & nos nuper rationib⁹: vt alias in al[illegible] ſæpe ſumus in Lęliũ allecti: qui merit⁹ nobis viſus ſit aliqua [illegible]gnitate condonari. Eſt eñ vir vt ſũma virtute/ ingenio acutiſſimo/ doctrina ſingulari/ ꝓbitate ac fide incõcuſſa: ſic nos aſſidue obſeruauit: ac ſtatui noſtro deditiſſimus fuit: Conſtituim⁹ hunc igitur noſtrũ familiarem/ aulicum/ atq; comitem: in eorumq; traduximus numerũ atq; cœtũ: qui eiuſmodi locis apud nos gaudent: vt illis poſthac ſemp honoribus/ muneribus/ ſtipẽdiis/ priuilegiis/ imunitatib⁹/ exemptionibus/ libertatibus/ franceſiiſq; fruat̃ atq; potiat̃. quibus frui ac potiri ſunt vbilibet ſoliti reliqui noſtri familiares/ domeſtici/ aulici/ chariſſimi quidẽ atq; iucundiſſimi ſummaq; virtute præditi. Quod vt facilius aſſequamur rogamus obſecramuſq; ſereniſſimos reges/ illuſtriſſimos duces inclytos marchiones/ Præclariſſimos principes/ Barones/ Comites/ dominoſq; quoſcunq;: ac magnificas cõmunitates: ęquiſſimos prouinciarum præſides/ Iudices magiſtratuſq; quoſlibet terrarum paſſuumq; cuſtodes/ tribunos/ vigiles/ & reliquos omnis: ad quos: quorumue loca ſingula peruenerit hic Lælius cum familia comitibuſue ſuis ad numerum vſq; perſonarum duodecim: cũq; omnibus ſuis: ſuorumq; bonis/ fardellis/ capſis/ impedimentis/ auro/ ſerico/ pannis laneis aut lineis/ iocalibus/ argento/ ſupellectileq; quacũq; aut bonis aliis quouis nomine nũcupãdis: vt eundẽ Lęliũ tam cõiunctim q̃ diuiſim immunẽ/ libeꝝ inge

tatū𝗊ꝫ quomodolibet/ ire/ſtare/ redireꝗ ſemel ac ſæpiꝰ velint: velleꝗ ſuos omnis vel mediatos vel immediatos faciāt ſubdi/tos: ſine cuiuſq̄ ſolutione vectigalis/ datii vel gabellæ/ pontatici/ bulletarū/ telonæi/ trauerſiæ/ fūdinatiis/ alteriuſq̄ cuiuſlibet exactiōis mora/ retētione/ moleſtationeꝗ prorſus ceſſāte. Quinimmo ei ſi opꝰ fuerit aut requirendum ipe duxerit: de cohortibus/ ſocietatibꝰ/ ſaluiſꝗ ductibꝰ: omniꝗ ꝓuideāt imunitate neceſſaria & oportuna quibꝰ nos & vices noſtras in multo maioribus cōpēſaturos pollicemur atꝗ promittimꝰ. Quicquid enim in hūc officii: hac noſtra īterceſſiōe collatū fuerit in nos ipos arbitramur eē collatū. Subditis vero noſtris quibuſcūꝗ ac quouis noīe vocādis: hæc iubemus obſeruari ſingula ſub nře īdignationis pœna. Nihil em̄ in eū moleſtiæ inferret: q̄d in nos non cenſeremus illatū eſſe cōtinuo. Ex Mediolano. vii. Kľ. Iunias.

Synonyma familiaritatis inſtitutiua.

Hic eſt a me familiaritate donatus.

Inter meos familiares iucūdiſſimos inſtitutus hic eſt.

Poteſt hic atꝗ debet meorū potiri familiariū legibus.

Dignus is eſt: qui ſit in nūero familiariū meorū conſtitutus:

Habet oēm īmunitatē: quāqui familiares ſūt aliorū principum.

Pro ſuis de me meritis familiaritate mea digniſſimus eſt.

Nō eſt hic demeritꝰ familiaritatis meę munꝰ: quo nuper a me inſignitus eſt.

Cū fuerit hic ſēp ſtudioſiſſimꝰ mei: a me factꝰ meꝰ ē familiaris.

Quibꝰ ſoliti ſunt reliqui principū familiares potiri familiaritatis exemptionibꝰ: hic in mea potitur aula.

Cupio plurimū huic familiari meo ſuccedere optato oīa.

Nihil eſt quo mihi magis gratificentur omnes: q̄ ſi ſeſe in hunc familiarē meū præſtiterint humaniſſimos.

Eſt hic familiaris meus tā mihi iucundius: vt quicq̄d ī eū a quoq̄ beneficentiæ conferetur collatum in me putem

Qui me vult afficere ſumma voluptate: ſit in hunc familiarem meum gratiſſimus.

Titulus. lxiiii.

Conſularis dignitatis familiaris.

Magna ē pricipibꝰ diligētia cōſiderādū: vt nihil agāt temere: ſingula vero cōſultiſſime: vt plato docuit dicēs: At principes quo reliquis & maiores ſunt: & meliora curant atꝗ maiora: hæc etiā cōſultiꝰ priuatis lōge oīa meditenť. At Lycurgꝰ dicebat: vetꝰ maiorū eſſe verbū: vt quāto aliq̄s alteri āncelleret aut dignitate: aut Plato: Lycurgꝰ.

regerenda:tanto eſſet in deliberando prudentior. Conſules igitur non debemus nobis alios aſciſcere :q̄ & doctiſſimos:& ſapiētiſſimos:vt onera gubernandarum vrbium rerumq́ꝫ maximarū gerendarum noſtris humeris demandata nobiſcum tueantur cumulatiſſimeq́ꝫ ſeruent. Lælium igitur virum optimum ac innocentiſſimum:ad hæc autem iuriſconſultiſſimum in noſtrum cōſiliarium admiſimus:quod hiſce litteris liquere cūctis volumꝰ: vt cum apud amicos noſtros principes:tum apud ſubditos illis gaudeat muneribus:quibus cæteri conſulares noſtri hactenꝰ potiti ſunt: quod eos rogamus vices in maioribus impenſuri:noſtris ſub indignationis noſtrę mandamꝰ obſeruari pœna. Ex Mediolano.vi.kalendas iunias.

Conſularis dignitatis familiariſſima.

Hiſce litteris palam ſit omnibus Lælium noſtrum eſſe conſulē in numerūq́ꝫ conſiliarioꝝ noſtrorum collatū: vt illis de inceps gaudeat præeminētiis apd̄ oēs quibus cōſulares reliqui noſtri ſunt vbiq́ꝫ terraꝝ gaudere cōſueti. Id vt cum ſuis & familiis & rebus vbiq́ꝫ cōſequat̄: amicos ex intimo rogamus cordis : ſu[illegible]tis ſub indignatiōis noſtrę præcipimꝰ pœna. Sic enim inſtitui[illegible] amamuſq́ꝫ hūc diligēter. Ex Mediolano.v.kal.Iunias

Conſularis dignitatis grauis.

Polybiꝰ. Eos ſibi conſules aſciſcendos regibus:inquit polybiꝰ:qui& prudētia clari ſint:& innocentia ſingulares & fide inuiolabiles. Huiuſmodi cōſultant reipublicę regendæ:oneraq́ꝫ nobis a ſuperis

Agis æquitatis demādata moderent̄. Nā vt Agis dicebat:hoies ſumꝰ: cōſulibꝰ vſi reges faciliꝰ intuemur:q̄d agamus. Cū igr̄ hæc intelligamus:ſciamuſq́ꝫ Læliū eſſe clariſſimū in vniuerſo terraꝝ orbe iuriſconſultum:philoſophūq́ꝫ nō vulgarē quiq́ꝫ multarum experientia rerū pręſtātiſſimꝰ eſt:nobiſq́ꝫ ac ſtatui noſtro deditiſſimꝰ: decreuimꝰ in conſiliis noſtris ſecretiſſimis hunc reſidere:numeroq́ꝫ ac cœtui cōſulū nr̄oꝝ addidimꝰ :vt illis poſthac honoribꝰ ſimul ac oneribus viuat: q̄bꝰ nr̄o ſenatu inſignes cæteri apd̄ oē honum genus viuere conſuerunt. Id vt apud exteros aſſequat̄ quotiens cum ſuis & perſonis & rebus illo peruenerit: intentius rogamus illuſtriſſimos omnes principes eorumq́ꝫ magiſtratus noſtris vero edicimus ſub indignationis noſtræ pœna attētius obſeruari. Ex Mediolano.iiii kal.Iunias.

Synonyma conſularis dignitatis

Hic meus eſt ſenator præſtantiſſimus.

Ex meis conſularibus:iiſq́ꝫ quos plurimum diligo hic vnus eſt.

Non tenet hic inter meos conſiliarios locum inferiorem.
Tãta hic eſt integritate:vt in ſenatu meo ſit mihi iucũdiſſimus.
Cupio væhementius omnes ſcire:hunc inter ſenatores primã nactum eſſe ſedem.
Ex iis conſiliariis qui ſunt apud me non mediocri virtute clari atq; inſignes hic eſt delegendus.
Habet hic meꝰ ſenator vt virtutis plurimũ ſic fidei ac innocẽtię
Nulla ſenatorem hunc meum latet probitas.
Eſt meus hic conſultam inſignis doctrina & fide in me:vt nullũ cum hoc auſim comparare.
Virtus & modeſtia & eruditio Lælii ſenaroris mei michi iamdudum eſt perſpectiſſima
Tã ẽ rara huiꝰ mei cõſularis ꝓbitas:vt hũc merito ꝑferã ceteris.
Tanto ẽ m'tis meis conſulibus Lælius clarior omni laude:quãto rariores ſui ſimiles inueniuntur.
Cupio ĩtelligi oibꝰ:ꝙ hũc ſenatorẽ meũ diligenter amem.

Titulus.lxv.

Medicinalis familiaris.

Et eobis medicus præſtantiſſimus:qui cum Aeſculapio Hippocrateq; de medicina poſſit contendere.Hic eſt nobis chariſſimꝰ atq; iucundiſſimus.Nam tam eſt nobis ſæpe vſui:vt vitam nobis ſine hoc eſſe nullã diuturniorem poſſe ducamus.Contingit hunc ſæpenumero:tum noſtra cauſa:tũ ſua negocia curaturum proficiſci.Cupimus eiſ ꝑ tutum & expeditiſſimum vbiq; terrarum eſſe.Id vt aſſequatur clariſſimos quoſq; principes rogamꝰ inſtantiſſime.Nam cum bonũ hunc virum & eruditiſſimum accuratius & immunem ſua per loca quæq; ꝑmiſerint ire ſepiꝰ ac regredi:meaq; ĩtercesſiõe plurimũ honorarit:mihi rẽ adeo gratã fecerit:vt gratiꝰ nihil vnꝗ ſit affecturi.Noſtri aũt ſubditi hũc ſciãt eũ eẽ:quẽ ęque ac me diligo.Ex Mediolano.iii.kal'.Iunias.

Medicinalis familiariſſima.

Qui cum & iſ ce litteris ab vos iuerit O patres conſcripti:meus eſt medicus:mihi ꝓ incomparabili ſua virtute ꝙ gratiſſimus:Is iccirco iſtac iuit vt deuotionẽ ſuam exolueret.Cupio apud omnes eũ plurimũ honorari:qm̃ eſt mihi ob ĩcredibilẽ ſuã virtutẽ gratiſſimꝰ:tũ ob ĩcõparabilẽ erga me obſeruãtiã æque charus ac ego.Si me amatis hũc honorate ſũmope: admittite gratioſe:ac excipite beneficentiſſime:'cenſeteq; hoc munere vos in me nihil cõferre poſſe iucũdiꝰ.Ex Mediolano pridie kalendas Iunias

Medicinalis grauis.

Eraſiſtratus. Eraſiſtrat⁹ eos recitat reges:q̃ ſuis tp̄ib⁹ viuerēt medicis eſſe tā delectatos:q̃ qđ maxime. Ageſilaus vero medicos inquit icc irco dictos eſſe Apollinis filios:quod hoim vitas tuerent:vt phœbi lumiare quicquid ī terris gignit. tueri ſolet. Qđ diligenti⁹ Naſo cōplex⁹ ē:cum ait:inuētum medicina meū. Nū id mediocre munus eſt:qđ pulcherrime poetæ fabulantur Aeſculanii medicaminibus Hyppolytū Dianæ reſtitutum vrbiū appellatū? Nam qui quaſi ſūt difficultate morbi ī orcū traducti:medicoꝝ officiis vitæ reſtituūtur. Quāobrē apđ Aegyptios Inach⁹ & cult⁹ ē ꝓ numine:& Oſiris appellat⁹:quaſi ocul⁹ multa videns. Sed nō erāt per id tēporis alii:q̃ chirurgiæ periti:phyſici vero nulli: ad Hippocratis vſq; tpa. Nunc aūt medicina floret:vbi & Galien⁹ pergame⁹ & Auicēna:& Serapiō tā clarā reddidere medicinam: & noui ſūt plurimi quorum ingenia facultatē hāc nobilitarunt. Inter quos cū hobeam⁹ nos quidē medicū chirurgicū/ ſimul ac phyſicū(vt decet quidē eſſe)omni laude præſtantē:virū probū ac innocentē nobiſq; deditiſſimum:huic afficimur væhementius:cupimuſq; hanc in eum beniuolentiam noſtram omnibus eſſe perſpectiſſimam:ſed vobis imprimis conciuibus propinquiſq; illius. Quamobrem ſic exiſtimate:nullam rem tantam eſſe quam pro vobis ego facturus non ſim:modo illi me gratificaturum eſſe cognoſcam. Gaudete igitur: & eum ſemper exiſtimate vobis profuturum:non apud nos ſolū:ſed apud quos noſtra poterit quicq̃ interceſſio. Ex Mediolano Kalendis iuniis.

Ageſila⁹.

Ouidi⁹. inueta.

Oſiris.

Optimi medici.

Synonyma medicinalia.

Hic eſt clariſſimus medicus.
Ab hoc vno dependet omnis bene medendi ratio.
Quæ hic in medendo non tenet:nemo tenet:
Nihil eſt medicinale:quod latere hunc poſſit.
Habet hic omnia medicinæ iura.
Eſt hic maximus medicorum interpres.
Tantus eſt hic medicus:vt quæat cum antiquis comparari.
Nullus medicinæ fructus hunc fugit.
Tam eſt hic medicaminibus clarus:q̃ qui maxime
Accepit hic omnia medicorum fundamenta.
Secum hic attulit omnem medicinæ laudem.
Huic vel ſoli noſtra tempora debent medico.
Hic non chirurgicus modo:ſed phyſic⁹ eſt præclarus.
Nihil habet huius medicinę peritia cū vulgo medicoꝝ cōmune
Cum quo veterum non poteſt hic meus medicus adæquari?

Quo nouorũ medicorũ hic meus nõ eſt maior atq; melior?
Cui cedere poſſit hac tempeſtate medico?
Tãta ẽ medẽdi peritia iſignis: vt poſſit quaſi deus coli medicoꝝ.

Titulus.lxvi.

Legalis familiaris.

Quanti ſint habiti ſemp iuriſcõſulti: & Herodotus deſcribit: & poſſumus nõ vulgari coniectura conſequi. Nam vt Cicero inquit: vbi ius ratioq; perit illic habitandũ nõ eſt. Iuſticiæ aũt miniſtri ſunt ipſi legum ſapientes: qui lites vt paulus ait: dirimunt diſcordias ſedant: iras cõponũt: homieſq; hoim vtilitati cogũt inſeruire. Legis ergo clariſſimus interpres vtriuſq; Lælius vir modeſtiſſimus ac vnice quidẽ æquus: mihi pro incõparabili ſua ſapientia dilectiſſimus eſt: & cui cupiam mea itercesſione: ab oĩbus vbiq; terrarum faueri. Non quia commẽdaticiam pro hoc homine tam inſigni laude cumulato miſiſſe dicar (Sua enim ſit ſatis virtute commendatus apud omnis) ſed vt intelligant oẽs quanti hunc faciam: quanti fieri a vobis optem: his paucis eius r nen proſecutus ſum. Sed eſt certe multo præſtantior: q̃ cuiuſq̃ poſſit litteris explicari: & cui quicquid officii tribuitur: mihi traditũ eſſe ducã. Ex Mediolano. iiii Nonas Iunias.

Herodotus
Cicero
paul⁹ iuriſcõſultus.

Legalis familiariſſima.

Multis proſequerer verbis epiſtolaq; ꝑlixiore clariſſimum iuriſconſultiſſimumq; virum Lælium: qui præturam nunc iſtic exercet: qui vt eſt innocentiſſimus: ſic æquiſſimus: & dignus: qui maiori præſit digniori q; magiſtratui. Eum non vt cæteros pedaneos iudices: ſed vt rarum ac præſtantẽ a vobis cæteriſq; ſubditis noſtris cupimus honorari: cum nõ tam ſoleat lucro ad magiſtratus: q̃ potius gloriæ cupiditate perduci. Sitis in hui⁹ præceptis obſequioſi: vt intelligat vos fide in me poti⁹ præſtare: q̃ diuitiis: alioq; vrbis ornamento. Id vbi feceritis: & prætorẽ iſtũ mihi deditiſſimum ſemp obſeruaueritis: gratificabimini mihi plurimum. Ex Mediolano. iii. Nonas Iunias.

Legalis grauis.

Legum maieſtatẽ: quã venerandã Auguſtus declarat inquiens: legũ venerãda maieſtas: maximã apud oẽ hoim genus fuiſſe: declarant oim nationũ ac linguarũ codices atq; monimenta. Nam cum eadem tempeſtate Moſes Hebræis: Mercurius Trimegiſt⁹ Aſſiriis: Cecrops Athenienſibus tradiderunt leges: culti ſũt pro diis ſinguli apud ſuos. Nam & Iuppiter apud Cretenſes nõ multo antea: & alius eodem nomine apud Arcades: quia leges ſuis

Auguſt⁹ Cæſar
Legũ cõditores primi

populis ſtatuiſſent:venerationem conſecuti ſunt. Idem de Apolline legimus factitatū. Idē de Aeaco:Minoe:Rhadamāthoq;:qui qm̄ iudices ſeueriſſimi fuiſſēt:apud inferos dānare ſunt dicti reos. At nō mľto poſt Lygurg⁹ apud Lacedemonios. Solon apud Atheniēſes eas inſtituere leges:quas & Xenophon recitat:& ad nr̄os traductas intelligim⁹ orbē terrarū hodie moderari. Nā ſine hoc iure:quod expoſitū ait Cicero ppľo:vt obſeruetur:quis

Cicero.

bn̄ viuat:aut deniq; inter hoies viuat? qobrē in hunc vſq; diem aſſidue iuriſperitiſſimi Bartholi Baldiq; ſiľes hanorāť:nec puo habenť in pcio. Id cū ab aliis diligēter ſerueť:tū a meipſo cui Lælius clariſſimus:hic iuriſcōſultus eſt iucūdiſſim⁹:qui cū ingenio ē accutiſſim⁹ tū doctrina ſapiētiſſim⁹:tū etiā fide innocētiſſimus. Eū pro tā egregia laude plurimū amo cupioq; a vobis cęteriſq; meis plurimū honorari. Ex Mediolano pridie Nonas Iunias.

Synonyma legalia laudatoria.

Quæ poteſt ars cum legali comparari?
Nulla facultas in vrbe poteſt cum iuris æquari ſanctimonia.
Superat ius ciuile pontificumq; facultates quaſq; reliquas.
A legū peritia vici ſolet oīs ī re publica adminiſtrāda diſciplina.
Si recte ius tenes tuæ patrię:potes in ciuitate præeſſe.
Prouinciæ præſides legalis ſolet ars efficere.
Tanta eſt legalis facultatis laus:vt nulla ſit in vrbibus regēdis ratio:quæ cum hac audeat conferri.
Qui volunt ei vacare ſcientiæ:quę plurimum ſit in regendo foro neceſſaria:vacet legibus.
Tam eſt egregia legum peritia:vt præſtantior nulla dici poſſit.
Qui deprimunt legum maieſtatem:non ſunt homines.
Hūanę ſocietatis fundamētū in recta legū ſapientia conſtat.
Nihil eſt in aliqua diſciplina tam egregium:vt a legali facultate non ſuperetur.
Qui legalis eſt facultatis peritiſſimus:is veram non ſimulatam philoſophiam profitetur.
Hic iuriſconſultus Vlpiano eſt/Cerbitio/Belaq; præſtantior.

Titulus. lxvii.

Poetalis familiaris.

Vates.

Cur vates ſint a veteribus appellati poetæ:ſi recte conſideretur facile inuentu ſit: quadam fuiſſe hos quondam diuinitatis apud homines veneratione conſpicuos:vt non iniuria illud Naſonis legatur. Sunt etiam qui nos numen habere putent. Itaq;

Ouidius

poetarum ego præſtantiam nonnunq̄ admiratus Lęlium poetā

illuſtrē aſſidue feci plurimi:cū eius ſim virtutē beniuolentia pro
ſecutꝰ:tū a quo viderim poſſe quicq̄ mortalitatis meo quidē ac
quirere nomini.Id vt ego ſic iſtitui:ſic vobis fratribꝰ meis dile=
ctiſſimis obſeruandū eſſe velim. Cū mea eñi ſalute veſtra eſt con
iuncta ſalus:a meæ mentis ſtudio:vos natu minores ſtudia quo
q; veſtra debere ſeq̄ ſpero.Ex Mediolano Nonis Iuniis.

## Poetalis familiariſſima

Poetam ſcitis o filii:ſapientem ſolere interpretari:vt certe boni Poetæ
poetæ cenſendi ſunt omnium ſapiētiſſimi. quos nulla facultas
lateat.Accedētē igr̄ iſtuc Lælium poetam mihi ꝑ ſua in cōpabili do
ctrina chariſſ imū:nō admiremini ſolū:ſed legētē aſſidue audite:
a docēte ſp diſcite:tūcq; vos mihi plurimū gratificaturos exiſti
mate:cū eiꝰ hęrebitis nocte dieq; lateri:vt nūq̄ nō doctiores diſce
datis.Parete pręceptis hiſce meis.Ex Mediolano.viii.idus Iunii

## Poetalis grauis.

Ante poetas neminem inuentū eſſe vllius facultatis auctorē: te=
ſtatur Philon iudęus qui Platonis coætaneus fuit.Apud Aegy= Philno
pt s autē primi fuerunt omnium qui ſacerdotū & prophetarū Vulcanꝰ.
cognomento humarū ſimul diuinarūq; rerum cognitionē tradi
derunt.Nam Vulcanū Nili filium:qui ſecreta naturæ carmine re
ſerauit:conſtat poetam extitiſſe vetuſtiſſimum.Cadmūq; Age= Cadmus
noris:filium:& Linum eius diſcipulum:a quo didicere poeticā Linus
Orpheus Pronorpides atq; Hercules. At Orpheus primus eſt Orpheꝰ.
apud Græcos:qui ſcripſiſſe inueniatur hiſtoriam verſibus.An= Homerꝰ
te Homerum autē & Heſiodum ſcrpiſere nulli neq; medici:nec Heſiodꝰ.
iuriſcōſulti:nec philoſophi:nec vllius facultatis auctores.Poe=
tarum tātum fuit ingenium:vt ab Homero fateatur.Strabo:vel Strabo
hiſtoricos/vel philoſophos/vel legūlatores ſuarum artiū vſur
paſſe primordia.Tam aūt eſt egregia facultas hæc intellecta: vt
Apollinem poetarum deum eſſe dixerint:& eius oraculo apud Apollo.
Delon vota tradiderint.Quid quot tanta deinceps facta carmi=
nis celebritas:vt ſine carminibus vel ipſa quidē ſacra in tēplis nō
ſint prætermiſſa?Quod vt iſtituit apud ſuos Dauid ille rex deo Dauid
gratiſſimus:ſic & in hodiernum vſq; diem obſeruant omēs chri
ſtiani:quid chriſtianos ac ſanctos dixi:oēs diuerſarum ſanctarū
atq; nationum cerimoniæ:vt pſalmis hymniſq; ducant maiorē
naſci celebritatē?Quid eulogia?qd triūphātiū feſta?quid cæte=
ra quæq; laude refertiſſima:quæ ſine carminibꝰ procedere vidē
tur nequire?Accedit elegantia poeticæ facultatis in referendis
iis omnibus:quę aut natura ſunt aut vſu referēda.Accedit digni

tas verſuum:qui vt copioſi ſint:ſic etiã ingenioſi.ſuiq; tenaces vt nõ cadant:non humi ſerpant.Hæc & multo cognoui iamdudũ in Lælio poeta præſtãtiſſimo plura:cuius poemata fuere mihi ſẽp tã iucũda:vt iucundius nihil eẽ queat.Cupio idẽ de hoc tã excellenti viro & tibi videri mi rex humaniſſime:quẽ vt cognoſcas:& admireris:& nõ ſine cauſa tã mihi gratũ exiſtimes: nuper ad te viſendum miſi.Vale.Ex Mediolano.vii Idus iunii.

Synonyma poetaliũ laudatoria.

Poetica eſt facultas antiquiſſima.

Poeſim vetuſtatis nobilitate cæteris antecellere ſciunt omnes.

Nemo eſt que lateat:q̃ ſit poetica præſtabilior reliquis.

Poetæ vt ingenio ſunt acutiſſimo:ita qui homines magnos reddere ſolent æternos.

Audeat vlla ſcientia cũ Homeri contendere facultate?

Nulla tãti ẽ facultas faciẽda:quæ poſſit cũ poetica cõparari.

A poetica facultate ſunt exordia nactæ omnes aliæ.

Tanta eſt laus in hoc poeta:vt in nullo maior.

Poteſt hic exiſtimari par Naſoni aut Muſæo.

Quis eſt in vllis actibus qui non cedat poetis?.

Poetarũ laus inſtar aquilæ ſup alitibus prçcedit reliquos.

Hic vates tñ habet ſalis:quantum grauitatis.

In hoc vno & doctrinã admireris & aptitudinem.

Vt conducit temporibus atq; rebus:ita quæq; deſcribit.

Cogit viſis:quæ aſſidue dictat:omnes obſtupeſcere.

Diuina ſunt potius q̃ humana:quę hic facit poeta.

Huius poetæ ſiles phœnice rariores in italia inueniri ſolent.

Titulus.lxviii.

Philoſophalis familiaris.

Etſi philoſophãdi ſciẽtiã nõnullis neceſſariã eẽ duco:ſine q̃ nec illi aut illi mereanẽ appellari ſuaꝝ facultatũ titulis: tã propriã tñ hẽe ſedẽ arbitror (vt Ariſtoteles ait) vt is ſolꝰ mereaẽ philoſophꝰ appellari:q moribꝰ doctrinaq; philoſopheẽ.Hmõi vir nunc apd vos ẽ o filii:q vt ẽ doctrina Plato:ſic Catonẽ vita refert:quẽ vt & audiatis docentẽ & imitemini vitã inſtituẽtẽ:nõ iubeo mõ:ſed ſi æquũ eſt rogo.Sic me faciatis viuere iucũdiſſime:ſi illiꝰ vos ſeruare præcepta videro & inſtituta:q mihi ꝓ ſua incredibili doctrina ꝓbitateq; tã ẽ charꝰ.Ex Mediolano.vi.idus iunii.

Ariſtoteles. Quis philoſophꝰ

Philoſophalis familiariſſima.

Lælium philoſophum & vita & eruditione cupio plurimum & videre & audire:& ſic totum amplexari:vt nonnihil ex eius me

ſequatur diſciplina. Vt enim piſtores nequeũt ex priſtino nõ re=dire farinacei: ſic ego diſcendi cupidiſſimus nõ valebo nõ ab eo quicq̃: & ad inſtitutionẽ vitæ: & ad eruditionis præcepta repor=tare. Cura igiť quantũ potes vt ad nos ocius eat: nihil apud nos eicõmoditatis eſt defuturũ. Ex Mediolano. v. idus Iunii

philoſophalis grauis

philoſophandi ſcientiã & ſi ſolent ſibi propriam poetæ dicere tum mathematici: tum oratores (vt Cicero docet) hęc ſine philo ſophia mancha iudicari. Tamen varios habet apud hiſtoricos ſuæ laudis inuentores: Atlantem Afri adducunt: Orphea vel Za molſim Thraces: Linũ Thebani Egyptii Vulcanum: Galli ſuos Dryides & Semnotheos: alii autem alios: qui philoſophiæ pri=mordia & dederint: & amplificarint. Quę ſiue a Zoroaſtre mago rum pricipe: ſiue a perſarũ Chaldæorũq́ a gymnoſophiſtis origi ne facultas ſit tracta: in vberes illos diuiſa ſciendi fontes: Ra=tionalem / moralem / naturalemq́ præ ſe fert ſcientiam: docetq́ non ſolum hominem cætera: ſed quid ſit etiam ipſe homo. Quę ſunt rerum ſecretarũ abditiſſimæ latebræ: quas philoſophia nõ inueniat? Vbi quicq̃ eſt hoĩm obſcurum erroribus. quod hui⁹ du ctu curaq́ non ſplendeat? Quam poteſt mens hominum in erro res lapſa incurrere ægritudinẽ: in qua non ſanetur philoſophię gubernaculis atq́ medicaminibus? Recte Stratonicus hanc ſani tatem appellat. Hęc argutis ingeniis docet contendendo verum exquirere ac inuenire. Hęc viam bene beateq́ viuendi ſuis parat præceptis. Hæc facit vt arcana quæq́ naturę philoſopho reſerẽ tur. Huius ego clientes plurimum amo: immo veros moribus ac peritia philoſophos numinum inſtar & colo & veneror. Audio iſtic docere philoſophiam neſcio quem Lælium græcarum / ſi=mul latinarumq́ peritiſſimum litterarum: quem qui audiunt cõ tinuo incipiant doctrina qui vero imitantur: moribus philoſo=phari. Cura ſi potes vt ad nos eat: nec quicq́ ſtipendii recuſetur: quod ab me poſtulat: habebit quæ volet omnia. Ex Mediolano quarto idus iunii.

Cicero Inuentores philoſophiæ

Philoſophiæ diuiſio

Stratonicus.

Synonyma philoſophiæ laudatoria.

Hic philoſophus eſt omnium peritiſſimus.
Non minus hic eſt moribus: q̃ doctrina philoſophus
Habet hic ex priſtina philoſophia & vitam & doctrinam.
In hoc philoſopho habent quẽ & audiant eruditi & imitenť boni
Ab hoc philoſopho nihil accipi poteſt: quod aut doctum non ſit aut cultum ac innocens.

philoſophia huius eſt omnis vera:nuſq̄ ſimulata.
Nulla eſt in hoc labes:omnis laus.
Eſt hic philoſophus tam ſuæ facultatis titulo dignus:q̄ apd̄ priſcos vllus alter.
Quid hic habet a virtute veraq; philoſophia diſiunctum.
Vt hic docet:pręſtat eſſe philoſophū q̄ ſcire philoſophiam
Nihil huic eſt cū vllo cōmune vitio vllaue imperitia.
Habet hic quæ decent philo ſophum omnia
A philoſopho tantū hic aberrare pōt quātū a ſeipſo cælum.
philoſophia hui⁹ nō ſimulata:ſed ſuo cōueniēs eſt nomini
Qua re omnes accuſant philoſophi:quod parū ſtudēt innocentiæ:hic nunq̄ accuſabitur
Quod in plęriſq; videtur:qui ſe philoſophos dici volunt in hoc eſt nulla inanis auiditas gloriæ.

## Titulus. lxix

### Mathematicalis familiaris

Cicero — Qui curā iis adhibuere facultatib⁹:quæ ſunt ad actione alienæ:
ſed ſubtiliſſimæ certe non ſunt multū in actione vitæ(vt Cicero
Aſtronomia iuēta — docet)laudati:ſed admiratione digniſſimi q̄ res ſecretiſſimas nō
multū in vſu verſatas ſibi & ꝓcurauerit:& ſumma indignatione
ſint aſſecuti.Nam aſtronomos reliquoſq; mathematicos & chaldei primū inuentores:& vniuerſa deinceps Græcia quaſi numina quædā in terris coluit.q̄obrē cōſtitui omnino his te mi fili vacare facultatib⁹:vt aliqn̄ futuroꝝ iterpres poſſis fieri ad bn̄ bte:q; viuēdū iſtructior:atq; min⁹ difficilis Ex Mediola.iii.id⁹ iunii

### Mathematicalis familiariſſima

Improbent mathematica rerū omniū bonaꝝ irriſores iſti mordaces vt velint:ego te iis vacare decreui. Quid enī arguti⁹ ac veri⁹ ea inuenit̃ ſcientia:quæ pauciſſimis nota res aperit futuras:muſicā docet cōſonātiā:metit̃ telluris vel abditiſſima quęq;:ac vno ictu multos accumulat numeros?Hæc vt eſt rarior:ita & mihi iucundior:& viſa hoīe nobili dignior Huic igit̃ operam omnē adhibe.Ex Mediolano pridie idus Iunii

herodot⁹ Strabo Inuētores aſtronomiæ Homer⁹

### Mathematicalis Grauis

Viciniores ſolis ortui primi ab Herodoto:Straboneq; recitant̃ oīm aſtronomiā iueniſſe:Zoroaſtrēq; dicūt alii(Platonē ſecuti) deoꝝ imortaliū hāc nobis dono cōperiſſe. Alii vero iq̄ſitiōe diligēti⁹ iueniſſe. ptolemęū aūt admirant̃ q̄ poſt tot ānos tā egregie ſit illis verſat⁹:& doctrina & rerū expiētia: quæ vix ii primi attigiſſent.Homer⁹ autē & aſtrorum curſus:& menſurationē:nume-

ros:harmonicaſq; deſcribens aliqñ cõſonãtias:vix ſibi credat i ſumma rerũ oim difficultate cũ dicat ſine teſtibꝰ ꝓbationi fidẽ adhibẽdã. Ego & veterũ & noſtrorũ in his facultatibꝰ cõſiderãs laudes:volutãſq; nõnũq̃ mecũ aio quanti fuerint:ſint q; aſſidue præſcii qui poſſunt ex iis fundamentũ & veritatem elicere: qui ſũt oim obſcuriſſimi. & admiror & veneror:ſi quos intueor eiuſmodi mathematicos:qui vera ſint laude digni. puto eñ hęc aut prouidere:aut rimari:non tã humanitatis officiũ eẽ:q̃ potiꝰ diuinitatis. q̃obrẽ cũ iſtic quo te mi fili diſcendarum miſi bonarũ artiũ gratia: factꝰ ſim certior mathematicũ eẽ virum nõ officioſum minꝰ q̃ ingenioſũ:hoc eſt & doctiſſimũ: & bonorũ amãtiſſimũ:ad eũ te cũ hac epl'a conferas cõtinuo velim: ipmq; meo nomine roges:tibi ſeſe nõnunq̃ diſciplinas ſuas ipartiat:ſed ea quidẽ ſollicitudine qua ſolet amicos. Nã cũ nulla tibi ſint iis in artibus principia:eſt inchoandũ a characteribus (vt aiunt) vt facilius ad calcẽ peruenias. Id ſi tibi cõmodaturũ ſe ꝓmiſerit:intelliget ꝓpediem nõ cõtuliſſe officiũ in ingratũ. Nã vt meapte ſum natura in eos omnis liberaliſſimus qui me aliqua donant gratia ita in huiꝰ operã conabor ſuperare meã et naturã & conſuetudinẽ:ne ſe vnq̃ iactet me viciſſe officiis decertantẽ. Eſto tu modo ſtudioſus. Ex Mediolano idibus Iunii.

Synonyma mathematicalia.

Doctiſſimus hic eſt arithmeticus.
Acutiſſimus eſt aſtronomus.
Diligentiſſimus eſt geometer.
Sonorus & ſuauiſſimus eſt muſicus.
Huic ſunt cæli ſecreta cognitiſſima.
Ab hoc poſſumus futuros accipere rerum euentus.
Hic maximus eſt & certiſſimus vates.
Huius facultas ab aſtris nihil habet diſiunctum.
Tam eſt huius animus in ſtellarum conſideratione compoſitꝰ: vt vel ſomnians inter ſydera verſetur.
Qui hunc hactenus ignorarũt: ſciãt poſthac aſtronomorũ rariſſimorum excellentiſſimum eſſe.
Plurimũ laudãt oẽs hũc mathematicũ:at ego prorſus admiror.
Neminẽ mathematicorũ eſſe cũ huiꝰ ſcientia cõparãdũ:arbitror
Eſt hic vt in reliquis mathematicis clariſſimus:ſic in aſtrologia ſolus noſtra tempeſtate Ptolemæus.
Albumazar (cuius hic nititur ſtudiis) ab huius ſcientia iudiciiſq; longe ac late ſe victum eſſe fatetur.

## Nullus eſt mathematicus in vlla natione hoc tp̄e huic ſimilis. Titulus. lxx.

### Omninm artium familiaris.

Gorgias leõtiuus Tullius.

prim⁹ oīm Gorgias legitur leontinus ita ſe ēſiſſe vt oratorē ſe nemo auderet profiteri: qui nequiret de oīb⁹ quæ ab eo quærerentur reſpõdere. Qđ cum plæriſq; in locis videat & Tulli⁹ affirmare: mirabile certe munus in hoīb⁹ eſſe cęlit⁹ duco: vt oratoria ſit oīm artiū & diſciplinarum artes cõplexa vnuſq; orator inter oīsque at reliquarum artium pfeſſores: quaſi in propria verſari officina. Quare cū ego in gymnaſiū iſtud te litterariū miſerim vt diſcas: fac vt omnino te dedas oratoriæ quam ſcimus omnium artiū eē cõplexā facultates. Ex Mediolano. xix. kalendas iulias.

### Omnium artium familiariſſima.

Cum intelligam iſtic oratorē eſſe clariſſimū: qui ſit tā inter omnis ſcıētias familiariſſimus ſingularis; vt admirari cogat oēs earū profeſſores: cupio ad eū amādum ſequēdūq; te accigas: nocte dieque ab eo nõ diſcedas. Nullū ei negato ſuę diſciplinę precium. Nihil ſi me amas: pręter mitto: quo te illo poſſe gratificari cognoueris. Afficies eo me pacto tanta voluptate: vt incredibile dictu ſit. Ex Mediolano. xviii. kalendas iulias.

### Omnium artium grauis.

Symonides. Heſiodus. Tullius.

q̄q̄ poetas aliquando audiui: aſſirmauiq; oportere omnium artium eſſe peritiſſimos: vt omnia recitantes nihil ignorarent vt Sinides & Heſiodus docent: non tamen hoc munus oratoris min⁹ eſſe dico q̄ poetarum: Nam vt Tullius dixit: Si de medicina defenſionem ſit orator intercepturus: aut de aſtronomia: aut de re militari: quib⁹ poterit argumentis eius tueri cauſas: niſi eas ipſas tenuerit artis: in quibus verſabitur defendendis? Certe non iniuria concluditur: vix ſingulis ętatatib⁹ ſingulos tolerabiles oratores extitiſſe: cum reliquarū facultatum plurimi ſemper extiterint & profeſſores & peritiſſimi. Non parum eſt in perſuadendo ſe vnum omnib⁹ exhibere audiendum: qui & dicēdo auditorum animos in ſententiam trahat: & ſuadendo ac diſſuadendo: in omni re vertat quo malit. q̄ autem hoc ſcire quemlibet deceat: qui ſit vllius facultatis honeſte laudem habiturus benemerens: vel ab omni hominum facultate cognoſcatur: Theologis Medicis: iuriſconſultis: qui niſi hac oratoris vi atq; maieſtate annitantur: nihil vel prædicando: vel medendo: vel in agendis cauſis proficiant. Oratorem ego rite fateor veteres imitatus omnium artium quendam complexorem eſſe: qui vt Cicero Demo-

Cicero.

ſthenem ſecutus voluit: cum oratione homines beſtiis antecel=
lant: eadem bona & ſapienti reliquis præſtet hominum laudib⁹
ſitq; vel hoie lōge maior & præſtabilior. Huic adhibeas omnem
diligentiam & induſtriam volo: nec ad vllum te vllius faculta=
tis opificem conferas potius q̄ ad vrbis iſti⁹ oratorē: q vt clariſſi
m⁹ ē: ſic ēt noſtrū amātiſſim⁹. Ex Mľo. xvii. kalendas Quintilis.

Synonyma omnium artium.

In hoc vno eſt omnium artium excellentia
Nihil ex cunctis eſt bonis artibus quod hunc lateat.
poteſt hic ſol⁹ ad oia cunctarum artium abditiſſima reſpondere
Tam eſt hic orator bonarum artium ſigularum peritiſſimus: q̄
vllus apud veteres extitiſſe perhibeatur.
Nulla ex arte quicq̄ eſt huic cognitum
Habet oim hic facultatū ſingulos q̄dē locos perſpectiſſimos.
Sola ē oratoria cęterarū oim diſciplinarū & capax & particeps.
Qui ſeſe oratorem vocat: is profiteatur omnes artes.
In oratorē ne quit eloquentia ſine ſapientia exiſtimari.
Q ſapiētia decet oratorē: humanarꝫ ē & diuinarꝫ ſcientia rerū
Ad omnis artium omnium fontes debet orator reſpondere.
Nihil eum fugiat: qui nō imerito ſit oratoris gloriam cōſecut⁹.
Oratorum laus in omnibus eſt artibus diſcutiendis: intelligen
dis: tractandiſq; conſtituta.
Tanta eſt oratoriæ vis: vt oim debeat artium fōdamēta progreſ
ſuſq; tenere.

Titulus lxxi.

Militaris cum adhibenda fide familiaris.

Militādi certe laus: quæ non corporis ſolū virib⁹: ſed multo ma
gis animi ſplēdore cōtineť (vt ꝓbat xenophō) a veterib⁹ ē ſēp ſū
mo exiſtimata i precio: at ita quidem: vt nō bellū modo milites
in cāpis gerere ſcirēt: ſed in vrbe patria conſulere dignitati ciui
um ſuorūq; indēnitati. propterea cū ſe iactaret apd philippū ma
cedonē ſuus miles qd fortiſſim⁹ foret: tibi ꝑfero dixit elephantē
philipp⁹. Cum te igitur militiæ dederis: fac q vt nō ꝯalis beſtiarꝫ
ſimilis furore: cędibus: violētiq; cēſeri: q̄ virorum ingenio: con=
ſilio: innocētia: pietate. Ex Mediolano. xvi. kalendas Quintilis.

xeno=phon.

philipp⁹ macedo.

Militaris cum adhibenda fide familiariſſima.

Qui militię vacas mi fili: fac vt te verꝫ nō ſiľatū exhibeas militē
q nō i dimicādo violādo: cędēdoq; cognoſcit: ſed i victoria cōſul
to prudēterq; cōſequēda: i deliberādoq; q̄ ſit modeſt⁹: q̄ inocēs: q̄
pi⁹ qb⁹ aūt hęc ſigula gradib⁹ cōſeqris a lęlio accipies: q hāc meo
noie tibi reddidit epiſtolā: cui⁹ adhibe verbis æque fidem: ac ſi

præſens expreſſiſſem. Dicet enim a meipſo. Vale Ex Mediolano xv. kalendas Quintilis.

Militaris cum adhibenda fide grauis.

qui ab vetuſto tpe militarunt. Militādi facultatē vt antiquiſſimā cēſeo (Militauit Moſes: Militauit Cadm⁹: Militauit Iupiter. inter primos autē hiſtoriarꝫ fontes Ninus. Cyrus: Xerxes) ſic & præſtantē inter eas: quib⁹ in hac vita nobis eſt opus. Nō enī vt eripiatꝰ cuiq̄ vel vita vel res: eſt inuēta: vt violētur & impudice q̄cq̄ efficiatꝰ: ſed vt ſi quis velit tyrānus & violēt⁹ eſſe: militādi peritia ei obſiſtatꝰ. Pacis igitur cuſtodiā militia vera quærit: pacis fūdamentū ac robur: vt Demoſthenes docet Haud enim tā armis phaleris: vaginaq; Aeneade gaudere debet bonus miles q̄ potius earꝫ peritia facultatū: quib⁹ bñ viuitur ac beate. q̄ ſi caſtramētationibus ſoliſq; expugnationib⁹ hoſtiū conſtaret militiæ laus: ſolis quoq; conſtaret corporis bonis: q̄ lōge ſunt illis inferiora: quæ ad animū attinēt. At plato dixit artē militarē corpus habere vt materiā: animum vero vt formā: corp⁹ qđ exarceret miniſterio: animū quo imparet: corpus cū bæluis cōmuniſſimū: animū cū imortalib⁹ diis. Ad hæc aūt ... q̄ profuerint Cyro alexādro: Cæſari: vel ad victorias cōſequendas multarū ſciētiæ rerū. Itaq; cū te tandē militiæ dicaris: cupio & alia nō prætermittere: quæ ſint ad iſtā laudē ſummope neceſſaria. Hæc qualia velim eſſe: Læli⁹ coram explicabit meis verbis Ex Mediolano. xiiii. Kalendas Quintilis.

Demoſthenes.

plato.

Ad militiam prodeſt multarū rerū ſcientia.

Synonyma militaria cum adhibenda fide.

Clar⁹ miles non animo minus præſtanti q̄ forti corpore cōſtat
Huic adhibe fidem omnem in iis q̄ tibi meo refert nomine.
Hic miles optimus nihil tibi dicet: cui æquæ nequæas adhibere fidem ac mihi.
Vera militiæ laus veram ſequitur mentis indaginem.
Non prudentia minus q̄ fortitudo prodeſt militi.
Nihil ē tā ꝓpriū atq; ſuū militiæ q̄ cōſiliū: ingeniū atq; fides.
Nō differēt a beſtiis milites: ſi ſolis cōſtarēt mēbrorꝫ viribus.
Non vſum modo roboris quærit militaris gloria: ſed prudētiæ vim atq; maieſtatem.
Maxīa militię laus ex mĺtarꝫ optimarꝫq; artiū diſciplīa ſolet naſci. Quid eſt in fortiſſimo turpius milite q̄ ſi ſit furioſus
Vt abeſt ab imprudētia bonus: ſic abeſſe debet miles.
potes huic oēm adhibere fidē: q meo noīe docet non nihil.
Qui miles hic ad te iuit: adhibe huic fidem pro me omnem.

Titulus. lxxii.

Ad conciliandam gratiam familiaris.

Fuere maiores multorum pricipũ inter ſe nonnũq̃ inimiciſſimi quorũ hæredes amiciſſimi facti ſunt. vt cũ lacedęmoniis Atheniensibus non puæ quondã extiterũt diſcordiarum cauſæ: quas tẽporum diuturnitas diremit atq; ſedauit. Itaq; ſi tuis etiã maioribus fuerunt cum meis inimicitiæ: diuertamus nos ab iis odiis: q̃bus nullæ ſunt alternæ iniuriarũ cauſæ: ſed omnia pacatiſſima: vnice q; tranquilla. Conciliemus p deũ immortalem: mẽtes noſtras: ꝑpetuaq; deuinciamur fide. Qđ vt ego me ſeruaturũ polliceor ſic te recuſaturum non ſpero Ex Mł̃o. xiii. Kalendas Iulii.

Ad conciliandam gratiam familiariſſima.

plurlbus abs te communem animorum noſtrorum conciliationem depoſcerem verbis: ſi cẽſerẽ ad id te difficilẽ. Sed cum intelligã: nihil humanitate facilius tibi: fio breuior: rogoq; nolis hãc gratiæ noſtrę conciliandę nouitatẽ effugere: quã ſit vetuſtas diuturnior ſecutura. Nulla eñ hoc alia de cauſa q̃rit: niſi vt inuidorũ maliuolorũq; ingeniis obſiſtat: paceq; diutius firmiſſimeq; viuat. Ex Mediolano. xii. Kalendas Quintilis.

Ad conciliandam gratiam grauis.

Nequeo nõ illos ſũmis in cælũ extollere laudib⁹: qui nullis maiorum hærentes inimicitiis: conciliata ſibi alterutra gratia: facti ſunt amiciſſimi: vt inter barbaros ſcimus feciſſe medos cũ aſſyriis: inter græcos argiuos cũ thebanis: iter nr̃os Romanos cũ latinis: cũ tuſcis: cũ ſabinis: cũ quibus non modo ſibi gratiam cõciliarũt: ſed cõnubia iunxerunt: & ꝑpiquitatũ plura genera cõtraxerũt: A quib⁹ vt abhorruit omnis dolus: ſic & ſimultas oĩs ſemper porro fugit. Hinc natæ ſunt familiaritates aſſiduæ: tanq̃ arte cõtractę amicitiæ: vt nihil inde dulcius: nihil amicius dici queat. His exẽplis duci debẽt: qui boni ſunt: quorum etiam maioribus quicq̃ fuerit diſcordiarum. Hac ego permot⁹ ratiõe: cõciliare tecum gratiam cupio: nec maioribus cedo meis: qui maluerint hoſtili cũ tuis more viuere: nec tuis tibi cedẽdũ eẽ reor: qui ab hoc odio non continuerint. Vbi enim finitimis ſũt conſiliatæ gratię quid poteſt deeſſe iucundi? Quid fœlicis? Oĩa pacatis principũ finitimorum animi rident: omnia florẽt: omnia coaleſcunt. Fac igitur (amabo: & tu pariter) malis in hac graciæ conciliandæ ratione perpetuo verſari: communiq; conquieſcere amicitia q̃ aliter ſentire quicq̃: vt te facturum non diffido. Ex Mediolauo. xi. Kalendad Quintilis.

Q̃ ex inimicis facti ſunt amiciſſimi.

Synonyma conſiliandæ gratiæ.

Nihil pluris facio q̃ vt gratia inter nos concilietur.
Conciliandã gratiam optat ſupra modum oĩs mea mens.
In noſtræ conciliationẽ gratiæ ſunt oẽs mei ſpiritus inclinati.
Tam abſum ab vlla inimicitiarum memoria vt conciliare inter nos gratiam plurimum expectam.
Conciliare inter nos gratiam: tã appeto: q̃ quod maxime.
Si videres: quo ſim in te tuoſq; omnis animo: iamdudũ tibi fuiſſet mecum conciliata gratia.
Qđ præ cæteris omnibus imprimis abs te quæro: eſt vt inter nos conciliemus gratiam.
Fac vt conciliata inter nos gratia: nõ ſolum ſuperioribus maiorum noſtrorum odiis finis: ſed futuræ beniuolentiæ noſtræ pricipium perpetuum figatur.
Cum nihil videã tã eſſe nobis noſtriſq; ꝓ futurũ q̃ gretiæ inter nos conciliationem: quæro abs te vt ei ſtudeamus.
Si non neglexeris noſtræ conciliationem gratiæ: nec inutile tibi fuerit: nec incõmodum mihi.

Titulus.lxxiiii.

Ad reconciliandam gratiã familiaris.

Plato Tantum eſſe debet (vt Plato admonuit) beniuolentiæ componendæ vinculũ: vt q̃q̃ poſt conciliatã gratiam inuenerint odia: recõcilianda nõ neget. Id vt in pleriſq; nationibus vidimus obſeruatũ: in Romanis tñ iprimis aduerſus Carthaginẽ: quę & ſi fœdifraga fuit ac fidifraga: rurſus ac iterũ ipetrauit tertiũ vſq; gratiæ recõciliandæ mun9. Fuere poſt conciliatã inter nos gratiam: vel tua vel noſtra cauſa ſuſpitiones & ſimultates: Reconciliem9 eã te rogo: curemuſq; ne quid in poſterũ odii poſſit intercurrere Ex Mediolano.x.Kalendas Quintilis.

Ad reconciliandam gratiam familiariſſima.

Deleamus e noſtris (ſi libet) mentibus inimicitiarũ priſtinarum nouiſſimorumq; cauſas odiorũ: & inter nos gratiã reconciliem9 cũ min9 ſit turpe iudicandum: ſi totiẽs beniuolẽtiæ cõtraxerim9 pacta: q̃ ſi maluerimus in iniuriis ꝑtinacius eſſe diuturni. Inimicitiis eñ intereſt dæmon:.reconciliandę gratiæ deus ipſe. Hoc me perpetuo ſeruaturũ promitto: Te aũt ſpero nõ negaturũ. Ex Mediolano: ix kalendas Quintilis

Ad reconciliandam gratiam Grauis

Et ſi legitur illud hiſtoriæ veteris: inimico reconciliato non cõfidas in æternum: ſic: tamẽ intelligendum Auguſtinus interpretatur: eum qui recõciliatus eſt: eſſe rurſus iimicũ: q̃ inimicitias

augustin9

vt falleret: diſſimulaſſet: & gratię conciliationem ſimulaſſet. At Homer⁹.
ego diligentius illud Homeri mecum animo voluēs quod ab inimicis potius amor eſt quærendus q̃ ab amicis odium: nihil magis appetii q̃ vt perpetuo iungeremur amicitiæ perfectæ vinculo. quod ſi quando diſſutum eſt magis q̃ vel laceratum: vel diſciſum: vel cuius cauſa factum ſit: omnes ſcimus. Mea certe culpa nihil omiſſum eſt: quod ad ęternę beniuolentię pietatiſq; conſeruationē pertineret. Haud ignoſcant illis dii boni: qui delationibus falſis: ſuſurrationibus murmurationibuſq; finxerunt odiorum inter nos cauſas: vt vtroſq; ſuo nutu regerēt atq; gubernarent. Sed de me certe decepti ſunt. Nam nunq̃ apud me valuit tale abiectiſſimorum ſeruorum genus nec tam mihi potuerunt vnq̃ in te dicere quicq̃ aſperum: vt aut fidem mihi fecerint: aut mētē pturbarit. Tādē acta ſūt (vt hoīes ſolēt: alii crudeli aliicoacti) & trāſacta plurima. Ea infecta dici nō poſſūt. Si meo es aio: reconciliāda eſt nobis gratia: tantūq; in futura fide firmamēti collocādū: quātū ſi fuiſſet ante hac: hæ cōt[r]ouerſiæ nō intercurriſſet. id v[e]lis te vnice obſecro ego me velle facturūq; teſtor oīs ſuperos. Ex Mediolano: viii kalēdas Quintilis

Synonyma reconciliandæ gratiæ

Reconcilietur inter nos immortalis gratia
Poſt ſuperi⁹ odiū nouiſſimum hoc recōciliet nos perfecta grã
Fiat reconciliatio iter nos gr̃ię: quę deleat e mētib⁹ nr̃is odiū oē
Subeat nos tanta pietas vt reconcilietur inter nos gratia: nec vnq̃ amplius dirimatur.
Qui ſapiunt: non ſemel: at ſępius reconciliant gratiam
Cuius fuerint ſuperiorum inimiciarum cauſę: non quæram⁹ gratiam inter nos ęternam reconciliemus.
Abſit a nobis oīs furor: gratia ſit pennis recōciliata.
Nihil plus appeto q̃ inter nos recōciliari gratiam.
Vt eſt crebrius odium execrandum: ſic aſſiduæ gratiæ reconciliatio quærenda.
Nemo bonus diffugit vnq̃ gratiæ recōciliandæ conditionem
Reconciliatio gratiæ bonas indicat mentes
A recōcilianda gratia non abhorrent: niſi mali.
Fiat in noſtra grã reconcilianda fœdus om̃e atq; pactum quo manifeſto cognoſcatur ipſam nunq̃ diſſolui poſſe.

Titulus. lxxiiii

Ad ſe laudandum familiaris

Laus propria ſordet. Ariſtoteles

ꝗuis ſeipſũ laudare nullũ decere videat͛ : ſitq; illd͛ trito qd͛ verbo
dicit͛: Laus in ore ſordeſcit proprio nihil eſt tñ tã vniuerſale qd͛
nõ admittat quicq̃ (vt Ariſtoteli placuit) exceptiõis Nã q̃ ego fue
rim diligẽs in ſtudendo adoleſcẽs: dieq; ac noctu vacauerim bo-
nis artibus: hinc põt intelligi qd͛ nondũ annũ quintũdecimũ fugi
ens docebã publice. Sobrie aũt viuebã: inediæ nõ cedẽs nec algo
ri nec æſtui ſed in oĩ labore ſolertiſſim⁹. Idẽtidẽ tibi cẽſeo facien
dum mi fili: vt mei nõ deſinas eſſe æmulus. Ex Mediolano. vii.
Kalendas Quintilis.

Ad ſe laudandum familiariſſima.

Poſſẽ in te corrigẽdo admonẽdoq; mi diſcipule: me plurimũ lau
dare: docereq; q̃ eſſem ego laudatus ab oĩbus hac ætate: q̃ tu vix
lrarũ attigiſti bonaꝝ cunabula. Quo fit vt nõ tã mei laudãdi q̃ tui
cõmonẽdi grã: certo te ſcire velim fuiſſe me ĩ teneris ãnis tã ſtu
dioſũ. vt maiori natu nõ fuerit multũ deinceps laborandũ: qd͛ vt
puer nõ prætmittas te vnice rogo. Ex Mľo. vi. Kalẽdas Quĩtilis

Ad ſe laudandum grauis.

Homer⁹

Laudabat ſe Chiron apud Achilem: vt in Homero legit͛ & A[illegible]o
teles apud Alexandrũ: non alia quidẽ de cauſa (nec ei ſe iactabãt
vera loquebantur) niſi vt diſcipulos ad ſimiles inflãmarent lau-
des: & teneriora ingenia quaſi allicerẽt ad imitãdũ. Ego aũt qui
non tibi minus afficior q̃ illis illi: poſſũ etiã meis exẽplis ſupio-
ris ætatis ad virtutes inuitare atq; ducere. Nõ eñ cũ erã eiuſdẽ
ætatis fere cuius tu nunc es ornamentum: libidinib⁹ vacabam:
non in laſciuiis educabar: nõ viuebam molliter: ſed q̃uis omnia
forẽt apud parẽtes mihi delicatiſſima: modeſtiſſime tamen de-
gebã: nihilq; curabam væhementius q̃ nõ eſſe cum iis æqualib⁹
in quib⁹ vel impudicitiæ quicq̃ videretur vel negligentiæ litte
rarum. Aderam cum ſenibus preceptorib⁹ quidẽ illis: a quibus
& litteras ſimul: & mores diſcere poſſem. Ita factũ eſt non mul-
to tẽporis curſu: vt non litteris ſolũ eruditus: ſed vita non inſul
ſus aut immodeſtus apud omnis ciues meos factus ſim plurimi
His vitæ ac diſciplinæ modis te velim ambulare: meaq; ſeq ve-
ſtigia: quibus vel omne ſit iter tibi futurũ iucundiſſimũ vel nuſ-
q̃ iniucundũ. Quid enim eſt quod tuam magis futuram oblectet
ſenectutẽ: q̃ ſi ſcias ac ſapias? Scire autẽ: at nõ ſapere: te min⁹ ve-
lim: q̃ ſi ſapias tantum: at neſcias. Accinge te igitur: ſi me amas
ac teipſũ his ordinibus: teq; mihi gratiorẽ aſſidue fore: cẽſeto.
Ex Mediolano. v. Kalendas Quintilis.

Synonyma ad ſe laudandum.

Ego ſemper bonis artibus vacaui diligentius.
Nuſq̃ deſii bonis facultatibus operam adhibere.
Fac vt imittere meā adoleſcētiā: quæ fuit in diſcēdo ſollertiſſia.
Nunq̃ te a bonis diſtrahas litteris.
Imitare me præceptorem tuum: qui fui ſedulus in diſcendo.
Quotiens ea perges via: qua progreſſus ego ſum: & litteris ſimul præſtabis & moribus.
Nihil eſt tibi laudis defuturum: ſi mei malueris q̃ tui adoleſcentis ſimilem.
Omnis pueritia mea bonis eſt artibus exercitata.
Quid eſt: cur meā adoleſcentiam non laudem: quæ ſemper eſt in litteris moribuſq; exercitatiſſima.
Decet aliquando ſe laudare: vt alii ad idem laudis inflāmentur.
Fui puer modeſtiſſimus: pariter & litterarum amantiſſimus.
Abhorrui in teneris annis ab omni ſcelere.
Nihil fuit mihi puero quidem odioſius ignauia & inertia.
Si quæris ineuntis ætatis meæ rationē; vixi modeſtiſſime litteris deditiſſimis.

## Titulus.lxxv.

### Sui expurgatiua familiaris.

Væhemēter a virtute quidē aberrat: q me dicet violēter oppreſſiſſe puellam atq; tā grauē inceſtū cōmiſiſſe. Nō eni ſolū non ſū prochuſtes aliquis aut Siſyphus: qui eiuſmodi ſcelere delector ſed oi ſum poti⁹ laude ītegritatis & pudicitiæ īſignis. Nā ab ieūtib⁹ annis inquirat: vbi vixerim: qd egerim. qd attēptarim: nūq̃ me qſq̃ iueniet minus vacaſſe libidinib⁹: maiorē laudib⁹ operā præbuiſſe. Quis æqualiū meorū in vllo vnq̃ virtutis gñe mecū auſus ē cōtēdere? itaq; nō potes me apd̄ queq̃ accuſare: cui not⁹ ſim: q̃ tuę mētis odiū nō accipiat. Ex Mľo. iiii. kalēdas quintilis

prochuſtes
Siſyph⁹

### Sui expurgatiua familiariſſima.

Sum tam alien⁹ ab hoc vitio: cui⁹ abs te ſū accuſat⁹: vt ꝓpinquior longe ſim deorū imortaliū q̃ hūanæ vitæ. Norunt me nō oēs ſolū ciues mei: apud quos in me de bacchatus es: ſed vniuerſi latini virū & modeſtia incredibili & innocētia ſingulari: quē meipſū vbi nulla licet alia de cauſa laudare: tñ: expurgandi mei gratia licet. Ne poſthac igiť ſis adeo in maledicēdo mihi ſollicit⁹: ne ſimul & nihil ꝓficias: & tibi plurimū obſis. Ex Mľo. iii Kľ. qntiľ.

### Sui expurgatiua Grauis.

Nullo videť cuiq̃ tam licere ſuas in medium afferre laudes caſu (quod Demoſthenes inquit) q̃ vbi accuſatus eſt ſceleris alicui⁹:

Demoſthenes.

a quo eſt alieniſſimus. Tunc eñi: vt deculpare ſe debet: ſuãq (qđ iuriſconſulti dicunt) innocẽtiã purgare: ſic ſuas proferre laudes illas: quarum & fiducia ſibi eſt maxima & certiſſimæ vitæ ratio accuſato ſceleri penitus hoſtis. Nam ſi laudant ſe plæriq ſui ſola fiducia: nec improbantur: quanto id magis & eo licet ac decet ſui purgandi caſu? Tullius enim ſola ſui fiducia ſic inquit. Nam philoſophandi ſcientiam concedens multis: qđ eſt oratoris propriũ: apte: diſtincte: ornateq dicere videor meo iure mihi vendicare. Accuſaſti tu me inquit Aeſchines maieſtatis: At quis in patriam pientior vnq̃? Quis plenior charitatis? Quis ciuium ſtudioſior? Sic mihi nunc in te licet. Accuſaſti tu me inq̃ auariciæ? Quis autem me vno non liberalior mõ: ſed ꝓdigalior? Quis minus alieni cupidus æris alienaꝝ reꝝ abſtinẽtior? Sciũt oẽs quos habueri magiſtrat⁹ quas ſedes diuerſis in locis maximas: i q̃bus p oterã: quãtũ volebã quãtũq vixco rruptiſſim⁹ aliqs fuiſſet auſ⁹ cupere. Nemĩnẽ latet q̃ illic nũq̃ aliquid reportari: qđ patrimoniũ meũ coaceruarit (at reliqui aſſidue multa) vt ſplẽdidi⁹ ac magnificẽti⁹ viuerẽ. Venit ad me nõnũq̃ corruptor aliquis: a quo es grãde nobis offerreꝫ: vt ĩpetrareꝫ aliquid. Nõ ſolũ non admitte baꝫ ęs illđ: ſed vel ei⁹ attẽptator corruptelæ: ſi petebat rem turpẽ cũ maximo reiicebaꝫ dedecore: interdũq: quod tm̃ facinus anhelaſſet: caſtigabaꝫ. Itaq ne teras tp̃us vir ĩpie: alio eñi nõ ẽ appellãd⁹ ille noĩe: qui famã alienã vult perdere: Ne teras igr̃ tẽp⁹ ĩ me accuſãdo auaricię ĩ quẽ talis criminis nũq̃ ſuſpitionẽ cõiicies: facieſq te ſemper exiſtimari min⁹ bonũ: magiſq maledicũ. Sati⁹ eſſet teipſum corrigere: ſuperiorem emẽdare vitã: me notiſſimũ non laceſſere. Ex Mediolano pridie kalendas Quintilis:

Tullius i officiis

Aeſchines.

Synonyma ſui expurgatiua.

Homer⁹

Sum (vt Homeri ſequar illud) Vlyxes innocentiſſimus.
Nullum eſt eiuſmodi in me vitium.
Abſum ab omni crimine
Omnis eſt in me virtutis laus
Decet me bonum oſtendere: mei cauſa expurgandi.
Tu me accuſas ĩmunditiæ: quem omnes laudant caſtitatis.
A quo abeſt auaricia longiſſime: falſo tu dicis auarum
Nihil eſt mihi cum vllo ſcelere commune: cum virtute autem omni cuncta communia.
Quid eſſe ius adeo bonum: quod ego non teneam: quem accuſas omnium peſſimum
Reſipiſce prius quem omnes inſanum ducunt: mox me quem ſa

pientem vocant: appellabis inſaniſſimum
Tunc me cœpiſti vocare malum: cum omnes optimũ eſſe rẽtur
Abs te vno vocor imperitus: cum ab aliis omnibus peritiſſim⁹.
Afficis tu ea me nota infamię qua ſciunt me carere omnes itali.
Nemo eſt plane in vniuerſo terrarum orbe: qui me ſciat ineptũ
præter te ſolum.
Dic aſſidue in me qcq̃: oẽs me ſciũt eẽ aliũ q̃ ipſe ſoleas accuſare.

Titulus. lxxvi.

Reddendo ſe notum apud incognitos familiaris

Vt illo vtar Virgiliano: Sũ pius Aeneas raptos q ex hoſte penates Claſſe veho mecũ: fama ſup ęthera notus. Eſt eñ & hoc honeſtiſſimũ laudandi ſui gen⁹: vt ſe reddat apud incognitos notũ: Ita mihi fas eſt hoc loci ac tpis obſeruare meas laudes: cũ vos o galli me minime cognoſcatis. Arbitramini fortaſſe nõ illũ eſſe q ſũ: & hinc fit vt non nihil vel in me vel de me ſuſpicemini: quod ne quidẽ auſim cogitare Sũ ex iſubria Medioľanẽſis: nobiliſſimo genere natus: theologuſq; non vulgaris: qui de honeſtate vitæ ac innocẽtia poſſim cũ quouis contendere viro laudatiſſimo Ex Mediolano kalendas Quintilibus Vir:i .ęne

Reddendo ſe notum apud incognitos familiariſſima

Cũ me neſcias qualis ſim optime princeps: nec qui te reddãt de mea cõditione certiorẽ: hic vlli ſint: op⁹ eſt ipſe me tibi aperiã: & vero in iis laudẽ: quę tueri poſſe nõ dubitẽ. poeticam ꝓfeſſus ac oratoriã nõ cędo cuiq̃ hodiernę tẽpeſtatis vel oratori vel poetæ Rẽ magnã de me aſſero Sed teſtimonia ſunt patiſſima: fac de me in hiſce periculũ facultatib⁹: videbiſq; facillime quid poſſis deinceps de me ſentire. Ex Mediolano ſexto Nonas Quintilis.

Reddendo ſe notum apud incognitos Grauis

Non imperite voluit iſocrates: poſſe viros qui eſſent incogniti apud exteros: ſi qua præſtabant egregia laude: ſeſe reddendi ſui nominis cogniti gratia: laudare. Quod vt alios factitaſſe pleriſq; legimus in locis: ſic Homerum apud Vlyxes iducit̃ a poeta ſapientiſſimo: cum ad phæaces aduectus eſt naufragio: nuduſq; auditur: dicens ſe græcorum fuiſſe conſulem: caſtrorum ducem victoriæ auctorem: triumphi participem: virum & prudentia & fortitudine & perſeuerantia clarum. Quis autem philoſophorũ vt inquit Cicero: vel in contemnẽda vt videtur gloria: nõ eſt gloriæ cupidiſſimus: cumq; videatur laudari nolle non ſe aſſidue laudat. Nonne & Apoſtolo id licet Paulo: qui Corinthios: a quibus nõdum bñ cognoſcebat̃: admoneat: quot ꝓfide quãtaq; tolerauerit Si gloriari dicẽs oportet: gloriabor ĩĩfirmitatibus meis. Iſocrates. Homer⁹. Cicero in officiis Apoſtol⁹

pythago ras. At pythagoras i magnā nauigās Græciā ſeſe pythagorā voluit noſci: qui & ſi prim⁹ ſe cœpit ſapiētem non vocare ſed amatorē ſapientiæ: in hoc tn̄ ipſo vocabulo ſibi volens inuentionis laudes tradi: ſe laudabat. Ego quoq; ſum iis vnus qui & philophā do & diuina exprimenda ſcientia multa iam triui ſæcula: ſumq; apud eas vrbes congnitiſſimus atq; laudatiſſimus: quas cōtra (vt Virgili⁹ Virgili⁹ inquit) ſol nō ſteterit. Legi enim in omnibus Italiæ Galliæq; ſtudiis annos circiter quinquaginta: fuiq; tam vtilis legē do ac diſceptando: vt nequeat paucioribus declarari vobis. Demum viſendi latioris orbis cupidiſſimus (vt illud ſequar Vlyxe horatius in arte. um) qui mores hominum multorum vidit & vrbes: huc iui non eiectus domo: vbi nobiliſſima familia natus viuo delicatiſſime ac opulentiſſime: non quia mihi deſit apud italos quippiam: ſed vt doctior illuc redeam. Cupio igitur & tibi optime princeps notior eſſe: et tuis hiſce populis: vt & tu michi non nihil præcipias. vt me apertius noſcas & hi me non admirentur. Ex Mediolano. v. Nonas Quintilis.

Synonyma redditiua ſui noti apud incognitos.

Sum ego quem ignoratis: vir philoſophiæ peritiſſimus.
Quem audiuiſtis platonē Mediolanenſium dici: ille ſum
Ne poſthac me neſciatis: ſum italorum poetarum Apollo.
Nihil eſt michi ſine doctrina
Sunt omnia mea cum virtute coniunctiſſima.
Qui me hacten⁹ hic nō nouit: poſthac ſciat poetā eſſe præclarum
Inter hodiernos non mediocrem obtineo laudem theologos.
Tam eſt mihi omnis doctrinæ laus familiaris & nota q̄ ego vobis nunc incognitus.
Si facietis vllū de me i vllo laudis gn̄e piculū apti⁹ me noueritis
Si licet quemq̄ apud incognitos laudare: dico me bonarum artium non participem ſolum: ſed tenaciſſimum.
Sum adeo humanitatis ſtudiorum capax (q̄q̄ vobis ignotus) vt poſſim nec veteribus plæriſq;: ſi velim cedere.
Vos me neſcitis: At ego ſū legū ſtudioſiſſim⁹ atq; peritiſſimus.
Queritis forte: quis ſim: qui audeam: ſum bonarum artium preceptor accuratus.
Ne me poſthac neſciatis: hoc eſt præcipuum i me laudis vt ſim elegantiſſimus.

Titulus. lxxvii.
Mercatoria familiaris

Genus hoím gnauorũ & induſtriorũ dixit eorum eē Theophra-
ſtus:qui terra mariq; ſolēt inquietiſſimi vacare mercaturæ. Hi Theo-
nũc in oriētē profecti.nunc in occaſum(vt ait xenopgon)nũc ad phraſtus
Sarmatas:nũc in libyam:inde vehũt:hinc reuehunt:quæ nos mi xeno-
ramur et illi qui cũ neq; difficultatibus parcunt:nec laborib9 qui phon
dem vllis:vt honeſtatem vitæ tueant:ſe æque vitã ſuppeditare
familiæ poſſint.Cũ mihi vos ſitis mares quattuor:ſi ſtatueritis:
aut veſtrũ alter mercator eſſe:ferã id quoq; æquiſſima mēte.Be-
ne valete.Ex Mediolano.iiii.Nonas.Iulii.

Mercatoria familiariſſima.

Modo minuatim nõ vēdat:mercatoris & ars & vita laudanda ē:
quę niſi foret:multa deeſſent ciuitatibus neceſſaria.Itaq; ſi tu fi
li mercatorē te mauis(vt dicis)q̃ iuriſcõſultũ:facis tu quidē for-
taſſe non inſipide:vt ſtudeas ei facultati:quę neq; litteras exclu
dit:nec vllum genus laudis nec īterdũ ea negligit:quib9 viuat cõ
modi9.probo cõſiliũ tuũ.Ex Mediolano.iii.nonas Quintilis.

Mercatoria Grauis. Theo-

C[illegible] de mercatoribus Theophraſtus loqueretur: quæ Tullius phraſt9.
deinceps ad noſtros vſurpauit.Genus virorum inquit officioſo Tullius.
rum:ſine quorum induſtria non omnino viueretur optime in
ciuitate benemorata.Ab iis enim terra mariq; per varias orbis
partes vehuntur ea:quibus & iucũdior hominis vita fieri & diu
turnior.q; & ſi diſcrimina ii ſubeũt plurima:ſunt tñ ſæpenume
ro maximam optimamq; conſecuti laborum mercedem: vt di-
tiſſimi ſint:opulentiſſimoſq; inſtituãt hæredes.Nam vnde vel Lucull9
Luculli:vel publii Craſſi diuitiæ ortum habuerunt q̃ a merca- Craſſus.
toribus?Nam licet mercatorum ordo mediã teneretur ſedem:
hoc eſt equeſtrem:ex qua & qui vectigalibus emendis redden- Tullius.
diſq; rei publicæ(vt docet Tullius)præerant:ſic tñ erant vrbis
nerui:vt interdum multis præferrentur ſenatoribus:cum patri
ciis propinquitates contraherent:inter conſulares conuenirēt. C.Mãli9.
Nam Caius Manlius mercatore natus ſenator vrbis effectus ē:
propter & diuitias & innocentiã.Non enim concludendum eſt:
eum ab omni virtute alienum:qui mercaturæ vacet:qui cũ na-
uigat:cum ſuos expectat nauigantes:cum multa videt ac diuer
ſa:cum hos atq; illos variis in locis audit: debet aſſidue: poteſt
que cum litteris:tum aliis artibus laude dignis operã adhibere
Conſtat enim Tyronem illum Epheſium mercatorem:Aratum Tyro
q; ſicyonium:quia cum mercatura non neglexerint & litteras:& Aratus.
omne virtutis munus:aliqñ meritos eſſe principes.Hoc ſitu pa

cto mi fili viſvacare mercaturæ:vt nihil admittas ocii fruſtra: me ſũma qdẽ afficies voluptate. Ex Medio pridie nonas qntilis

Synonyma mercatoria.

Hic eſt is mercator:qui meritus eſt Iaſon appellari.
Huius eſt plurimum laudanda mercatura:quæ quidem omnis eſt cum virtute coniunctiſſima
Tã eſt hic laut⁹ mercator:vt ad ſenatorũ accedat ſplendorem.
Mercatura ne modo cum mendaciis minutatim vendentiũ mixta ſit:nihil habet non laude dignum.
Eſt in mercatura negociatio non improba:fidei obſeruatio innocentiſſima.
Sunt in vrbe mercatores nerui corporum.
Niſi mercatorum interueniret labor:deeſſẽt vrbib⁹ nõ pauca.
Nec ad viuendum nec ad fruendum neceſſaria in ciuitatibus vllis forent:ſi deeſſet mercatura.
Quæ non creſcũt in locis:illo deferũtur a mercatoribus.
Mercatorẽ vt ſollertia decet:ſic & prudẽtia:& æqtas:& innocẽtia
Tam eſt ſemper laudata mercatura:vt Romę ſummo haber in præcio:valeretq; auctoritate non parua.

Titulus.lxxviii.

Irritatiua in aliquem familiaris.

Cicero Delatores:quos Cicero docet:hominibus cunctis odio ſemper extitiſſe:quo tu pacto non exerceris:qui ſoles vitiorum eſſe hoſtis admiror væhementius. Adhibes autem quod magis obſtupeam illis fidem:quod principem & grauem & bonum plurimũ de decet. Scis eñ quãtas interdum multo reges ĩ calamitates cõiecerint. Nam ne longe exempla petamus: Neronem coegit niNero hil aliud tam turpiter interire:q̃ quod audiebat delatores. Spurium igiť delatorẽ facinoroſũ niſi caſtigas & dolebis aliquãdo ſũmopere conſuetudinẽ eius & memineris meæ fidei. Ex mediolano Nonis Quintilibus.

Irritatiua in aliquẽ familiariſſima.

Si recte mi frater animaduerteres:q̃ & ad famã:& ad vita obeſſe tibi poſſit Antonii familiaritas ab eo nõ ſecus ac a pernicioſa peſte abhorreres. Eſt homo vt malus & omni vitio maculatus:ſic tuus inimiciſſimus diſſimulatorq; ſui erga te odii. Quærit quicquid vel ingenio poteſt vel induſtria:vt tibi nõ obſit ſolum:ſed æternã calamitatem pariat. Si ſapis vt ſapis certo ſcio:execrare hoc monſtrũ :ac abs te pelle. Ex Mediolano. viii. idus Quintilis

Irritatiua in aliquem Grauis

Etſi omne malorũ hominum genus vaehementius eſt deteſtandum: multo deteſtabilius tamẽ illorum qui omnem operam vitiis adhibentes: & videri nolunt boni: & bonos q̃ diligẽtiſſime pſequuntur: afficiunt que pro ſua virili omni contumelia: conuitio probris atq; incommodo. Vt enim earundem ſũt ſimulatores atq; diſſimulatores rerum: ſic falſos hypocritas imitati ac pſeudo fratrum: quos Apoſtolus improbat: progreſſi veſtigia: nihil die noctuq; cogitant q̃ vt ſe foueant: ſuiq; ſimillimos: innocentes autem graues: eruditos: ſanctimoniæ vagantes: ſui diſſimillimos inſectentur: perdant: e medio tollant. inter quos affero ad vos vnum o patres optimi: prælatiq; ſapiẽtiſſimi: quẽ fortaſſe vobis incognitum: vt cognoueritis: nedũ ex veſtro ꝓpellatis cœtu: verumetiã in obſcuriſſimas tenebras & artiſſima cõiiciatis vincula: vt & ipſe deſinat eſſe maleficus: & eiuſmodi cętera monſtra huius exemplo deterrita nõ verſent in hominum luce religioniſq; corona. Vir hic igitur Læliꝰ: aut potius bælua (nihil enim habet virile: pręter faciẽ: & eã certe indicantem ſceleſtę mentis indaginem) q̃ ſit ad fœlicitatem illam peripateticorũ aptus: q̃ ad religionis veræq; ſanctitatis beatitudinem natus: audite: ac quid deceat de hoc iudicare pro veſtra cognoſcite ſapiẽtia Cũ ſoleãt veteres a nobilitate generis primas accipere nobilitatis ptes: dicãtq; generoſa ſemĩa in ortis creſcere ſuis: vt iquit Seneca: videte q̃ hic ſit geneoſꝰ: q & abiecta familia humiliq; loco natꝰ ẽ obſcuriſſimꝰ: ex iis iquã d eqbꝰ inquit Maro Multi ꝑterea quos fama obſcura recõdit. & ex eo ipo abiecto genere ſpuriꝰ na tꝰ ẽ: dãnato illo hũano diuinoq; iure coitu ex quo cũ abiectiõe familiæ ſimul & ortꝰ dãnatione nihil nõ habeat muli plenũ Ex aſino em̃ cretꝰ ad nihil producẽdũ fructus nõ educatꝰ ẽ ſolũ: ſed ſic inſtitutꝰ vt quas fingũt poetæ: cũ naſceret̃ Eumenidas interfuiſſe ducam: & bubonem in taxo malum omnem ceciniſſe: & paulatim hunc in ſtygia lotum vnda factum ad omne facinus malum ſemper exactiſſimũ: Huius vt ſuperiora diſcurram tẽpora: ſedulo em̃ fuit flagitioſiſſimus: vt hic de adoleſcentia impudiciſſima quidem iuuentute que turpiſſima tangam: modeſtiæ meæ cõſulẽs: quæ ſñ linguæ petulãtia ꝓferri nequirent: huc peruectam ætatem intuemur: vt quo magis creſcunt anni: eo etiam augeantur vitia: quo plus fit annoſus: eo magis ad virtutem debilis: quo magis æuo conſeneſcit: eo magis vitiorum omni genere iuueneſcit. vt de ſeniore ſolebat apud Athenienſes dici Demadæ: Non em̃ ſeſe in ordinem contulit noſtrum diui profeſſus patris

apoſtolꝰ

Seneca.

vir. y ene

eumenides.

demades

noſtri leges & inſtituta: vt vel hæc tueret: vel obſeruaret: quorũ cum palam ſit nõnunq̃ laudator: clancculũ eſt in obſeruãtiſſimus ſed vt cõmodius poſſet q̃plurimos fallere ſuaq; tandẽ imundicia: impudicitia: inceſtitate: ac omni turpitudine fœdere nr̃i ordinis innumerabiles. Id vt aſſequeret: adinuenit modũ ac viã ad cętera paratiorẽ. Nã & ſi gñe ignobilis eſt: natura notus. at diuitias ſibi fortunæ munera ſubtili ꝑcurauit ingenio. Vt eñi ſacrario ſua illa demiſſa qñq; fronte præfici meritus eſt: ſic ſubtrahens monaſterio multa: in propriũq; nõ fur modo: ſed ſacrilegus ſolertiſſimus cõuertens vſum venundedit. in pecuniã commutauit: factus eſt aliquando improuiſo inſperatoq; nũmoſus. Cõtinuo nõ

Iuuenaliſ i vmbricio. ad exercendam virtutem peciniam traduxit: ne illo iuuenalis laboraret: Haud facile emergunt quorum virtutibus obſtat res anguſta domi: Sed illud audiens Horatianę irriſionis munus: O ciues ciues quærenda pecunia primum memorię ſatyricum aliud demãdauit. Vnde habeas: quærit nemo: ſed oportet habere. Vbi nõnihil aureorum cumulauit: eo modo inſtitutionis diui patris noſtri paupertatem cuſtodiens: in illud Ciceronis incidit vt non ſint ea bona dicenda: quæ bonos efficiunt malos at malos longe peiores. In illudq; Auguſtini: vt non ſit malum aurum & argẽtum: quæ creauit deus: ſed malus homo: qui dimiſſo creatore cõuerſus eſt ad creaturam. In illud pſalmiſtæ: Simulacra gẽtium argẽtum & aurum. Statim enim hiſce opibus latrocinio ſurreptis fideq; ſæpius multis fracta factus eſt arrogantior: ſuperbior: capitoſior: pertinacior: neq; homines veritus: nec deum. Qua potuit calliditate aſtutiſſime perquiſiuit: pręeſſe Mediolanenſi (vt non neſcitis) monaſterio: pecuniaq; primum corrumpere prælatorum animos attemptauit. Vbi nihil illo vſq; profecit: cum tãtum in iis eſſet ſapientiæ: innocentiæ: perſeuerantię: vt nequirẽt eorum integerrimę ac ſanctæ mẽtes frangi: debilitari: moueri loco: ad aliud decurrit aucupii genus: vt obſeruãtibus daretur Mediolani monaſterium: ea tñ ſimulans id ſentẽtia: vt cum inde cõuentuales digrederentur ipſe pedetentim inſinnatione facta in ſuam redigeret cõuẽtum manũ. Id cum non eſt factum: quod ei[9] temeritati multorum obſtiterit conſilium: eius calliditati vulpinæ: quæ ſagacitati virorum prudentia: quod Dauus apud Terentium ait: Hac nõ ſucceſſit alia progrediemur via: nixus eſt. perquiſiuit enim vt obſeruantię ſeueritate q̃ſi propoſita: qui nequirẽt id pati difficultatis: eiicerent. ſibi vero quodãmodo ſemꝑ obſeruaturo: quibuſdãq; ſuis cõmilitonibus: cõpotorib[9]: comeſto

Horatiuſ

Iuuenaliſ

Cicero

Auguſtinus

Pſalmiſta

Terẽtius

tibus detractorib⁹:ſuſurronib⁹:voluptatiſq̧ miniſtris Mediolanēſe monaſteriū reliq̄ret commēdatū. O ſi id ſceleris p ignauiā: ſecordiā:ieptitudinēq̧ cuiuſq̄ admitteret: ouē iq̄ lupo cōmēdatā O tēpli deę bonę ſimillimū: q̄d cū Romę nō liceret: niſi i fœminis ingredi: tādē bonorū incuria: malorūq̧ ſolicitudie illo vētū ē: vt ſoli mares i eo ſuas excercētes turpitudies orgia bacchanalia celebrarēt aduenīētibuſq̧ ſāctiſſimis mulierib⁹ dicerēt i ꝑculo ꝑcul eē ꝓphane. q̄ em̄ illud nihil ē: quo de tēplo q̄dē illo dixit iuuenalis: Talia ſecreta coluerūt orgia tęda: cū ea videri poſſēt recitariq̧: quibus noſtrū illud fœdaret ſorderet: putreretq̧ monaſteriū ſi eius humeris: cuſtodiæ: cure vigiliiſq̧ demādaretur. Vt em̄ aſſidue is cū p ſollitudinē ac ſocios poteſt: in crapula: ebrietate: libidiniſq̧ verſat: vt eſt vaniſſim⁹: inſulſiſſim⁹: ineptiſſimus: auariſſimus: peſſimus: ſic oīa inſtituta diuerterēt in incōtinētiam: temeritatem atq̧ ſordes. Quid enim cogitat is aſſidue: niſi prælaturas: vt multis imperet: nulli ſeruiat? Nonne iam eſt auſus vel quadrigentos aureos polliceri ſollicitatoribus Romę: vt epiſcopat[illegible] nanciſceretur? Nonne ſtollam: argentea vaſa: mitramq̧ & paſtorale iam appararat: ratus pontificatus curam ſibi non defuturum? [illegible]pellite hoc mōſtrum omnium turpiſſimum: in vincla coniicite: caſtigate patres. Ne feratis veſtrum decus deturpare: non odio (ita me dii adiuuent) in hominem: ſed pietate in noſtram moueor religionem: & i vos obſeruantia ſingulari. Ex Mediolano. vii. Idus Quintilis. Iuuenaliſ

Synonyma in aliquem irritatiua.

Hic vt eſt peſſimus: ſic abs te reiiciendus.

Euitāda ē tibi penitus hui⁹ amicicia: qui ab om̄i abhorret laude.

Vt nihil huic ē cū virtute cōiunctū: ſic abs te ſit diſiunctiſſimus.

Adhibe omnem operam: vt nullum huic immundiſſimo ſit tecum contubernium.

Fac vt hunc nebulonem ęque ac teterrimā effugias peſtem.

Tanta hic eſt ſorde: vt in quam domum cōuenerit: eam ſordidiſſimam effici poſſe putem.

Hic non modo malus eſt: ſed inimiciſſimus tibi.

Ab huius tibi familiaritate cauendum iccirco plurimum duco: quia & ſceleratiſſimus eſt: & tibi futurus pernicioſiſſimus.

Nulli cum hoc commertium fuit: quem non deceperit: non fefellerit: non fraudarit.

Cuius hic famili aritate functus eſt: quem non confecerit demū incommodis plurimis?

Omnes qui huius ſunt vſi conſuetudine: tandem in incredibiles moleſtias inciderunt:
Tam eſt hic domi foriſq̨ vitandus q̄ lues quædam exitioſa.
Vti bono viro piculoſū ē nihil: ita ī hoc nihil ſñ ſūmo diſcrimie
Tam hunc deteſtandum eſſe reor q̄ ꝙ monſtrū oībus ē terribile

Titulus.lxxix.

Inuitatoria ad communem læticiam familiaris.

Cum meditationes hic aſſidue fiant militares: haſtiſq̨ ludatur ſaltetur: canatur: cupimus maximopere: vt & tu adſis: cum amicorum (vt inquit plato) debeant eſſe cuncta communia. Inuitamus te igitur ad hanc nuptiarum læticiam. Ducturi enim vxorē kalendis aprilibus ea paramus omnia: quæ læticiam nuptialem exprimant. Quodq̨ antehac raro contingit cuiq̄: oratorem habemus tam diſertū: vt non tam laudare hunc meritis poſſimus verbis q̄ admirari. Eſt homo rarus: immo quidem hodie ſolus. Hoc quoq̨ te lætiorem efficiet atq̨ iucundiorem: quem ſcio tali viro plurimum delectari poſſe. q̄obrem fac vt q̄primum ad nos eas huius læticiæ communis cauſa. Ex Mľo. vi. idus Quintili[s]

plato.

Inuitatoria ad communem læticiam familiariſſima

Cū poſtridie hui⁹ diei natale meū celebri ſim læticia celebratur⁹ exiſtio fore mihi diē mľto iucūdiorē: ſi pſētē & te videro. Quid eñ mihi ſñ te fuit vnq̄ iucūdiſſimū: q̄uis eſſet oñi exultatiōe cumulatū? Tu eñ es aīę ps meæ: corculū meū: vita mea. Itaq̨ te facio ad hāc cōmunē læticiā īuitatū: cupioq̨ vt vbi primū hāc perlegeris epiſtolā: cōtinuo te huc trāſferas: vbi & lætabimur: & de multis commentabimur. Ex Mľo. v: idus Quintilis.

Inuitatoria ad communem lęticiam grauis

Regū perſarū inſtitutū fuiſſe phibet xenophon ſocratic⁹ ille: vt ad cōem læticiā p epiſtolas amicos īuitarēt. Hic mos ad gręcos ī Europā traduct⁹ ē. vt olympiadib⁹ ludis: & megaleſiis: & appollinarib⁹: qui ad cōmunē lęticiā fuerāt inuēti ſinguli ex oñi græcia inuitarentur: alii ad currēdum ad ſtadium: alii ad ſaltandum: alii ad luctandum: alii ad videndum læticiæq̨ ſeruiendum. per eam inuitationem doluit Minos angrogeum ſibi filium intrēptum. Idem mos ad primos vrbis Romanæ conditores ſtatim relatus eſt ſi recte conſidereť: qua via & opportunitate raptę ſint ſabinæ: nō quia non putem maximū perfidie genus ſibi fidētem pdere quemq̄: Sed quia ſic probēt ad communem læticiā ſępe eos īuitatos eē: qui ſunt lętantib⁹ īuitātibuſq̨ vllo cōiūcti propiquitatis genere. Eo frætus rerum exemplo: nec turpe cenſens

xenophō

Minos.

illorum imitari veſtigia:quos omnis eſt ętas ſemper admirata: nunc te ad communē inuito læticiam:quam ego celebrem iccirco facio:qm̄ qui princeps nobis valitudinarius diutius fuerat hic optime nunc habet. Ad hæc autem qui præerat Mediolanēſi noſtrorum religioſorum monaſterio:vir omni ſcelere cumulatus:is eiectus eſt a principe:miſſuſq; in tenebras exteriores:vt illo vtar euangelico. Nā vbi diutius ſuæ latuerunt fraudes: tandem detectæ ſūt pœnaſq; pro criminib⁹ luit: vt nō modo fama patiatur:ſed ære omniq; fortuna:quā indigne ac inique occupabat: priuata in vincula coniectus nunq̄ ſit liberandus. Hæc vt cunctis debet eſſe noſtris cōmunis læticia:tum præcipue nobis quibus fuit is acerbiſſimus aduerſarius: quoſq; omni eſt ſemp odio inſectatus. q̄ autē obfuerit ordini religioniq; vniuerſæ:qs eſt:qui neſciat? At in eum id tandem cognitum eſt qđ Valerius eſt complexus:Lento eñi gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira:tarditatēq; ſupplicii grauitate cōpenſat. Verum de principis bona valitudine cur non magis magiſq; lætemur qui aſylū eſt bonorum omniū? Hui⁹ tāta eſt virtus:humanitas : probitas: ſapiētia:vt qui hunc non amet:non colat:nō veneretur:feræ ſit potius q̄ hoīs ſimilis. publica erat omniū ꝓ hui⁹ valitudine vota:ſupplicationes:ſacrificia. priuatæ aūt vbiq; preces:vt conualeſcere. Tandē non audiuit nos ſolum deus optimus : maxim⁹: ſed exaudiuit vt non orauerimus:modo ; ſed a ſuperis hui⁹ valitudinem exorauerim⁹. Lęticia hic publica celebrať:cui cum te intereſſe plurimū cupiamus:volumus te hiſce litteris inuitatū: vt kalendis hic ſis Maiis. Ex Mediolano. iiii. idus Quintilis.

Christus

Valerius maxim⁹.

Synonyma inuitatoria ad cōmunē læticiam.

Accede huc interfuturus læticiæ communi.

Fiunt hic publica læticiæ cōis gratia vota:q̄bus vt īter ſis cupio

Ego te ad hanc noſtram inuito cōmunem læticiam.

Cum non ſciam:eſſe tibi communem hanc noſtram læticiam cognitam:in hanc te inuito.

Velim te iuitatū eſſe in hanc noſtre cōis læticię celebritatem.

Cum ſimus pro noſtro natali cōmunem celebraturi læticiam inuitamus te pariter vt huc eas.

Fac vt ad proximas Kalendas in hac vrbe ſis nobiſcū:vt cōmuni læticiæ noſtræ ſeruiamus.

Niſi te q̄primū in hanc noſtrā cōmunē læticiam conferas : non arbitramur res nobis iucundas eaſdem tibi fieri.

Veni continuo in hanc communē læticiam inuitatus.

Ne differas tuum in hãc cõmunẽ lęticiã ad nos aduentum.
Si cõmunis es læticię nr̃æ pticeps:iuitatus accede ad nos ꝑpera
Nihil ſit moræ:quo:minus huc ſtatim ꝓficiſcare cõmuni læti=
ciæ noſtræq́ꝫ interfuturus iucunditati.

Titulus.lxxx.

Moralis voluptatum damnatiua familiaris.

Sirenes. Iure Sirenes poetæ fingunt ſolitas in pelago tam amene canta=
re:vt eas audientes nihilq́ꝫ curantes aliud:facillime mergeren=
tur Nam eæ ſunt illecebræ ſenſuumq́ꝫ voluptates:quibus ſedu=
cti viri virtutis relinquunt præmia. Nam & tu vir omni laude
cumulatus ante hac ſtudiis bonarum artium dicatiſſimus: nũc
in eam concidiſti voluptatum ſordem:vt merito in ſirenum in
cidiſſe fabulam dici queas. Quare ſi me audis:& ſi te non odiſti
penitus:execrare luem iſtam:ac veluti peſtilentem morbum ef
fuge titillantis ſenſus cupiditatem atq́ꝫ pruritum:ne deſerta vir
tutis maieſtate:deniq́ꝫ acerbiſſime lugeas. Ex Mediolano.iii.
Idus Quintilis.

Moralis voluptatũ dãnatiua familiariſſima.

Tandiu lugebis atq́ꝫ macerabere:q̃diu inter iſtas luxuriæ vera=
bere ſordes. Quid enim fœdius:aut ægrius q̃ turpiſſimis ſeruire
dominis:voluptatibus inq̃ ipſis ac animi perturbationibus: Id
vt eſt turpiſſimum ad famam:ſic ad vitam oẽm periculoſiſſimũ
Nam & valitudines malæ ſingulæ naſcuntur ex incontinentia:
& qui ad fœlicitatem callis ducit:huius perditur pręuaricatione
cui quotiens te negaueris:totiens tuæ vitæ conſules atq́ꝫ famæ
Ex Mediolano pridie idus Quintilis.

Moralis voluptatum damnatiua grauis.

Licurg⁹. Vt inuitarentur ad cõmunẽ læticiã finitimi cuncti:fuit vetuſtiſ=
ſimum Lacedemoniorum inſtitutum a Lycurgo:qui cum vide=
ret vrbem præ dolore peſtis:plurimum mœſtam:inquit: Ego
diis immortalibus habendas exiſtimo gratias:qui noſtræ acce=
perint curam ciuitatis:noſtroſq́ꝫ redegerint ciues in cælum: in=
uitandoſq́ꝫ ad hanc læticiam finitimos arbitror:vt cum ſuppli=
cationibus interſint:tum ludis:in quos ex omni genere conue=
niant Europæ Aſiæq́ꝫ incolæ:vel præmia ſuarum laudum ac=
cepturi. Factum eſt autẽ vt aſſidue dies ſexdecim cõis celebrare
tur læticia in foris platæis & cõpitis:vbi pæana canẽtes:ingemi
nabant Ohe cum plauſu in maxima populi corona. Commodi⁹
certe noſtri morẽ hũc eẽ tũc obſeruandũ exiſtimarunt:cũ nõ ex=
tinguẽdi luct⁹ cã:ſed exaggerãdæ voluptatis interueniſſet gra=

tia:vt ſi quid vel reipublicæ contigiſſet: vel priuato cuiq̃:quod communem plurimis lęticiam diceret. Id qui poſſunt: vel in hūc vſq; diem imitantur: ſi modo ſunt aut vetuſtatis æmuli: aut viri bonarum artium non ignari. Nam rudes: & antiquitatis imperiti ſunt ab eiuſmodi ritu ſanctiſſimo penitus alieni. Nos igitur in rebus fœliciſſimis væhementiſſime læti: niſi ad cōem hanc læticiam ea pariter traducamus: quæ ſunt voluptatum dānatiua: nihil nos ſummæ ducimus exultationis accepiſſe: ne geſtiatur: ne excurratur in inſolentias: ne in turpitudines incidatur. illi enim in iis feſtiuitatum choris crapulę ac ebrietatibus vacabant: Baccho interdum Veneriq; ſeruientes. Nos eiuſmodi deteſtati voluptates omnem iucunditatem noſtram carere cupimus turpitudine. Moribus ergo ſeruatis Apollinis atq; Dianæ: in omni læticia meminerimus rationis: laudis atq; virtutis: quibus poſſum⁹ beati fieri. Nam turpitudo nulla nos beatos efficit. Aſſequi nos omī opera decet Solonis illud: vt viuendo ſimillimi ſimus deoꝝ. At pittacus ſapienter inquit: Qui deorum non ſequitur vitam: eoꝝ non attingit ſedes. Omnis immundicia & inceſtitas damnat famam: ac perdit hominem. Quid autem cuiq̃ ſupereſt: vt Thales ait: vbi neq; famæ ſatis eſt: nec animæ? Si mercatura tanq̃ aut nauigatio eſt hæc vita noſtra: tam debemus (vt pericles admonuit) abeſſe a turpitudine: q̃ cupimus meliore rem noſtram vendere. Nihil eſt igitur tam morale (quod docuit plato) q̃ execrari voluptates ac deteſtari malos animorum ſenſus. Id vt omnes decere duco: multo nos magis: quibus eſt principatuū regendorū cōmiſſa cura. Itaq; te fili plurimū ad bonos hortor mores vt voluptates deteſteris. Ex Mľo idibus Quintilibus.

Apollo Diana · Solon · Pittacus · Thales · Pericles · Plato

Synonyma moralia voluptatum damnatiua

Prętat cum laude mori q̃ inter illecebras viuere.

Nihil eſt virtute pręſtabilius: nihil vitio deteſtabilius

Vt ſola ꝓbitate viuūt nr̄æ laudes: ſic ſolo ſcelere intereunt.

Nulla res eſt qua diutius viuant homines q̃ pietate ac fide: cum omni vitiorum odio.

Qui malos execratur mores omnium eſt moraliſſimus

Boni mores atq; mali (vt Auguſtinus inquit) bonos ac molos diſcernunt: ad diuerſaq; ꝑducūt: velut paleam ac triticum Auguſtinus.

Omnia labefacit improbitas: omnia nutrit probitas.

Vt hominis vitæ famæq; diuturnitati cōducit plurimū virt⁹ ſic omnia delet atq; inficit vitium

Tam abſunt a bonis moribus mali q̃ ab inferis ſuperi.

Nihil eſt virtuti cuiq̃ commune cum vitiis
Splendent ſingula virtutum ornamenta ſordent omnia ſcelera.
Squalor ac rubigo ſemper eſt malorum bonorum autem nitor atq; decus
Ornamento pietatis nihil addi poteſt candidius
Impietatis ſordi fœdius eſſe nihil valet.
Mores complexi bonos voluptates corporis execrantur
Moralis diſciplina continentiæ tutrix eſt; incontinentiæ grauis hoſtis

Qui cupis in paucis verſari: & multa videre:
Hoc lege: quod marius vtile prompſit opus.
Vberius ſacro nil dicas fonte philelfi.
Et nihil vtilius hoc opere eſſe putes.
Namq; is rhetorica breuiter pręcepit in arte
Præcepta: Exemplis muniit inde datis
Omne genus ſcripti: varius quo nititur vſus:
Adiunxit ſollers hinc Mariana manus.
Tum genus in ternas partiuit quodq; figuras:
Infimus eſt: medius: altiloquuſq; modus.
Argumenta viri poterunt hinc ſumere docti.
At iuuenis totum vendicet vſq; librum.
Omnia debemus Mario pro munere tanto:
Multum Mondello: quo duce viuit opus.

¶ Finitur Epiſtolare Marii Philelphi elegantiſſimum per Nicolaum de pratis diligenter pariſii impreſſum pro Ponceto le preux bibliopola commorante in vico ſancti iacobi ad interſignium poti ſtagnei.

❡ Valerandus de Varanis Ponceto probo Bibliopole Salutem.

QVi cẽſure mun⁹ recipit mi põcete/ eũ i primis idipm cognoſcere oportet de cui⁹ ſentẽtia ferenda ſubit piculũ precipit ſiquidẽ in ethicis Ariſtoteles: optimos tũ demũ nos iudices fore/ cũ rẽ velut ad amuſſim libratam nouerim⁹. Ex me igit̃ cũ petieris vti (q̃ poſſim ꝓxime verum) hui⁹ libri lectorẽ (quiſq; ille futurus eſt) moneã bone frugis & eruditionis quam ſtudioſe iuuentuti mariana promittit lectio. Operoſũ ẽ ſane quod exigis. Cecutin⁹ eñi fere in rebus non modo alienis/ ſed et q̃ ad nos pertinent eſtimandis. Eapropter mecum tuti⁹ actũ iri ſilendo/ q̃ tuis audiendo ſuaſionibus nõ ambigebam. Eoq; accedit quod apud Aulum gelium me legiſſe memini/ turpius eſſe rem frigide laudari q̃ ſi eã grauiter inſecteris. Verũ non eamobrem deterrebo: quin id breuibus aperiam quod in hac re ſentio. philelphorũ familia de litteris q̃ optime merita p[illegible] nos romane eloquentie poſteris excudit libros: Quare vt de ceteris interim ſileamus: lectorẽ volumus monitũ: penitendam non eſſe nauaturum operam ſi comparato hoc ſibi codice ad pecultare & frequens vtatur ſtudium/ Non enim (quatenus ad rem litterariam pertinet) parum intereſt quos mentis inſtituende duces elegeris. Nouiſſime adiectum volui carmen a nobis in libri commendationem editum.

SI quis epiſtolij facilem ſuſpiret ad vſum
Cultaq; facundo verba lepore iuuent.
Euoluat marii digeſtas codice leges
preuia lux ſtratum mox reſerabit iter.
Plurima formandę multum facientia linguę
(Si tibi non deſis) hic bone lector habes.
Nocturnis igitur vigil impalleſce lucernis
Hereat et ſtudiis ars mariana tuis.
Pẽdula mẽs qd plura roget: cõmitte philelpho
Ingenii curam/ ſollicitaq; ducem.
Cognoſces animum ſtudio intendiſſe fideli:
His breuibus lector te monuiſſe ſat eſt.

VALE.